B 59018

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MONUMENTA BOICA.

VOLUMEN QUARTUM.

EDIDIT

ACADEM. SCIENTIAR. MAXIMILIANEA.

MONACHII

Proſtat, apud FRANC. LAUR. RICHTER.

MDCCLXV.

Digitized by Google

LIBRARY
SEP 7 1934
STACKS

Digitized by Google

PRÆFATIO.

Parum eſt, quod te velimus, Lector. Offerimus tibi volumen novum monumentorum noſtrorum, illudque, ſi ordinem ſpectes, quartum, ſi rerum quas continet copiam atque momenta, facile primum.

Digitized by Google

Proœmia, ſingulis ſectionibus, in quas volumen hocce diſpeſcitur, præfixa, nuncupant nomina virosque, quibus ampliſſimum hunc debes cartarum theſaurum: Benedictum Formbacenſem & Severinum San-Nicolaitanum præſules, de nobis, imo de patria ac re litteraria univerſa ſummopere meritos. Reichersbergenſem Carolum ex ſuperiore volumine jam noſti: Ildephonſum Subenenſem his forte ſubjunget felicior nobis poſteritas.

Deſtinaveramus locum, quem Subenenſia modo occupant monumenta, Furſtencellenſibus, egregiis ſane illis, & ſi quæ alia ulla, maxime faciendis. At vero circulos noſtros, cum forte abeſſemus, turbavit incuria

Digitized by Google

incuria Typothetæ, qui Furſtencellenſia in quintum operis noſtri volumen, quod jam-jam ſub prelo ſudat, ſervavit. Leviſſimo quidem errore: niſi Chalcographus noſter inſignia nobilium, quæ Furſtencellenſia ſigilla nobis ſuppeditarunt, eidem æri pridem incidiſſet, quod inſignia exhibet e Formbacenſibus ac San-Nicolaitanis ſcriniis eruta, hisque illa intermiſcuiſſet. Nec licuit nobis, anguſtia temporis intercluſis, novas parare tabulas, ſua cuique volumini inſignia reſtituentes. Verum enim verò notæ Tabulæ I. ſubjunctæ jam reſtituerunt Volumini V. ſigilla Furſtencellenſia. Cætera nobilium inſignia quod attinet, ea indices perſonarum ſingulis voluminibus ſubjecti genti cuilibet optime vindicabunt.

 Vale

Digitized by Google

PRÆFATIO.

Vale Lector, fruere conatibus noſtris pioque nobiscum affectu celebra natalem OPTIMI PRINCIPIS.

Dab. Monachii V Kal. April. A. R. S. MDCCLXV.

Con-

Digitized by Google

CONTINENTUR HOC VOLUMINE.

1. Monumenta Formbacenſia pag. 1.

2. Monumenta San-Nicolaitana pag. 213.

3. Monumentor. Reichersbergenſium Pars II. pag. 401.

4. Monumenta Subenenſia pag. 511.

Digitized by Google

MONUMENTA FORMBACENSIA.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

Formbacum, nobile ſodalium D. Benedicti monaſterium, Tetrarchiæ Landshutanæ adſcriptum, medio fere inter Schærdingam atque Pataviam itinere ſitum eſt, proxime cataractam Oeni fluminis ſcopulumque *Karpfenſtein* dictum, cui triſtem celebritatem conciliavit frequentia naufragiorum.

Succeſſit illud in locum caſtri munitiſſimi, Oeno imminentis, quod pars olim egregia fuit comitatus Neuburgenſis. Conſtruxit ibi circa An. 1040. ædem, D. Virgini

Digitized by Google

Mariæ ſacram. Himeltrudis Heinrici Comitis vidua, Heinrici Comitis Neuburgenſium filia, Tiemonis I. neptis, ſororque Tuotæ, quam primam fundatricem veneratur *Subena ſacra*. Ædi, ampliſſima dote beatæ, monaſterium anno 1094. adjecit Ecbertus I. Neuburgenſium atque Putenæ Comes, conſobrinus Himeltrudis præfatæ, cujusque poſterorumque ejus Monumentum, Seculo XII. confectum, Tabula I. ex ibemus.

Optime ſane nominis ſui immortalitati conſuluerunt Neuburgenſes comites cum Formbacum fundarent; ſiquidem ex libro traditionum iſti factarum facillime eruentur ſtemmata gentis ipſorum antiquiſſimæ, cuique ſi munerum amplitudinem ſpectes, ſive rerum miniſterialiumque copiam, vix parem vidit unquam Bajoaria noſtra, ſuperiorem utique vidit nunquam. Conflavit ex his elementis aliisque, jam quidem deperditis, autor anonymus Genealogiam Neuburgenſium Comitum; quam legit ſuamque fecit Bruſchius; nos vero integram recitamus ex vetuſta membrana Formbacenſi. Dolendum eſt profecto iſthæc omnia tenebris adhuc obruta fuiſſe cum *Origines Boicas*, interquè eas *Neuburgenſes* inveſtigaret Ill. Buatus: quam multa inde elicuiſſet vir ingenii florentiſſimi, qui conjecturis eadem fere imo certiora auguratus eſt, quam quæ Formbaci didicit Bruſchius!

Digitized by

Cæterum proxime a Formbaco abeſt ædes Rothoſana, in quam plurima monumenta Romanorum congeſſit ſolers ſimplicitas majorum. Siſtimus ectypon eorum Tab. II.

Reſtat ut de monimentis Boicis, ex tabulario Formbacenſi jam primum protractis, diſſeramus. Princeps eſt inter illa Codex antiquiſſimus traditionum, Seculo XII. inchoatus atque ad medium Seculum XIII. variorum ſtudio calamoque continuatus; quocum ſæpiſſime conſpirat Codex alius optimæ notæ, manu, quæ Seculum XIII. adultum ſapit, elegantiſſime exaratus. Ex utroque damus corpus abſolutum *traditionum* Formbacenſium. Sequuntur diplomata miſcella LXVIII. ex autographis deſcripta, quæ quidem finem hic imponunt monimentis Abbatiæ celeberrimæ. Sepoſita ſunt, inque primum Volumen ſcriptorum rerum Boicarum ſervata, Collectanea Hiſtorica Angeli Rumpleri Abbatis Formbacenſis, ex variis annalium libris ſtudio ſingulari congeſta, luceque publica, ſi quod aliud ullum Chronicorum opus, digniſſima.

Viden Lector quantum debeamus R. Formbacenſi Abbati BENEDICTO, Sodali Academiæ noſtræ honorario, nulla non laude celebrando! Meretur ſane præſul venerandus, quem inter primos Muſarum noſtrarum, imo omnium, fautores gratiſſima mente nominemus; quod non modo tabularium, inſtructiſſimum quidem illud, confeſtim

ſtim recluſit, vix illud poſtulantibus, noſtris; verum etiam quod ipſo jam auſpice priſcus honor priſtinaque æſtumatio Formbaci redeunt artibus elegantioribus, a Rumplero ante hos ducentos atque quinquaginta annos, in hac ſacræ religionis ſede feliciſſime excultis.

SERIES DD. ABBATUM FORMBACENSIUM.

1. B. Berengerus, ſeu Perngerus † 1108.
2. B. Wirntho, aliis Wirundus ſive Wernto † 1127.
3. B. Theodoricus aliis Dietricus † circa 1140.
4. Bernhardus 1146.
5. Leutoldus circa 1150.
6. Henricus I. † 1155.
7. Bernardus circa 1163.
8. Ortolfus I. circa 1170.
9. Henricus II. circa 1196.
10. Goswinus circa 1204.
11. Ortolfus II. † 1230.
12. Henricus III. circa 1233.

13. Con-

13. Conradus I.
14. Otto I. circa 1276.
15. Ortolfus III.
16. Pilgrimus † ante 1289.
17. Henricus IV. † circa 1308.
18. Marquardus † 1313.
19. Henricus V. circa 1313.
20. Jobus circa 1326.
21. Fridericus Swentarius † 1333.
22. Engelſchalcus circa 1346.
23. Martinus de Fuſall. † 1363.
24. Otto II. Wolf † 1387.
25. Conradus II. Peiffer. † 1410.
26. Rudolphus e Steinach † 1418.
27. Joannes Nobilis de Poppenberg † 1435.
28. Georgius I. † 1438.
29. Theodoricus II. † 1461.
30. Caſpar I. Nobilis de Schmaz † 1472.
31. Michael † 1474.
32. Leonardus † 1501.
33. Angelus Rumpler † 1513.
34. Mathias † 1532.
35. Stephanus † 1553.

36. Wolf-

36. Wolfgangus I. † 1563.
37. Leonardus II. † 1572.
38. Chriſtianus † 1595.
39. Georgius II. † 1595.
40. Sebaſtianus † 1614.
41. Jacobus † 1618.
42. Caſpar II. † 1624.
43. Benedictus II. † 1645.
44. Placidus † 1673.
45. Werntho II. † 1675.
46. Æmilianus † 1687.
47. Wolfgangus II. † 1723.
48. Benno † 1725.
49. Clarus † 1747.
50. Cæleſtinus † 1755.
51. BENEDICTUS III.

Digitized by Google

Digitized by Google

Genealogia Comitum Neuburgenſium, ex membrana ſeculi XIV.

Hec eſt Genealogia fundatorum noſtrorum. Udalricus Senex Comes genuit ſex filios, Arnoldum, Pilgrimum, Brunonem, Tyemonem, Chounradum Clericum Salzburgenſem Prepoſitum, Meginhardum a). Tiemo Senior genuit Iuniorem Tiemonem, Hermannum Bambergenſem Prepoſitum, Dietricum Clericum, Fridericum, Heinricum. Tiemo Iunior genuit Ekkebertum, Heinricum. Heinricus genuit Gebehardum & Dietricum. Ekkebertus genuit Dietmarum, Eberhardum, Ekkebertum Iuniorem, Gottfridum Monachum, Chunigundam. Ekkebertus Iunior de ſe progenuit item Ekkebertum. Is Mediolanum cum Imperatore Friderico veniens ocubuit: corpus Formbach delatum honorabiliter in Capitolio eſt collocatum; in quo tumulo etiam Pater eius & Avus eius & ſororius eius Dux Dalmacie & Marchio Iſtrie Pertoldus ſimul requieſcunt. Meginhardus vero frater ſenioris Tiemonis genuit Oudalricum, Hermannum Provincie Comitem, & Chunradum. Hunc Chunradum Heinricus Imperator, qui a ſeptimo Gregorio Pappa excommunicatus erat, cum ſcelera eius execraretur, Romam ſecum captum perduxit. Ibi cum egrotare cepiſſet, ab eodem Rege dimiſſus & Baſulam veniens obiit & ibidem eſt ſepultus. Fridericus ſenioris Tiemonis filius cum in curia Regis moraretur, neptem ipſius Regis, Gertrudem nomine, clam accipiens coniugem aufugit & po-

ſtea rediens, gratiam Imperatoris recepit: ſed cum rediret optimates Regis eum inſequentes pro eadem iniuria interfecerunt, cum unam tantum filiam Hadewic nuncupatam ex eadem Gerdrude genuiſſet, que Hadewic mater fuit Lotharii Regis, & Ite Comitiſſe de Purchauſen. Huius autem Friderici corpus Formpach delatum & ante Eccleſiam S. Marie cum reliquis fratribus ſuis ſepultum eſt.

a) Laborare hic Genealogiam, cæte..m ſolertiſſime confectam, errore vix ſanabili, cuivis patebit, qui contulerit cum illa traditionum Formbacenſium formulam num. 2. ubi Tiemo I. avus vocatur Ulrici & Hermanni Comitum, Meginhardi filiorum; qui tamen juxta hanc noſtram Stemmatographiam patruus ipſorum fuiſſet. Addeſis Formulam 126. ubi Ekbertus I. Tiemonis II. filius, Tiemonis I. nepos *conſanguineus* nuncupatur eorundem Ulrici & Hermanni. Atqui vero cum iſtæ ipſæ Formulæ manu ſeculi XII. nondum adulti ſint exaratæ, ipſumque Berengerum primum Formbacenſium Abbatis conſtet eas digeſſiſſe, potior utique fides habenda erit teſti coævo, quam autori Genealogiæ, quem Seculo XIV. demum vixiſſe, ſi dixeris, ſumma dixeris. Sed de his omnibus peculiari diſſertatione agetur, Vol. III. Commentar. noſtror. inſerenda.

Codex

Digitized by Google

MONUMENTA FORMBACENSIA

Codex Traditionum.

Incipit Commemoratio Traditionum Cenobii ſive Monaſterii S. Marie, quod eſt ad Formbach.

Num. I. circa An. 1094.

Ego *Berengerus* Formbacenſis Cenobii primus, non meis meritis, Abbas & hi, qui mecum congregati ſunt fratres, animadvertimus alterne caritatis & debite eſſe retributionis illos deſcribi, qui primum, & qui deinceps ſue Hereditatis heredem fecerunt Eccleſiam noſtram quæ eſt ad Formbach conſecrata in honore ſancte Dei Genitricis Marie, pariter que loca a quibus & quomodo ad hanc tradita ſunt adnotari: ut notitiam illorum, qui ea tradiderunt, ſucceſſoribus noſtris relinquamus & per hanc memoria eorum nominatim fiat, & longa. Tradidit namque in primis *Domina Himiltrud* venerabilis Matrona ad eandem Eccleſiam cum manu *Advocati ſui* in uſus ibidem Deo ſervientium hec ſue proprietatis loca, que hic ſunt nominata: villam ſcilicet *Cheminata*, *Winchartesheim*, *Mœchingen*, *Riſchermin*, *Municheimin*, *Hartheim*. Accepit quidem ea *ipſa Mater familias Thimonem Comitem* in advocatum *ſibi*, etiam dicte Eccleſie, & his omnibus, qui vel que ad hanc pertinent: ea ratione & conplacitatione; ut is poſt illum eiusdem Advocationis curam & regimen ſuſciperet, qui in *filiis eius primus eſſet Etate:* & ſic ſimili modo de filiis in filios ſue poſteritatis huius tutele procuratio tranſiret; quatenus eo propenſiori cura ſuſceptis in patrocinatum patrocinaretur, quo ſe vicem & locum *Patris*, *aut* etiam *proavi* procurare ſciret.

Poſtea *Ekkebertus Comes quarto loco a prenominato AVO SUO Tiemone* eiusdem procurationis debitor effectus, conſilium habuit cum Abbatibus cum *Marchionibus* & aliis honeſtioribus & religioſis viris regionis & maxime cum Epiſcopo Patavienſi Oudalrico; & ex fiducia & auctoritate Conſilii eorum, congregatis in eodem loco Formbach Monachis, effecit Abbatem Beringerum Monachum expertum atque probatum, quem Epiſcopus Patavienſis, ille qui ſupra, anno incarnationis Domini Mileſimo XCIV. indictione II. XVI Kl. Ian. Abbatem conſecravit, & faciens ſermonem pro eo ad populum enunciavit ea, que ipſe Advocatus *Ekkebertus*, & cunctus qui aderat populus collaudavit: videlicet ut ea ipſa Abbatia ad Fornbach *ſit libera*, & Monachi illi poſt mortem Abbatis ſui liberam poteſtatem habeant ad eligendum ſibi Abbatem, undecunque huic nomini idoneum invenire poſſint; ſive in ſuo ſive in alio vicino ſeu longinquo Monaſterio: & is, qui *electus*, *ad deſignationem ſue electionis Baculum ab altari ſui Monaſterii ſumat*: Et ſi forte Monachi illi in electione diſſentiant tunc adveniens Epiſcopus Patavienſis cum advocato ipſorum eos ſuis exhortationibus coadunet, & *ut mediator*, ſanioris partis ſententiam tenere perſuadeat. Moxque idem preſul hec ita ſuo decreto cum Clericis & Abbatibus qui preſto erant, ſtabilivit, & Epiſcopali Banno confirmavit: aliunde hec firmari non erat propter ſchiſmata & diſceſſiones, que tunc temporis in ſede Romana erant & in regno.

Porro *Ekkebertus* ſupra memoratus loci Patronus, a domino inſtinctus & amore parentum ſubmonitus, ſuperaddidit prioribus datis ſupplementum de ſua & mulieris ſue hereditate. Tradidit namque ipſe, & *Uxor* eius *Mathilt*, annuentibus hoc filiis eorum, ad ſuſtentationem ſepe iam dicti loci Monachorum in eodem loco Fornbach hortum, & curtem unam & molendinum.

Donavit

Digitized by Google

Donavit & campum quemdam ſive teritorium ſeu novale in uſus pratorum aptandum & prenominatis terminis exſtirpandum ; & conceſſit eis *poteſtatem ſaltus ibidem vel ſilve ad cedendum in quoscunque Uſus & ad ſaginandum porcos.* Dedit etiam dimidiam decimam Eccleſie, que Atteſin vocatur, & dimidiam Houbam Hartheim nomine, & duas vineas in villa que dicitur Eholvingen. Inſuper etiam dedit eis in *orientali* plaga villam Nomine Niuwenchirgun, & Eccleſias parochiales duas, unam ſub caſtello Butino, & alteram in villa predicta Niuwenchirgun , cum decimis, & cum ceteris omnibus ad has pertinentibus; & id quod in ea loci eſt, mercatum & villam Nomine Werth & alium locum iuxta fluviolum Glocniza, ubi modo cella conſtructa eſt, cum pratis & ſilva usque ad Chlamma & pratum iuxta fluvium Bruna & dimidiam Houbam in villa, que dicitur Beierbach, & dimidiam Houbam in loco qui dicitur Smideſtorf, & dimidiam houbam in villa, que dicitur Glocniza; & tres vineas, unam in loco qui vocatur Botſach, & duas in alio loco, qui dicitur Vurbilach. Tradidit etiam ille in idipſum quod ſupra, quidquid inter Enum & Eneſim fluvios inveniri poteſt, illorum Mancipiorum que *Coniugi ſue in partem ceciderunt de familia patrui ſui, Adalberonis Epiſcopi.* Harum ſingularum traditionum teſtes ſunt iſti per aurem ducti. *Otachar Marchio, Dietricus Comes de Fornbac Pernhart de Aſcha, Pernhart de Sconkeringen, Henderich de Champe, Henderic de Erlach, Pilgrim de Rotingen, Heinrich, Reginprecht de Perchouſen.*

Num. II. circa An. 1096.

Poſt hanc inſtitutionem transacto parvi temporis ſpacio tradidit bone memorie Dominus *Oudalricus de Windeperge, frater Domini Hermani* ad idem Cenobium quedam ſue proprietatis loca, que veraciter hic ſunt adnotata; videlicet partem Eccleſie ſancti Martini, que ſibi & *Fratri ſuo Hermano* contingit cum omni dote,

Digitized by Google

que ad ea pertinuit; ſcilicet Eholuingum cum Eccleſia, que ibi ſita eſt, eo iure, & uſu, quo a ſuis patribus in hereditatem acceperat, cum quadam parte decime, quam THIEMO AVUS SUUS ab Epiſcopo Egilberto Patavienſi mutuavit, cum vinea ad Roudcharen, & houba ad Pergaren & in ipſa villa cum quibusdam agris & prato, que decima delegata eſt ſuper altare Eccleſie Eholuingen in prebendam ſuis Capellanis videlicet Warzoni, Wichardo, Hiltipoldo, Jozo, qui innibi divina celebrabant: & idem Comes *Thiemo* a predicto Epiſcopo Egilberto obtinuit ſue familie ſepulturam & cetera legis divine; quam preterea Eccleſiam cum predicta decima delegavit ſuper altare ſancti Martini Formbach. Hanc ergo villam & Eccleſiam & decimam, quia ad Eccleſiam ſancti Martini pertinebant, cum eadem Eccleſia tradidit *Oudalricus* ad predictum Cenobium, ea ipſa ratione & placitatione, qua ſuperiora ut ſcriptum eſt ſunt perfecta. Morte autem preventus ea omnia, ut ſue voluntatis erat, non ad perfectam delegationem usque produxit, ſed poſtmodum *Coniunx illius, Domina Mathilt & filius eius Conradus conſiliante* ſupra dicto *Hermano* fratre ipſius *Oudalrici* ſtrenue, ac firmiter impleverunt. Harum rerum teſtes ſunt per aurem ducti, qui hic ſunt adnotati: *Herimanus Comes Frater ipſius Oudalrici Sigehardus Comes, Gottifridus de Gottinisdorf Bernhardus de Shonheringin, Bernhart, & Reginolt de Aſchaha Regingerus de Utinheim Adelbertus filius Rapholdi de Wirmilaha.*

Dominus Ekkebertus tradidit ad predictum locum partem, quam habuit apud Scerdingen & in ipſo loco novale quoddam. Huius traditionis hii ſunt teſtes. *Otto de Ramla Sigehardus de Hazz, Heinrich de Tanna. Hermannus, & Frater eius Durinc de Rottingen. Bertholdus, Pabo de Augsbach.*

Num.

Digitized by Google

Num. III. circa An. 1100.

Notum ſit etiam hoc omnibus, quod idem Advocatus *Ekkebertus* poſt obitum Uxoris eius *Domine Mathilde* annuentibus filiis eius tradidit ad eundem locum tres huobas in loco, qui dicitur Viſcpach, ſecundum petitionem predicte Coniugis eius Mechilde Huius rei Teſtes ſunt, *Eberhardus filius ipſius Comitis Ekkeberti, Ekkebertus Frater eius, Reginbrecht de Tanna, Adalhart de Metichi. Erebo Phath.*

Num. IV. circa An. 1146. ex margine.

Notum ſit omnibus fidelibus Chriſtianis *Hezelinum de Suuarzhaha patrem Hermanni de Rotingun* pro remedio anime Filii ſui Hezelini dimidiam Houbam cum mancipio ad altare ſancte Marie Formbacenſis tradidiſſe, & hoc in preſentia Luitoldi Abbatis *coram his Teſtibus factum eſſe Ekkeberto Filio Ekkeberti. Berinhardo de Aſſaha Immone & Fratre eius Oudalſalco. Walthero de Ludingun.*

Eadem die coram preſcriptis Teſtibus *Waltherus* ſupra notatus ad eundem locum pro amore Fratris ſui Ortolfi Monachi duas tradidit cum mancipiis vineas in loco qui dicitur Granberc.

Meginhardus Filius Heinrici de Erlaha dedit vineam ad Heilcingen eo pacto, ut ſi herede careat, predium Eccleſie deſerviat cuius rei Teſtes fuerunt, *Arnoldus de Adelenberge. Wernherus de Cella Sigbotto de Bornheimin Gotefrit de Scultheizingen, Heinricus de Grugeren, Wilehalmus de Aſenheimin Oudelſcalch de Caſten Wernhardus de Ramphrieteschirchen*; coram preſentibus teſtibus indicavit *Oudelſcalch de Caſten*, quod rogatu ipſius, Dominus *Irchinbertus de Moſebach* deberet delegare dimidium manſum ad Rantuines-auua & dimidium ad Lantgeringen & Willechalmum cum tribus Filiis. Eo modo, ut ſi ipſe Fratrem ſuum *Gerrichum* morte preveniat, predium Eccleſie deſerviat: ſi autem Frater prius moriatur nihilomi-

Digitized by Google

hilominus predium Eccleſie deſerviat. *Gerhardus de Sluniz* tradidit ad idem altare ſancte Marie vineam in villa que dicitur Botſach per manum nobilis viri *Sigehardi de Nuzdorf*, huiusque traditionis iſti ſunt Teſtes *Ludewick de Buſinbere Waltherus de Graneperg.*

Bruno delegit ad predictum Cenobium dimidium manſum in loco, qui nuncupatur Egilfridesheim. Hi ſunt teſtes *Eribo de Mitihe Filius eius Giſiloldus Wiſs Bertholdus*, *Adelbero de Kundlinge.*

Helmbertus Clericus de Witerun delegavit ad eundem locum poteſtativa manu *Bernhardi de Aſcaha* advocati ſui ſtabularem curtem ad Witerun & quoddam predium prope eundem locum & duos Manſus in villa Pudmingſtorf & unum Manſum ad Mathgau & vineam ad Aſcaha cum omnibus mancipiis in predictis prediis degentibus. Huius traditionis hi ſunt Teſtes per aurem ducti *Ekkebertus Comes*, *Megnhart de Rothoven Immo de Otterbach Hermannus de Rottingen & Frater eius Durinc.*

Oudalſcalch de Wiſendorf delegavit ad Altare ſancte Marie ſervum adelberonem ea lege, ut ipſe, & poſteri eius quinque numos ſingulis annis perſolvant & hi ſunt Teſtes *Pertoldus de Hittingen*, *Merboto de Uchheim Eribertus Ecconomus noſter.*

Num. V. circa An. 1125.

Felicis memorie dominus Werint Abbas ſuis precibus impetravit a *Domino Dietrico Comite*, ut isdem Comes Dietribus & eius *Coniux Adelheit*, divino amore ſubmonitus pro triginta talentis ad altare ſancte Dei genitricis Marie delegavit, quicquid in Formbacenſi loco habuit: ſcilicet *Caſtellum*, quod inibi ſitum eſt, & partem dotis Eccleſie ſancti Martini, que ſui Iuris erat, & agellos qui ſparſim Eccleſiaſticis agris interiacebant; & quoddam predium ex alia ripa Eni fluminis poſitum, & quemdam ſervulum

Geber-

Digitized by Google

Gebertum cum uxore & filiis, & ancillam Dietlint nomine cum ſuis liberis. Huius autem traditionis hi ſunt Teſtes. *Comes Ekkebertus Sterfridus de Brilize, Aribo de Mitiche, Huc de Pfolſou, Ludwic de Buſinbere Wergent de Woluaha.* Poſtea vero predictus Dominus Abbas W. eandem delegationem ſtuduit firmius conſtabilire, atque corroborare & eundem *Comitem Dietricum & Coniugem eius Adelheit* rogavit, ut quod pridem fuerat actum iterata traditione renovaret; quod etiam utrique propriis manibus fecerunt & ſub his teſtibus confirmaverunt, hi ſunt Teſtes *Ekkebertus Comes, Megenhart de Rotchoven Eppo de Riute, Reguboto de Auwa Filius Sigbotonis de Bornheim Alkerus de Roumtingen, Gotescalch de Kalſteten, Fridericus Filius Adelberti de Berboubingen Geroldus de Ezzinbach Durinc & Frater eius Gerrih de Gaugoldesheim.*

Num. VI. circa An. 1130.

Quidam miles comitis *Hermanni, Almarus* nomine, tradidit ad idem altare ſancte Marie quoddam mancipium Wernhardum & omne predium, quod Gallſpach habuit: *eo iure ut militari Officio predicto Cenobio deſerviat.* Dedit etiam quandam ancillam Hazacham cum omni ſua poſteritate ea lege, ut tam ipſa, quam cuncti liberi eius annuatim tributum quinque nummorum perſolvat. Et hi ſunt Teſtes, *Berchtold de Reinenbach Bertold de Hettingen, Adelbrecht de Pumſteten Erimprecht.* Hec traditio facta eſt per manum cuiusdam nobilis viri Nomine *Wæſgrim de Galſpach.*

Quidam Clericus nomine Herembertus condonavit ad preſatum locum quoddam predium in loco qui dicitur Phutrun ſub his Teſtibus: *Pecilino de Heidindorf Alkero de Redintingen.* Dedit etiam poſtmodo per manum *Aribonis de Mitihe* predium quod habuit in loco Bramerdorf cum molendeno, quod ibi habuit, eo pacto, ut poſt vitam ſuam predicte Eccleſie ſine contradictione ſerviat, &

hi ſunt Teſtes, *Erkinbertus de Moſebach Giſiloldus de Mitike Wergant de Wolfaha Perchtold de Adelhartingen Chadeloh de Sunebrehteſtorf.*

Immo de Otterbach dedit ad altare ſancte Marie per manum *Hugonis* Nobilis Viri de *Pholſou* dimidium manſum in loco qui dicitur Ufheim. Quidam etiam vir *Gerunc nomine de Mitiche* dedit ad idem altare per manum ſupra dicti *Hugonis* quoddam pratum iuxta Wignartigen.

Izo de Steinchar & Muoza uxor ipſius tradiderunt ad idem altare quandam Ancillam nomine Engila; hoc pacto, ut ſingulis annis quinque numorum cenſum perſolvat.

Num. VII. circa An. 1135.

Duo fratres de *Phutrum Adelbero & Wolfganch* tradiderunt per manum cuiusdam nobilis viri de Geze predium apud Mittich, ad altare ſancte Marie, quod eſt Formbach. Quod ipſe ſub his Teſtibus implevit *Bernhardo Walcuono Adelmano de Tirsbach, queſtore Comitis Ekkeberti Enzo de Paumſtetin Cundoldo de Uuichmartigin, Hartmanno ad Inveſtituram.*

Wolfkang de Windeperge dedit eidem Eccleſie predium quoddam in loco qui Talehemi dicitur ſub Teſtibus *Henrico Fratre ſuo, Wilhalmo & Hecilino militibus ſuis Perchtoldo de Stetingen. Gerunc* etiam qui & ſupra, de *Mitike*, dedit eidem Eccleſie quoddam pratum, per manum nobilis viri *Erkenberti de Moſebach*, apud locum, qui Pfafenloh nuncupatur, & iſti ſunt Teſtes *Wernhardus Filius Reginberti de Hagnove Eribo de Mitike Herrimannus de Rotingen Sifridus de Sulspach.*

Richiza de Einrichesdorf dedit huic Eccleſie per manum cuiusdam nobilis viri *Macilini de Mulbach* duos manſos in loco qui dicitur Sulzbach pro remedio anime ſue ſuorumque parentum. Huiusque

iusque rei hi sunt Testes *Adelramus de Utindorf*, *Adelbertus de Cella & Frater eius Otto.*

Num. VIII. circa An. 1130.

Woframmus de Richesheim dedit Formbacensi Ecclesie predium, quod in supradicto loco habuit, huiusque traditionis hi sunt Testes *Dietricus Comes*, *Aribo de Mitihe cum Filio suo Gisoldo*, *Adelramus de Witerum*, *Oudelricus de Sunebrechdesdorf Ludewic de Welchenberge.*

Quedam Matrona nomine *Ita de Rizeling* dedit eidem Ecclesie per manum nobilis viri *Erckinberti de Mosebach*, quoddam in loco Ricilingen dicto, predium, eo pacto, ut post mortem suam prenominato Cenobio stabiliter deserviat. Cuius rei sunt Testes, *Aribo de Mitiche, cum Filio suo Gisoldo Wergantus de Wolfacha Pertholt de Adelhartingen, Chadolt de Sunebrechtesdorf.*

Quidam nobilis vir *Egino de Perge* tradidit sancte Dei Genitrici Marie predium, quod in eodem loco habuit, & hi Testes sunt, *Erimbertus* Prepositus noster a), *Luitoldus de Hartheim*, *Adelmanus de Ricilingen.*

Quidam ministerialis Comitis Ekenberti *Immo* nomine de *Oterbach*, delegavit huic Ecclesie per manum *Epponis nobilis viri de Rute*, predium suum, quod habuit in predicto loco, sub his Testibus, *Dietrico Comite*, *Reinberto de Haganowe Erchinberto de Mosebach*, *Geroldo de Echenbach.*

Num. IX. circa An. 1146.

Comes *Ekebertus Iunior*, presente Abbate Liutoldo tradidit Formbacensi Ecclesie curtim quandam, in loco, qui dicitur Antesin cum mancipiis, & omnibus ad eam pertinentibus; postmodum

a) Id est *Oeconomus.*

Digitized by Google

precibus obtinuit a præfato Abbate Perchtoldum quemdam de eisdem mancipiis, ſibi præſtari.

Cundoldus noſtre Eccleſie ſervus in oriente apud villam, que dicitur Potſach vineam a Comite Ekkeberto coemit; eamque concedente predicto Comite ſancte Dei Genitrici Marie per manum cuiusdam nobilis viri *Aribonis de Soildorf* tradidit, ſi tamen legitimo herede caruerit. Et hi ſunt Teſtes, *Giſiloltus de Mitiche.*

Num. X. circa An. 1130.

Comes Ekkebertus ad Altare ſancte Marie rogatu *Dietrici Comitis*, Hadwic cum omni poſteritate ſua delegavit, & ſub his Teſtibus firmavit, videlicet: *Huc de Pholſou*, *Aribo de Sciltarina*, *Giſold de Mitiche* & ſub eisdem teſtibus inveſtituram fecit. Ekkebertus Comes tradidit, ac delegavit ad Altare ſancte Marie, quemdam Dietmarum nomine, eo pacto, ut per ſingulos annos quinque nummos perſolvat. Et huius rei Teſtes ſunt *Wernhardus Albuin de Stein*, *Waltherus de Scuboldorf*, *Pertold Palum*, *Ortolfus de Stupkao Aribo de Sciltorf Aribo de Mitiche.*

Wilpirga quedam delegavit per manum nobilis viri *Hartmanni de Oſternachi* quamdam ancillam nomine Mathildam ad Altare ſancte Marie ut annuatim quinque nummos perſolvat. H. S. T. *Pilgrimus de Chranberge.*

Num. XI. circa An. 1130.

Reginolt tradidit predium Griechzingen pro remedio animæ *Eberhardi de Uinegennaha & Uxoris eius Wezelen.* Huius rei Teſtes *Eberhardus, & Ekkebertus Filii Ekkeberti Comitis. Bernhart, & Reginolt de Aſcha. Eſcuin de Bodereringen, Sigehart de Uttendorf, Wilhalm de Walſingen.*

Num.

Digitized by Google

Num. XII. Anno 1122.

Felicis memorie Comes *Chonradus de Ratilingberge*, dedit Formbacenſi Eccleſie per manum *patrui ſui Comitis Hermannis de Windeberge*, quandam curtem, nomine Chadelheim. Sed quia isdem Dominus Hermanus morte preventus per ſe hanc tradicionem efficere non potuit *Coniux* eius Venerabilis *Comitiſſa Hedwig cum Filio ſuo Herimanno* addito Molendino, quod inibi eſt, benigne adimplevit; dedit etiam vineam ad Aſcha cum mancipiis & omnibus ad eam pertinentibus. Stevenonis quoque predium dimidium cum VIII mancipiis: predium quoque, quod ad Filurzingen habuit, & aliud ad Heingraren, quodque in loco, qui Suecinbach dicitur, habuit, inſuper etiam quoddam territorium in Formbacenſi littore ex alia parte Eni fluminis contra Monaſterium. Tradidit etiam partem Eccleſie ſancti Martini cum poſſeſſionibus, quas in eodem loco *predicti Comites Ulricus, Hermannus, Conradus* habuerunt, quasque longe ante eidem Celle tradiderunt, iterata donatione confirmavit; & quendam Chunradum cum aliis XII. Mancipiis donavit, quarum traditionum hi ſunt Teſtes, *Dietricus Comes de Viechtenſtein, Amelbertus de Breitenwiſen, Albwinus de Steine, Regingerus de Idenolteskeim, & Wernhardus Filius eius, Oudalricus de Sconeheringen, Widolt de Werde.*

Num. XIII. circa An. 1130.

Religioſa quedam Perta de Auwa cum *Filio ſuo Sigbotone* dedit Formbacenſi Eccleſie per manum viri ſui, *Reginbotonis de Bornheim* & omnium carorum ſuorum, predium, quod ad Tetenheim habuit cum Mancipiis eiusdem poſſeſſionis, quod huiuſmodi cenſum perſolvere debet. Unum modium tritici, porcum quadraginta valentem denarios, octo modios avene cum uno modio oppii: unde etiam *Braſium, Malz*, conficere debet; cum equo etiam deſervire debet, aut triginta denarios dare; in menſe quo-

Digitized by Google

que Maio duarum hebdomadarum opera, ſimiliter & in authumno facere: cuius traditionis hi ſunt Teſtes, *Engelbertus, & Oudalricus de Schonherigen Gerrich Wilehalmus de Auſenheim.*

Quidam cecus Dietricus de Butine dedit ſancte Dei genitrici Marie vineam ad Wirflahe per manum *Regenberti de Haganauwa*, preſente advocato Comite Ekkeberto, aliam quoque vineam in predicto loco, quam Dominus Bebo prepoſitus coemit, idem Reginbertus delegavit quarum utrarumque traditionum hi ſunt Teſtes, *Wernhardus de Haganauwa, Wernhardus de Iulbach, Megnhardus de Rotehoven, Aribo de Mitiche, cum Filio ſuo Giſoldo Oudalricus de Hellenheim, Pertoldus de Adelhartigen*: ſub eisdem etiam teſtibus dedit Prepoſitus Hartmanus de Sirnike per manum *Meginhardi de Routehoven* vineam in loco qui Boteſach dicitur; inveſtiture autem eſt aribo predictus.

Num. XIV. circa An. 1130.

Comes *Ekkebertus* annuente coniuge ſua *Wilibirga* dedit ſancte Dei genitrici Marie per manum cuiusdam nobilis viri *Aribonis de Skiltaren* ſilvam, que Chotelahe & Werde adtingit, eo iure, quo ſibi a parentibus ſuis hereditarie obvenerat, a confinio, quod predictas villas dividit contra meridianam plagam, uſque ad arborem pirum notatam, in via ſtantem ſuper montem qui *Huxinberge* vocatur, & ab illa arbore usque ad giganteam viam *Entiskenwek*, & hanc viam totam usque in rivum Chrebezbach, per quem fluvium aſcendit usque ad ipſius amnis originem, & abhinc ad verticem montis in quo idem lacus oritur, a quo vertice usque in ripam que fluens Sirna dicitur, circumgirat, perque eiusdem ripe alveum deſcendens usque ad Weride terminatur, cuius traditionis hi ſunt Teſtes, *Aribo de Route Adelhardus de Sunnelburc Rutkerus, Pilgrimus de Steinbach, Oudalricus de Ahahuſen,*

huſen, *Fridericus de Ipſe*, *Pilgrimus de Richerheim*. Inveſtiture Oudalricus Wilehalmus.

Num. XV. circa An. 1130.

Quedam Vidua *Liutkart* nomine de *Oſternaha* dedit Formbacenſi Eccleſie pro remedio anime viri ſui *Richkeri* per manum Comitis Ekkeberti unum manſum, in loco, qui *Winthaga* nominatur, ſub his Teſtibus, *Meginharto de Rotehoven*, *Perchtoldo Balun*, *Durinc de Suarzaha Megingozo de Nedeſpach Alkero de Roudmintingen Wernhardo.*

Quidam homo *Goteſchalch de Vtelauva* dedit Formbacenſi Eccleſie medietatem predii ſui, quod in predicto loco habuit, per manum cuiusdam nobilis viri *Dietrici de Burchuſen*, qui Dietricus in manum Comitis *Ekkeberti* idem Teritorium delegavit a quo ſancte Dei Genitrici ſub his teſtibus traditum eſt *Dietrico de Viechtenſtein Meginhardo Rotehoven*, *Wernhardo de Iulbach*, *Eberhardo de Bochesrukke. Megingozo de Nedespahe Duringone de Suarzaha*, *Hoholdo de Wahlante: ad inveſtituram Wernhardus.*

Num. XVI. circa An. 1130.

Domina Hedewic Cometiſſa de Windeberge dedit Formbacenſi Eccleſie tria Mancipia, quorum hec ſunt nomina Liutrat Gunza, Chunigunt: hoc iure, ut v. nummos annuatim perſolvant. Remiſit etiam dimidiam houbam quam diſpenſatores eius de curte Chadelheim abſtulerant.

Ad cunctorum tam futurorum, quam preſentium noticiam volumus pervenire, quomodo religioſus quidam vir *Wolfgane* nomine de Villa, que *Potenhof* dicitur, contradidit ſancte Marie ad Formbach, quidquid predium in predicta villa habuit, ſub his teſtibus per aurem ductis, *Ekkeberto Comite*, *Dietrico Comite*. *Erchenberto de Moſebach*, *Hugone de Pholſou.*

Num.

Digitized by Google

Num. XVII. circa An. 1125.

Domina Ita Comitiſſa de Burchhuſen dedit Formbacenſi Eccleſie, quidquid predii habuit, cum vineis, & mancipiis, in loco, qui Poſinpach dicitur, huiusque traditionis hi ſunt Teſtes, *Durinc de Grantperge Dietpoldus Werinherus de Pholſow Eppo de Grantperge.*

Num. XVIII. circa An. 1130.

Wolfgane de Windeberge dedit eidem Eccleſie ex petitione Fratris ſui *Heinrici* unum manſum cum mancipiis ad Gunbeltingen & hi ſunt Teſtes, *Chounradus de Itinſpach Chounradus & Wecil Frater eius de Hitingen Oudalſchalc de Seſſingen. Otto de Etzinbach Adelbertus Frater eius de Cella.*

Felicis memorie *Aribo de Skildarn & frater eius Eberhardus* tradiderunt ſancte Dei genitrici Marie predium ad Sahſenhus per manum cuiusdam nobilis viri, *Bertholdi de Adelhartingen.* Huius rei Teſtes ſunt *Wilhalmus de Sigenheim, Perthold de Hartheim.*

Quedam Matrona *Liutkart* nomine de *Oſternaha* dedit eidem Eccleſie per manum cuiusdam nobilis viri *Otachardi de prenominato loco* plenam houbam in loco, qui dicitur Senegelheim. Cuius rei ſunt Teſtes Ekkebertus Comes, *Chadelhoh de Sunebrechtesdorf Ludwic de Welchenberge.*

Num. XIX. circa An. 1130.

Heinricus quidam ſerviens Domini Dietrici delegavit ancillam nomine Richilam Filiam Irinfridi de Rotengin ad Cenſum V. numorum, & hii ſunt Teſtes, *Wernherus de Cella, Wicemannus Hartmannus, Adalmannus de Wimertingen. Salman de Rotingen.*

Quidam milles Ekkeberti Comitis *Chouno de Rempla* dedit huic Eccleſie manſum per manum propriam in loco qui dicitur Wirfila.

Digitized by Google

Wirfila. Huius rei Teſtes extiterunt, idem *Ekkebertus Comes Wolfgerus de Lanzenkirchen Engildie de Flazze, Hermanus de Suarzha Mengingoz de Nedespach Perchtold de Stegen.*

Eppo Filius Gerberti de Mitiche, delegavit ad altare ſancte Marie ancillam Richilt nomine, ad cottidianum ſervicium: hoc factum eſt ſub his Teſtibus *Aribone de Mitiche, & Filio eius Herant, Pilgrim de Mitiche.*

Gunthartus de Purchſtal dedit eidem Eccleſie pro remedio anime ſue Wernhardum & Metildam hoc pacto, ut ſingulis annis Cenſum quinque numorum perſolvant. Huius rei Teſtes extiterunt *Sigehardus Aribo de Mitiche.*

Quedam mulier Enzha Uxor Pezelini procuratoris Comitis Ekkeberti delegavit ad altare ſancte Marie, quandam ancillam Wille nomine, per manum nobilis viri *Ekkeberti de Anteſen*, ad perſolvendos annuatim V. numos cum omni poſteritate ſua. Hurei Teſtes ſunt idem Ekkericus, qui eam delegavit, *Hartwicus de Eſecunowe, Oudelricus de Anteſen.*

Num. XX. circa An. 1130.

Weremout de Aſenheim concedente Domino ſuo *Wernhardo & Filiis eius Wernhardo & Kerhardo de Glizenuelde* ad altare ſancte Marie quoddam mancipium Touta tradidit ad perſolvendum cenſum quinque numorum annualium, cum omni poſteritate ſua, & hi Teſtes ſunt, *Ortwin de Richpolteswinchel Roupertus de Aldereſpach Ekkehart da Liuprehtesheim, Adelman de Aſenheim Megingoz de Cimbere Luitolt de Flinsbach.*

Num. XXI. circa An. 1125.

Helmbertus Clericus de Witerun delegavit ad idem altare per manum cuiusdam nobilis Viri nomine Rumolt, quoddam

Digitized by Google

mancipium Bernhardum nomine, eo pacto ut post mortem suam censum quinque numorum persolvat, & hoc factum in presentia Domini W. Abbatis sub his testibus confirmatum est. Predicti *Rumoldi, Bertoldi de Hittingen.*

Num. XXII. circa An. 1130.

Quidam nobilis homo nomine *Otto de Roultingen* spiritu pietatis inflammatus, Formbacensi Cenobio predium, quod in prenominato loco possedit, ob eterne vite remunerationem tradidit, & aliud nomine Adelhartingen Garstensibus fratribus dedit, que utraque predia nostra sub manu D. Otakari Marchionis erant. Prefatus Marchio, cum quandam munitionem nomine Tilien obsideret prius juramento a nuntio supradicti O. accepto delegavit, cuius rei testes facti sunt *Fridericus Ratisponensis Advocatus Engelbertus Comes de Piurin Ragoboto Uzzederauua Bertoldus de Scamhobeth, Rahewin de Kazbach, Oudelricus Vondemstein, Altmannus de Sigeburch, Adelbero de Bockesberch, Goteboldus de Eilee, Gotfridus de Weternvelde Heinricus de Muraha, Heinricus Span de Voheburc Megingoz de Weistingen Consobrinus ipsius memorabilis Ottonis.*

Oudalricus de Adalmuntingen delegavit ad altare sancte Marie per manum cuiusdam nobilis Viri, *Ekkehardi de Pholsu* predium suum, quod habuit in predicto loco Adalmuntingen: ea conditione, ut ipso annuatim decem *mettas* tritici inde persolvat & post obitum suum, filii ipsius alias quinque mettas addant, & si herede careat integrum ad prefatum locum deserviat, huius rei extiterunt Testes, per aurem ducti, *Comes Ekkebertus, Ekkehardus, Alhkerus Wernherus de Cella Ekkericus de Osterna.*

Num. XXIII. circa An. 1130.

Quedam Matrona nomine Richpurch delegavit ad prefatum locum per manum nobilis Viri *Ekkerici de Encenchirgen* duo man-

mancipia. Quorum hec ſunt nomina Wacker Acila ad cenſum quinque denariorum, & hi ſunt Teſtes, predictus *Ekkericus*, *Ekkericus de Oſternae*

Gerrich de Tala delegavit ao eundem locum dimidium predium ſuum per manum *Ekkerici de Encinchirchen* ea conditione, ut ſi herede caruerit, ad prefatum locum deſerviat, & ſi aquiſierit ad ipſum pertineat, & hi ſunt Teſtes, *Eribo de Mitiche & Filius eius Herant*, *Meginhart de Oubelingen*, *Helmbertus de prama.*

Num. XXIV. circa An. 1130.

Dominus *Adelbero de Chirbach* tradidit ad Eccleſiam ſancte Marie pro remedio anime ſue omniumque parentum ſuorum omne predium quod habuit in loco qui dicitur Goumacher per manum nobilis viri nomine *Oudelrici de S. Marienchirchen.* Huius rei Teſtes ſunt, *Wolfherus de Tegrenbach Wint de Tagmaresbach*, *Wernhart de Arnsdorf Tuto de S. Johannskirch*, *Rampret de Chirebach*, *Ingram de Taleheim Bruno de Marienchirch Sigboto de Sunnebach*, *Pertoldus de Mitterenhouſe*, *Oudalrich de Outenchuſen*, *Burchardus de Steten. & Frater eius Ramprecht de eodem loco Adelram de Scretendorf*, *Wilehalm de Petnschirchen ad inveſtituram*, *Wolfherus qui ſupra.*

Num. XXV. circa An. 1130.

Quidam miles Comitis Ekkeberti *Wernhardus de Glinzinvelde*, delegavit ad altare ſancte Marie dimidium ad Pretenbouch manſum per manum domini ſui ſupradicti Ekkeberti, & hi Teſtes ſunt, *Megingoz de Teginschirchen*, *Pilgrim de Pirnbach*, *Pilgrim de Rieſcermen*, *Luipoldus filius fratris ipſius Comitis*, *Helmpertus de Prame.*

Et ſub eisdem teſtibus delegavit *Geruno de Mittiche* predium quod habuit in eodem loco per manum ſupradicti Comitis Ekkeberti, in eadem die.

Prefatus autem Wernhardus dimidium manſum in alio loco dedit per manum *Erhimberti nobilis Viri de Moſebach*, item alium dimidium manſum ad Eſenhem propter Filium ſuum E. quem Deo ſerviturum mancipavit, huius rei Teſtes ſunt *Ekkebertus Comes Albwinus de Steine. Aribo, & Filius eius Gisloldus de Mitiche, Dietricus de Pomgarten, Ekkehart de Pholſou, Amelrich de Hounrichen, Roudgerus de Manegoldigen. Conr. de Uzzeheimm.*

Otachar de Tobel delegavit ad altare ſancte Marie predium ſuum quod habuit ad Geginbach.

Quidam miles Comitis Ekkeberti *Otto Frater Pilgrimi de Richershem* tradidit predium quoddam in loco, qui dicitur Porchem pro remedio anime ſue, per manum *Pilgrimi Fratris*, huius rei Teſtes ſunt, *ipſe Pilgrimus Bruno de eodem loco Porichem Dietricus de Golzhem, Sigboto de Pirnbach, Ekkericus de Oſten.*

Num. XXVI. circa An. 1130.

EKkebertus Comes dedit huic Eccleſie quoddam predium, in loco qui dicitur Rewanc propria manu tam pro anima ſua, quam parentum ſuorum, ad altare ſancte Dei Genitricis in nativitate eiusdem Dei Genitricis, delegavit, & hi ſunt Teſtes, *Dietricus Comes Nepos ipſius; Dominus Rapoto Filius Ducis Engelberdi, Ekkehardus de Pholſu, Erkinbertus de Moſebach.*

Dominus Dietmarus de Durchemen dedit huic Eccleſie per manum Fratris ſui Domini *Rouperti* Meginhardum ad cenſum quinque nummorum, & quoddam predium in eodem loco ſitum, & hi ſunt Teſtes *Walchoum de Asha, Pernhard de Gegenberge, Arnoldus de Spifilberge, Adolbertus de Griezdorf, Peringerus de Scella.*

Num.

Digitized by Google

Num. XXVII. circa An. 1130.

Quidam nobilis homo nomine Chuno dedit huic Eccleſie vineam in loco, qui dicitur Geillinberge, quam delegavit Comes Ekkebertus annuente Artolfo, qui anſoram vini hereditarie in eadem habebat; & ipſe Comes aliam Anſoram dedit, huius traditionis Teſtes extiterunt, *Dominus Adelbertus Filius Adelberti de Gern*, *Pruno de Puſinberc*, *Chouno de Ramelo*.

Quidam homo nomine *Marquardus de Dalmarsbach* delegavit prediu.. unius iugeris ſub his Teſtibus, *Poppone*, & *Oudalrico de Stupach*, *Bernhardo Adalmano de Phutrun*, *Wikero de Winchartesheim Hermanus de Meching*.

Adalmanus ſupra dictus delegavit pratum per manum prefati Marquarti eo modo, ut ipſe eodem in vita ſua utatur, & hoc factum eſt ſub præſcriptis Teſtibus

Oudelſchalch de Prame delegavit Adelheiten & Filium eius Dietmarum, ad cenſum quinque numorum.

Ebo de Loufen delegavit Werinherum ad eundem cenſum, & hi ſunt Teſtes *Adelbertus Filius Adelberti de Gern*, *Lanzo de Monchingen*.

Adelmanus de Phutrum delegavit duo mancipia, per manum cuiusdam nobilis Rumoldi, & hi ſunt Teſtes, *Sigehardus de Flacen*, *Wolfkerus de Lancenkirchen*, *Rupertus de Ruripp*, *Arnoldus de Ettenhoven*, *Chouno de Pechlarn*, *Oudelrich de Chirſtetin*, *Oudelrich de Lint*.

Num. XXVIII. circa An. 1130.

Dominus Meginhardus de Retehoven cum uxore ſua dimidium manſum ad Pillenheimin ſub his Teſtibus dedit, *Aribone de Mitiche & Filio eius Giſilloldo*, *Aribone*, & *Giſiloldo duobus fratribus Filiis*

Digitized by Google

Bertoldi de Hartheimin, Wernhero & Fratre eius Gozwino de Iockeimin, Sigbotone de Bornheimin, Reginhardo de Aursbach, Wilhalmo de Anſenheimin.

Sub eisdem teſtibus ipſe Meginhardus & Uxor eius dederunt ſtabularem curtem, ad Vinkenheimin, & duos manſus ad Scartenberge, ita tamen ſi eos ſine herede obire contigerit.

Num. XXIX. circa An. 1130.

Chonradus Clericus de Hitingen delegavit tres mulieres pro remedio anime ſue cum tota poſteritate ſua, ad altare ſancte Marie ea lege & ratione; ut nulla ſervitutis macula obnoxii teneantur, ſed pro debitione ſervitutis ſingulis annis quinque denarios ſolvant, & ſi uno anno non ſolverint, alio emendent, & ſi tertium tranſcenderint, reliquum tempus vite ſue eterna ſervitute obnoxii ſine ulla contradictione teneantur. Poſt obitum Matris ſue delegavit famulum & ancillam eadem lege, iſti ſunt Teſtes, *Heremannus de Pholoshowa filiusque eius Hug, Geroldo von Ezzenbach filiusque eius Heinricus Liutfrit von Onſtheim.*

Num. XXX. circa An. 1120.

Heinricus *Filius Geroldi* tradidit predium ſuum in Tegrenbach ſitum, in manum cuiusdam militis nomine *Huch de Luitprehtesheim* ea lege, & ratione, ut ille pro remedio anime ſue delegaret ad altare ſancte Marie: alia pars eiusdem predii tradita eſt in manum *Eberhardi Filii Ekkeberti* Comitis, ut ille hoc ad altare ſancte Marie pari exemplo delegaret, huius rei teſtes ſunt *Gebehartus Filius Heinrici Comitis fraterque eius Dietricus, Berenhardus de Aſcaha Aribo von Anuillecheringen, Oudalricus Comes de Windeberga, Arnoldus de Uſenberge.*

Num.

Digitized by Google

Num. XXXI. circa An. 1108.

Noverint omnes tam preſentes, quam ſuccedentes qualiter quidam nobilis homo *Helmpreth* nomine de Bipurc filiusque eius *Oudalricus* delegaverunt predium ſuum cognomento Oudalrichiſta in Formbach ad altare ſancte Marie pro precio a Berengero eiusdem loci Abbate dato, cum omnibus ſuis appenditiis tam agris, quam ſilvis, pratis, molendinis, uſu fructuario culta, & inculta ſine ulla contradictiene iure perpetuo: ea lege, & ratione ſi ullum impedimentum ab aliquo pateretur, alio predio eiusdem precii defendere conaretur, iſti ſunt huius rei Teſtes, *Megingozh de Winchillheim Aribo Filius Giſoldi, idem Giſeloldus Arnoldus de Rota Aſchuinus de Miicha, Pericho de Winchelaha, Adelbero de Percheim, Wezil de Outtgereskeim, Marchwardus de Mitickа.*

Num. XXXII. circa An. 1097.

Dominus Ekkebertus Comes, cum conſenſu Uxoris filiorumque eius delegavit Curtem Inchingin cum omnibus ad illum pertinentibus, pro remedio anime ſue in manum *Oudalrici Comitis* ea lege, & ratione, ut ille ſupra altare ſancte Marie ad Formbach delegaret. Hoc idem Comes Oudalricus preſente eiusdem Monaſterii Abbati Peringero & Ekkeberto Comite adimplevit, ac ſub teſtificatione iſtorum teſtium confirmavit, *Ekkebertus, & Eberhardus Filii Ekkeberti Comitis, Luipoldus de Oubach, Wernhard de Aldereſpach, Goteſrit Filius Gotini de Villiſa.*

Num. XXXIII. circa An. 1130.

Dominus Ehkebertus Comes tradidit Geroldo Griechbach Uchheim Sikkingin, & delegavit in manum cuiusdam nobilis Viri nomine *Pilgrini* ea lege, & ratione, ut quocunque vellet, ipſe delegaret. Hoc idem predium rogante Geroldo idem Pilgrinus cum omnibus ſuis utilitatibus, ſervis, & ancillis, pro remedio

anime

Digitized by Google

anime Domini ſui ſueque anime ſuorumque parentum ſine ulla contradictione ad altare ſancte Marie delegavit, & ſub teſtificatione iſtorum teſtium confirmavit. *Raſolt de Wermilaga*, *Bernhart de Aſcha Pilgerim de Riſpach Pilgrim Filius Jedunges*, *Adelramus de Chirchbach*, *Eppo de Tutinperche*, *Reginolt de Lengenove*, *Reingerus de Azinheim*, *Heinrichus de Imichinesdorf*, *Reginolt de Aſcha*, *Pezelinus de Hedindorf*.

Item Heinricus Filius predicti Geroldi coram ſupradictis teſtibus rogavit eundem Pilgrinum ſcilicet advocatum ſuum, ut ſi absque legitimis Filiis, ipſe Henricus, & Filius eius *Geroldus* obiſſent reſidua prediorum ſuorum que in manu fidei ſue tradiderat, altari Dei Genitricis ſancte Marie in loco Fornbach delegaret.

Num. XXXIV. circa An. 1125.

Comes Ekkebertus prefente, & annuente coniuge ſua *Willipiriga* tradidit Formbacenſi cenobio Capellam, que eſt in Caſtello Niuwenburc cum dote, & mancipiis ad eandem pertinentibus, eo nimirum pacto, ut eidem Eccleſie a fratribus prenominati loci divinum ſervicium benigne impendatur. Isdem quoque pie memorie Comes E. predicto cenobio decrevit decimationem dare omnium rerum ſuarum, videlicet de ſilva, venatu, piſcatu, de camera, de cellario, de prediis, de placitis, & de omnibus bonis, que ex divina largitate de longe vel prope ei fuerint collata. Dedit etiam quatuor mancipia, ſcilicet quendam Gerungen, cum tribus germanis, hasque donationes una delegatione patravit, & ſub his teſtibus ſtrenue confirmavit. H. ſ. t. *Aribo de Mitiche*, *Bertoldus Palun*, *Bertoldus de Hitingen*, *Regenboto Longus*.

Quidam miles Comitis Ekkeberti nomine *Etich de Innenhoven* dedit ad altare S. Marie, per manum Domini ſui Ekkeberti quoddam predium in loco, qui dicitur Abrechtesbergon cum tribus

man-

Digitized by Google

mancipiis, huiusque traditionis. H. t. ſ. *Eberhardus*, *Etich filii eius. Regenboto Longus*, *Pertoldus Balun.*

Quidam *Pertoldus de Houncinbach* delegavit ſuum predium preſente Comite Ekkeberto in manus cuiusdam nobilis viri *Erkinberti de Moſebach*, hac conditione, ut isdem Erkinbertus idem predium traderet ad altare S. Dei genitricis Marie, quod predictus vir ſtrenue implevit, ſub his teſtibus *Dietrico Comite*, *Otto de Rotingen.*

Num. XXXV. circa An. 1108.

Pie memorie Berngerus Abbas cum conſenſu advocati ſui Comitis Ekkeberti fecit quoddam concambium cum quodam viro, nomine Reinprecht, & dedit predium Eccleſie Formbacenſis, quod habuit apud Pirnpach prenominato viro R. pro predio, quod eſt iuxta Chogolenze, ſimulque idem homo dedit predicte Eccleſie ſervum nomine Engldie cum filio ſuo Wecilino: poſtmodum isdem Engildie data facultatula ſua impetravit donari eidem cenobio alios duos filios ſuos Roudpertum, & Chounonem & h. r. h. ſ. t. *Wikkerus Pertoldus de Hittingen*, *Adelramus de Pirnpach.*

Quidam homo *Pato* nomine *de Preitenberge* delegavit ad altare S. Dei genitricis Marie per manum cuiusdam nobilis viri *Giſloldi Mitiche & Adelhardi de Moſepachoven* quandam ancillam nomine Encha filiamque eius Reglindam preſente Comite Ekkeberto Seniore tunc temporis advocato preſente etiam *Dietrico Comite*, qui & teſtis extitit, ſic & Witigo & Eppich teſtes nihilominus facti ſunt.

Quidam *Adoleſcens de Purchſtal Adelram* nomine tradidit ad altare S. Marie per manum cuiusdam nobilis viri *Weregant*, predium quod habuit in loco, qui dicitur Eicha, & huius traditionis. T. ſ. *Perngerus de Geilſpach*, *Arnoltus*, *& frater eius Gerune de Liuphaangen.* Idem vero Gerunc dedit predium, in prenominato loco

Digitized by Google

Luipharangen, cuius rei teſtis extitit, Weringant & ceteri ſupra notati.

Num. XXXVI. circa An. 1125.

Chunradus quidam *de Huzheim* predium quod in eodem loco habuit poteſtativa manu cum filio ſuo *Perngero* ad altare S. Marie delegavit, ea ratione, ut ipſe illud in vita ſua poſſidens, annuatim cenſum ſolvat, id eſt tertiam partem modii tritici tribuat, & poſt exceſſum ſuum, filii ſui, qui illud hereditario iure adepturi ſunt, partem alteram addant, & ſi hoc neglexerint, ab advocato cogantur ut reddant, & ſi forte ſine herede fieri contingat, tunc ad integrum ad ſervitutem Eccleſie pertineat. Huius traditionis teſtes extiterunt Peringerus filius ipſius Chounradi Wikkerus Prepoſitus Ermbertus economus noſter.

Quedam religioſa mulier *Benedicta de Sincingen* manſum dimidium in eodem loco poſſidens per manum cuiusdam nobilis viri *Reginboldi de Wezelenbach* cum filia ſua Methilt ad altare S. Marie delegavit, ea lege, ut poſt obitum ſuum Eccleſie deſerviat, & hi ſunt teſtes, ipſe ſupra dictus Reginboldus; Cumprecht frater eiusdem mulieris & maritus illius Marchwardus, Hermbertus economus noſter.

Num. XXXVII. circa An. 1125.

Dominus *Dietricus Comes de Viechtenſtein*, dedit Eccleſie Formbacenſi tres manſus, in loco Reze propriaque manu delegavit, pro remedio tam ſue anime quam uxoris ſue *Domine Adelheide* nec non & parentum ſuorum, cuius rei hi ſ. t. *Hugo de Pfolſon Eberhardus de Oſternach*, *Regenboldus*, *Gerich de Gangoldesheim*.

Nom.

Digitized by Google

Num. XXXVIII. circa An. 1125.

Pertoldus de Reininbach Prepoſitus Comitis Heremani, quoddam predium in eodem loco habens per manum uxoris ſue nomine Helwic ad altare S. Marie cum XII. mancipiis delegavit, ita ut poſt obitum utrorumque Eccleſie deſerviat, & unum quidem ex mancipiis vocabulo Epponem ad ſervicium fratrum ceteros nihilominus ad ſolvendos quinque nummos tradidit. Cuius rei extiterunt teſtes. *Tietmarus de Heſanwange*, *Chadelhoch de Richersheim*, *Perhtoldus de Hittingen.*

Reginberus de Gramberge poſſeſſionem ſuam quam in eodem loco habuit, annuente filio ſuo *Reginhardo* dimidiam Eccleſie S. Marie per manum propriam tradidit, ſcilicet unam Houbam & dimidiam; quod videlicet predium Turnich filius ipſius Reginberi inpetravit ſuſcipere a Domino Abbate, ad ſolvendum tributum. H. traditionis t. extiterunt. *Reginbertus de Haganowe. Erkenbertus de Moſebach*, *Turinch filius ipſius Reginberti.*

Pertoldus de Anteſin dedit Formbacenſi Eccleſie pro remedio anime ſue & uxoris ſue quandam ancillam nomine Gotelint, cum quatuor filiis ea lege, ut tam ipſi, quam poſteri eorum annuatim quinque denariorum cenſum perſolvant. Et h. r. ſ. t. *Nortbertus de Engelhartesheim*, *Walthcrus de Anteſin.*

Num. XXXIX. circa An. 1130.

*Herrant de Ruripp*e annuente coniuge ſua *Elena* ad altare S. Marie delegavit per manum cuiusdam nobilis viri *Rumoldi de Brambach* quoddam predium ad Witerum, & h. ſ. t. *Aribo de Mitiche*, *& filius eius Giſeloldus. Ekkerich de Enchinchirichen*, *Arnoldus de Adelenberge. Gerrich de Tale. Frowin de Suarzinberge*, ſub eisdem teſtibus dedit predictus *Arnoldus* per manum prefati Rumoldi annuente coniuge ſua *Iuditta* quoddam predium ad Geibach.

Digitized by Google

Quidam nobilis vir *Sigemarus* delegavit per manum propriam ad altare S. Marie dimidium predium ſuum, quod habuit in loco qui dicitur *Hunckoupete*. Et h. ſ. t. *Dominus Dietricus Comes de Vichtenſtein. Eppo de Rutte. Huc de Pfolſou. Erkenbertus de Moſebach.*

Dominus Ougo de Chirbach pro remedio anime ſue dedit Fornbacenſi Eccleſie duos manſus, in loco qui dicitur Puhil, & dimidium iuxta Rurippe, item alterum dimidium ad Aſcha annuente coniuge ſua *Hadewiga* per manum nobilis viri *Epponis de Hohewarten.* H. r. t. ſ. *Mazelinus de Chambe & filius Sororis eius Adelram. Eberhardus filius Wilhalmi de Sigenheim, Chonrat de Sturzelbach. Sigbotto de Pirnbach.*

Num. XL. circa An. 1130.

Comes Ekkebertus annuente coniuge ſua *Willipirga & filia ſua Chunigunda* duos manſus per manum nobilis viri *Aribonis de Mttiche* ad altare S. Marie delegavit ex ſilva, *que e regione* ſita eſt. H. d. t. exſtiterunt *Paldmarus de Halſa, Aribo, qui delegationem fecit, & filius eius Gisloldus, Werinherus de Pholſu Henricus Pruno de Alterſpach, Liupoldus Filius Eberhardi Comitis.* Et ſub eisdem teſtibus delegatum eſt predium quoddam ad Omesheim. Poſtmodo idem Comes dimidium manſum addidit apud Clocniz & his teſtibus ſtabilivit *Aribone de Mitiche, Heinrico de Geichingen Luipoldo filio Eberhardi Comitis, Gerhao, & fratre eius Oudelrico de Karſteten Ekkehardo Unlure.*

Durinc de Grantberge dedit huic Eccleſie per manum nobilis viri *Hugonis de Pfolſu* manſum in Odinruten ſub his teſtibus qui hic ſunt notati ſcilicet *Ekkeberto Comite & Advocato noſtro. Hartwico de Hagenau. Henrico de Neza. Eribone de Mitiche, & filio eius Gisloldo Erchinberto de Moſebach Eribone Phat.*

Num.

Digitized by Google

Num. XLI. Anno 1164.

Noverint cuncti fideles, quod *Pilgrimus de Pouteleſpach per manum Dietrici de Hottingen* an. ab Incarnatione Dom. MCLXIV. dedit S. Dei genitrici Marie ad cenſum quinque numorum ſingulis annis perſolvendum quatuor mancipia. Eadem die, & ad eundem tributum delegavit *Wolfgangus de Windeberge* quandam Gotelindam, quarum utrarumque delegationum teſtes facti ſunt *Fridericus de Ezzinbach Pilgrimus de Suente, Reginoldus de Nubenburc, Chunradus Andheſe Dietricus Queſtor.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam miniſterialis *Comitis Pertholdi* nomine *Wernhardus* cognomento *Hunthaha de Reinbach* delegavit mulierem quandam nomine Gerdrudam filiam Williberti, qui etiam teſtis factus eſt, ad tributum quinque numorum, cuius delegationis teſtes ſunt facti. *Waltherus frater prefati Wernhardi &c.*

Num. XLII. circa An. 1130.

Quidam nobilis vir nomine *Gerlohe* & uxor eius *Hiltigart* delegaverunt per manum *Chounradi de Putilſpach* quoddam predium ad Omenshemen ſitum, & hi ſunt teſtes *Erchinbertus de Moſebach, Wernhardus de Iulbach, Hartwicus de Haganau, Adalramus Puer de Mulhemen, Siboto de Tanberge, Eppo de Mounigen, Hicil de Pipurch, Kerhart de Phagin.*

Num. XLIII. circa An. 1140.

Domina Willibirch Cometiſſa, & filius eius Ekkebertus delegaverunt Pertoldum de Howerruden, ad cenſum quinque numorum annuente Comite Ekkeberto, qui & teſtis extitit, ſicuti & teſtes nihilominus extiterunt *Pertoldus Palum Hermanus de Rotingen, Diepoldus de Logheim, Sigboto de Bornhemen.*

Digitized by Google

Prefata Comitiſſa & filius eius Ekkebertus annuente Comite Ekkeberto delegaverunt ad altare S. Marie dimidium manſum ad Patheringin & hi ſunt teſtes. *Pertoldus Palun Hermanus de Rotingen, Sigboto de Bornheim, Wernhardus Zant, Harturidus Arnoldus Heinricus de Chrougarn.*

Num. XLIV. circa An. 1130.

Domina Chunigunt Comitiſſa proficiſcens de Provincia tradidit noſtre Eccleſie puellam nomine Rihilt, ad cenſum quinque numorum. Et h. ſ. t. *Ekkebertus frater ipſius. Pertoldus Palun Arnoldus & alii.*

Num. XLV. circa An. 1140.

Ad notitiam cunctorum fidelium devenire cupimus, quod *Heinricus de Chrougarn* filiam ſuam Touten inpetravit a Domino *Sighotone* delegari in manus nobilis viri *Hugonis de Pholſu* ſub idoneis teſtibus, delegandam, quo ſe ipſe Henricus petiſſet: quam idem huc ad petitionem predicti H. Eccleſie noſtre libere delegavit, utpote libere ſibi delegatam ſcilicet, ut ab omni ſervicio inmunis *militari ratione permaneat.* H. r. t. ſ. *Ekkebertus Comes Iunior, Bertoldus Palun, Hermanus de Roting. Wernhardus Zant. Oudalricus filius Comitis Richgerus de Hierheim, Hartwic de Potſahe, Wermout de Aſenhemin.*

Diepoldus de Lohhemin delegavit ancillam nomine Benedictam ad cenſum quinque numorum & h. ſ. t. *Gozwinus frater ipſius Diepoldi, Giſeloldus de Miliche. Huc de Luitprechteshemen, Hermannus de Roeting, Hermannus de Virnik, Roudgerus de Kariſteten, Luipoldus Troie.*

Idem Dietpoldus alia vice tradidit Chriſtinam ad predictum cenſum ſub his teſtibus *Gozwino fratre ipſius, Gotfrido de Rotouge Chounrado, Reginbotone de Chougarn.* Sed & antea delegaverat matrem ipſius Chriſtine ut in priori pagina deſignatum eſt.

Qui-

Digitized by Google

Quidam miles Comitis Ekkeberti *Rafoldus* nomine tradidit tres ancillas ſcilicet Gertrud, Giſilam, Gerburc ad cenſum quinque numorum & h. ſ. t. *During de Suarza Gerich de Ruripp*e, *Pilgrimus frater ipſius Rafoldi & duo filii eius*, *Witigo*, & *Wernherus & alii.* Sub eisdem teſtibus delegavit predictus *Pilgrimus* filium ſuum *Herding* ad cottidianum ſervitium accepto ab eodem H. *equo & bove.*

Sed, & vidua predicti R. & filius eius Pabo delegaverunt duo mancipia ad cenſum quinque numorum.

Num. XLVI. circa An. 1140.

Domina W. Cometiſſa dedit Hadeluch ad cenſum quinque numorum, pro remedio anime ſue, quam & pro cuiusdam Domine nomine *Pertha*, apud eam defuncte, & h. ſ. t. *Wernherus de Cella*, *frater eius Gozwinus Bertoldus de Hitting*, *Dominus Ercinboldus de Durgheim*, & *Bertholdus de Reinbach.*

Wernherus de Cella delegavit per manum fratris ſui *Diepoldi* quatuor mancipia, ad cenſum quinque numorum, & h. ſ. t. *Idem Diepoldus & frater eius Gozwinus*, *Otto filius Diepoldi Chonradus de Uzzhemen Udalſcalcus de Suadorff.*

Diepoldus de Lohcheim dedit Burchardum ad cenſum quinque numorum, & h. ſ. t. *Gisloldus*, *Gerhardus de Ouua*, *Bertoldus Heinricus de Chrougarn*, *Roupertus de Chadeling.*

Idem Diepoldus dedit Gepam ad predictum cenſum & h. ſ. t. *Hermanus filius ipſius. Gozwinus & Udalſcalc fratres eiusdem D. Conrad. de Holzheim.*

Hermanus de Lohchemen delegavit ancillam nomine Gertrud ad cenſum quinque numorum, & h. ſ. t. *Oudalſchalh de Lochheimen*, *Werinhardus de Durchem.*

Num.

Digitized by Google

Num. XLVII. circa An. 1140.

Humbertus de Ruripe delegavit ad altare S. Marie predium quod habuit apud Rutting per manum nobilis viri nomine *Weringant de Poumgart*, & ancillam nomine Rapure ad cenſum quinque numorum & iſti ſ. t. per aurem ducti idem H. *Bertoldus de Reinbach Meginhalm de Uſhoven*, *Dietricus de Ammendorf.*

Num. XLVIII. circa An. 1130.

Dominus Dietricus de Viechtenſtein delegavit ad altare ſancte Marie Pertoldum de Ruripe, ac filios ſuos ad cenſum quinque numorum; & H. S. T. *Dietherus de Alſa*, *Eberhardus de Ehke*, *Gerich de Gulshemen*, *Sigpoto de Ruripe. Enne*, *Eigilbert de Challem. Ingram de Thalahem* delegavit per manum nobilis Viri Kerloch duo mancipia ad cenſum quinque numorum, ſcilicet Walpurgam, & Metildam, & iſti S. T. idem Kerloch *Altmanus de Perchem* & alii.

Comes Ekkebertus dedit cuidam Militi *Helmberto de Witerum* ſervum nomine Lanzo qui poſtmodum impetravit a Domino ſuo delegari per manum ſupradicti Comitis Ekkeberti in manum cuiusdam nobilis Viri *Rumoldi* delegandum, quocunque petiſſet, quem poſtea Rumoldus poteſtativa manu ſuper altare ſancte Marie ad cenſum quinque numorum delegavit, H. r. t. s. idem Comes Ekkebertus, *Albuinus de Stein*, *Erchinbertus de Moſebach*, *Sterefridus de Orientali plaga*, *Herimanus de Swarza.*

Num. XLIX. circa An. 1145.

Gerune de Viechtenſtein delegavit preſente *Ekkeberto tertio* ad altare ſancte Marie ſex mancipia ad cenſum quinque nummorum H. ſ. t. *Poppo de Stuppra*, *Rapvlo de Liudinge.*

Ozo

Digitized by Google

Ozo & Uxor eius dederunt per manum *Heberhardi de Hittinge* ancillam nomine Pertam ad cenſum quinque numorum & H. ſ. t. *Richkerus de Irſheim*, *Chuno de Sibenbach*, *Eberhardus de eodem loco Egelolf de Stroſſingen*, *Wolframus de Hiting*, *Udalſcales de Marclupp.*

Chadelhoh de Engilharteſed delegavit Giſillam ad cenſum quinque numorum, & hi ſunt Teſtes *Chunradus filius ipſius Chadelhoh.*

Gotwinus de Pholſu delegavit Henricum, ut ſingulis annis cenſum quinque numorum perſolvat, & ſi tribus annis commiſerit, cottidiane ſervituti obnoxius ſit, & hi ſuna Teſtes, *Diepaldus frater ipſius Gotwini.*

Num. L. circa An. 1140.

Dominus Ekkebertus Comes delegavit ad altare ſancte Marie, novale quoddam, quod quidam ſerviens Roudgerus prius in beneficium a Comitiſſa W. impetraverat, inſuper pratum quod e regione & ultra Rivulum Tampach ſitum eſt tradidit. Huius delegationis teſtes exſtiterunt. *Poppo de Stupach*, *Oudelrich de Seneberch*, & *Frater eius Megingoz*, *Liupoldus de Nedesbach*, *Megingoz de Taegdinsgeſchiren*, *Herrimannus de Roting.*

Num. LI. circa An. 1140.

Quidam nomine *Heinricus de Roudacherdorf* in ultimo termino vite poſitus, tradidit per manum nobilis Viri *Warmundi de Ettinsdorf* ad altare ſancte Marie Fornbacenſi loco dimidium predium ſuum quod habuit ad Graſemſe, quod ipſe Warmundus poſtea devotiſſime adimplevit coram Comite Ekkeberto noſtro Advocato delegavit predium ſuper Crucem auream ſicut ſupra memoratur diſpoſuerat, & hi ſunt Teſtes per aurem atracti *Werinhardus de Fulbach & filius eius Wernherus Adalram de Chirchbach*, *Poppo de Stuppach*, *Hartnit de Uzelingen & frater eius Marchwardus*, *Megingoz de Ibenbereh. ad inveſtituram autem hii idem.*

Herrant de Mitiche, pro ſex talentis, & tribus ſolidis dedit quoddam pratum, ad Wimartingen ſitum ea complacitatione, ut Xenodochio Formbacenſis Eccleſie tamdiu ſerviat, quoad usque aliquis duodecim talentis redimat, cuius rei Teſtes ſunt iſti, *Wernhartus zant Lembertus & frater eius Adelhalmus de Uſhelmin-Herbort Ernbertus de Rutte, Arnoldus Villicus de Hartheimin-*

Num. LII. circa An. 1140.

Dominus Diepoldus de Lochemen quorumdam malignorum ſuggeſtione perſuaſus, quedam mancipia ſuo Domino ſubiugavit, que preterea pro recognoſcenda Iuſtitia libera dimiſit; quo facto ſe ipſos tradiderunt Formbacenſi Eccleſie ſuper altare dedicatum in honore ſancte Crucis, ſanctique Ioannis Babtiſte, annuatim quinque nummorum cenſum ſolvere, & hi ſunt Teſtes per aurem atracti *Diepoldus de Lochem, Oudelſcalch de Mechingen & frater eius Gozwinus Werinhardus de Engilhartsheim, Chounradus de Toubelheim, Mezelinus de Patavia.*

Ortolfus de Roumtinge delegavit per manum *Chunradi de Sigiharting* quinque mancipia, ad cenſum quinque nummorum, & hi ſunt: Teſtes idem *Ortolfus Herrant de Mitiche, Lembertus de Uſhoven.*

Omnium memorie commendamus, quod quidam *Eppo de Adelmuntingen* predium ſuum per manum cuiusdam liberi nomine Dietrici delegavit ſancte Marie in Formbach ad cenſum quinque metretarum tritici annuatim perſolvendum, poſt mortem autem filii ſui, idem predium ex toto in uſum fratrum cedendum, huius rei Teſtes ſunt predicti. *Eppo, & Dietricus Walchoun & Adelwart de Harbach, Marchwart de Pirchahe*, & alii plures.

Num. LIII. circa An. 1108.

Notum ſit etiam hoc omnibus quod idem advocatus Ekkebertus poſt obitum Uxoris eius domine Mathilde annuentibus filiis

eius

Digitized by Google

eius tradidit ad eundem locum tres houbas in loco qui dicitur Vihehuſen ſecundum petitionem predicte *Coniugis eius* Mathilde. Huius rei Teſtes ſunt *Eberhardus filius ipſius Comitis Ekkeberti, Ekkebertus frater eius Reginbrecht de Tanna, Adalhart de Mitihe, Erebo Pfabt.*

Num. LIV. circa An. 1130.

Cunctorum noticie commendamus, quod Domina *Gerbirga de Sigehartingen* cum manibus filiarum ſuarum Chunignnt, & Benedicte dedit ſancte Marie in Formbach predium quod dicitur Ezindorf cum agris, & prato & molendino, ea conditione, ut ſi filius eius incolumis rediret, nobis pro predio darentur XIV Talenta: ſi autem ipſe non repatriaret, predium Eccleſie remaneret, huius rei Teſtes ſunt *Aribo de Mitiche, Heting de Talheim, Meingot de Prampach, Ortolfus de Rultinge, Albertus de Wirtinge & filius Eberanus, Reinhardus de Eholvinge, Reinoldus de Niuwenburg, Guntherus. Heinricus de Achberge*, & alii plures.

Gerune etiam, qui & ſupra, *de Mitiche* dedit eidem Eccleſie quoddam predium par manum nobilis Viri *Erkkenberti de Moſebach*, apud locum, qui Pfaffenloch nuncupatur, & dimidium manſum ad Mitiche, cuius rei Teſtes ſunt *Wernhartus filius Regnberti de Hagenauwe, Aribo de Mitihe, Herimannus de Rotingen, Sigfridus de Sulzbach.*

Reginolt quidam nomine tradidit predium Griezzingin pro remedio anime *Eberhardi de Wiegenaha* & Uxoris eius Wezeln. Huius rei Teſtes ſunt *Eberhartus, & Ekkebertus filii Ekkeberti Comitis Bernhart, & Reginolt de Aſcha, Aſwin de Boderetingen, Sigehart de Utendorf. Willehalm de Walingen, Reinolt & frater eius.*

Num. LV. circa An. 1158.

Notum ſit omnibus Chriſto credentibus, preſentibus, & poſteris, quia *Ekkebertus* Comes delegavit per manum *Wern-*

Digitized

hardi de Julubach preſente Wernhardo Abbate, fratribus in Formbach Deo, & ſancte Marie ſervientibus, quidquid iuris aut proprietatis *in Halle* habere viſus eſt; que delegatio ab ipſo facta eſt cum iubente Friderico Imperatore Mediolanum profectus eſt. Huius traditionis Teſtes ſunt predictus *Wernhardus & filii eius Heinricus & Gebehardus, Alramus de Chamberc, Alramus de Chirchbach, Amilbertus de Agilign, Erchibertus de Moſebach, Poppo de Stuppach, Rapoto de Puten, Alcherus Erbo de Mitichc, Ulrich de Ezzenbacg, Reginoldus de Nunberg & alii quam plures.*

Num. LVI. Anno 1292. ex margine.

Notum ſit omnibus, tam preſentibus, quam futuris quod Dominus *Ulricus* miles dictus *Poppenperger* tradidit Eccleſie noſtre hubam ſitam in Wisling ſolventem annuatim talentum denariorum Patavienſium, ob remedium anime ſue & omnium parentum ſuorum, huius rei Teſtes ſunt, *Hainricus de Malgaozing frater ſuus Conradus Poppenperger, Chunradus, & Ulricus filii ſui*, & alii quam plures fide digni. Actum An. Domini M. CC. LXXXXII. X. Kal. Novembris.

Num. LVII. circa An. 1189.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis. Ego Heinricus Formbacenſis Abbas, ea, que ad utilitatem Fratrum noſtrorum ſcimus provenire auxilio Dei, ſicut Vires ſupetunt, decet nos, in quantum poſſumus, locum noſtrum ampliare: unde notum eſſe volumus, tam futuris, quam preſentibus, quod quidam Urbanus de Patavia nomine Waltherus Gozzonis filius, inſtinctus Dei amore Crucem volens tollere, & poſt Chriſtum ire, domum ſuam, quam hereditario iure habebat prebuit nobis ad emendum: qui conſiderantes nobis utile fore, eandem domum eminus, datis ſibi viginti Talentis, uno nobis dimiſſo pro ſalute anime ſue, & ut

Con-

Digitized by Google

Conſors eſſet in noſtra fraternitate. Sed quoniam peccuniam eo tempore in promptu non habuimus, Otto Urbanus de Patavia pro remedio anime ſue Eccleſie Formbacenſi tantum tradidit, ut predictam domum perſolveremus; ea conditione, ut ſi prefata domus in aliquem uſum proveniret, Abbas omnibus annis hoc reſervaret, ſi predicti Ottonis neceſſitas expoſceret, per decem annos ei abſque mora tribueret: quod ſi ita non erit, & Otto vitam finirit, nobisque uſum totum dimiſerit, decretum eſt, ut ex eodem uſu predium ematur, quo lumen nocte in Eccleſia ante altare ſancte Marie ſemper habeatur. Hoc enim facimus ſub confirmatione Clericorum Kathedralium & Urbanorum, atque ſub deſcriptione horum teſtium, *Hainricus Decanus*, *Chunradus Clericus*, *Meingotus Prepoſitus.*

Num. LVIII. circa An. 1160.

Wernhardus de Fulbach infirmitate usque ad mortem gravatus, ut vir prudens, ſaluti anime ſue conſulens, curtem, quam Mitiche habuit, per manum filiorum ſuorum *Heinrici*, *& Gebehardi* Deo, & ſancte Marie ad ſerviendum utilitati fratrum in Formbach conmanentium delegavit preſente Ortolfo Abbate, quod ipſi devote ſuppleverunt, & in feſto ſanctorum Petri & Pauli delegaverunt. Cuius rei Teſtes ſunt, idem *Heinricus & frater ſuus Gebehardus*, *Aribo de Mitiche*, *Rudegerus de Helenheimen*, *Rudolfus de Fulbach*, *Rudolfus de Amilungeſperge*, *Hartwicus*, *& frater eius Gebehardus de Lenginbach*, *Wernhardus de Mitternberge*, *Reginoldus de Nuenburch Prepoſitus*, *Herrant de Mitiche*, *Hartnith de Fulbach*, *Reudegerus de Formback.*

Quidam nobilis homo *de Swezenbach Oudalſcalcus* nomine tradidit predium ſunm omne quod habuit in Swezenbach ſuper altare ſancte Marie in Formbach, per manum Domini *Amelrici de*

Hunrichingen ſeque ipſum contulit, cum eodem predio ad predictum locum. Huius rei Teſtes ſunt, idem *Oudeſcalcus Amelricus de Hunrichingen*, *Altmanus de Oggeresheimen*, *Reginhardus frater eius de eodem*, *Engilwertus de Swezenbach*, *Meginkart de Rothoven*, *Wachamannus de Swezenbach*. *Wernhardus de Rotowe*, *Meinberdus & frater eius Walchun de Hotingen*, *Lutwinus de Nuwenhofn*.

Num. LIX. circa An. 1140.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quomodo Comes Ekkebertus in Ungarice expeditionis preparatione predium quod habuit Mountriching ſuper altare ſancte Marie delegavit, ſi vite finem inibi expleret. Poſt reditum vero huiusce expeditionis delegationem priſtinam inſtaurans in remedium anime omni ambiguitate poſtpoſita poſt finem vite ipſi loco contradidit. Huius rei Teſtes habemus *Albwinum de Steine*, *Erkenbertum de Moſebach*, *Megingoz de Ibinberc*, *Alkerum de Roulting*, *Pilgrimum de Richersheim*, *Pertoltum de Anteſine*, & alii plures.

Num. LX. Anno 1134.

Notum etiam facimus cunctis preſentibus atque futuris, quod pie memorie Comes Ekkebertus Senior omne predium, quod in orientis partibus ut preſcriptum eſt de Glocniza, usque ad Chlamma habuit poteſtativa manu Formbacenſi Eccleſie pro remedio anime ſue tradidit, & hoc nos usque ad *hoc tempus perannos ferme quinquaginta* libere poſſedimus, usque quo Comes Ekkebertus Iunior ſuggeſtione quorundam malignorum magnam nobis partem eiusdem predii violenter abſtulit, unde longa concertatio inter noſtros & Comitis ſervientes facta eſt, Donec Dominus Dietricus Abbas datis XXII. talentis argenti Anno ab Incarnatione Domini MCXXXIV. ab eo illud Domino redemit, & per ipſius manum ac filii ſui *Ekkeberti* & Uxoris eius *Domine Wilibirge*

Digitized by Google

Ebirge rurſus delegari, & terminis infra ſcriptis deſignari impetravit. Hanc in audientia totius Eccleſie ipſo Comite petente ſententiam promulgans, ut ſi quis deinceps hanc determinationem invadere, vel infringere preſumpſerit, a Deo & ſanctis eius perpetualiter anathema ſit. Primus terminus de villa Clocnize attingens ultra rivum qui dicitur vetus Clocnize, predium Ottonis de Syrnike pertingit usque ad fontem, qui eſt iuxta predium Rapotonis, & inde in directum, usque ad cacumen montis, qui dicitur minor Raie & inde per omnes ſummitates & vertices montium altium, & humilium Rupium & convallium & predio bone memorie Regebotonis longe adjacentium, donec perveniatur ad anguſtias rupium que dicuntur chlamma. Inde incipit alius terminus & vadit per decenſum fluvii Clocnize, usque ad locum, ubi Rivulus de Monte deſcendens flumen intrat, & per illum Rivum retro aſcendit donec perveniatur ad originem fontis, de quo idem rivus procedit, ibi pratum eſt, quod felicis memorie frater noſter Bebo prepoſitus a Comite emit, de quo prato alius terminus per ſumitatem montis qui Eichperch dicitur aſcendit, ubi dividitur ſilva quercum & abietum usque ad caput rivi, qui dicitur Appfolterbach & inde deſcendit usque in fluvium Suarzaha. Addidit etiam aliud e regione predium, quod Rechwange dicitur. H. r. t. ſ. *Bruno de Puſinperge, Liutpoldus Troie, Otto de Syrnicke, Megnoz de Taegdingeschirchen, Eberhart de Innichoven, Eckehart Unture. Heinricus Tahele, Hartfridus & Adelbertus Armigeri Comitis Guntherus de Potſaba, Eigilbertus de Chotelaha.*

Num. LXI. circa An. 1140.

Notum ſit omnibus tam preſentibus, quam futuris concambium, quod inter Abbatem Dominum Dietricum, & *Ekkekebertum Comitem* factum eſt. Idem namque Comes Formbacenſi Eccleſie dimidium manſum ad Clocniz quem Eberhardus ab eo

in

in Beneficio habuerat poteſtativa manu pro alio predio ad Ezzenbach ſitum delegavit, ea conditione ut poſt obitum ſupradicti Eberhardi fratribus ipſius loci libere deſerviat. Cuius delegationis Teſtes ſunt *Albwinus de Steine. Erkinbertus de Moſebach, Adelbero de Chirchbach, Wernhardus de Jugelbach, Aribo de Mitiche & Gisloldus filius eius, Hermonus de Suarzaha, cum filio ſuo Herrimano Helmbertus de Brame, Heinrich de Geizingen, Arnoldus de Munſture.*

Num. LXII. circa An. 1130.

Dietricus Comes de Viechtenſteine tradidit propria manu ad altare ſancte Marie predium, ad Rorbach, quod a nepote ſuo Comite Ekkeberto pecunia emerat cum quinque vineis & mancipiis, & omnibus eius appenditiis cultis, & incultis; ea conditione, ut poſt obitum ſuum, vel ſi prius eo pre divino amore carere voluerit huic loco libere deſerviat, & huius rei Teſtes ſunt, *Herbort de Skyrolvingen, Albwinus de Steine, Erckenbertus de Moſepach, Eppo de Staphalaren, Pilgrim Gall, Ortolfus filius Hugonis de Karlſtetin, Hermannus cum Barba, Adelherus Bertholdus, Walchunus.*

Wermout de Aſenheimin apud Fornbacenſe cenobium ſeculo abrenuntians, dedit ipſi Eccleſie predium quod ad Eiche habuit, quod quia ſub manu *Wernhardi de Falbach* erat, ipſe VIII Idus Aprilis preſente Comite Ekkeberto delegavit cuius delegationis Teſtes ſunt *Wernhardus de Moſebach, Ortolfus de Klamme & frater eius Poppo de Stupach, Megingoz de Ibenberc, Hermonus & frater eius Heinricus de Rotingen.*

Num. LXIII. circa An. 1130.

Bruno de Puſinberge dedit Formbacenſi Eccleſie per manum nobilis viri Domini *Hartwici de Legenbach* preſente Luipaldo Marchione Stabularem Curtem Wienenwrl cum vineis, & aliis

eius

eius appenditiis pro remedio anime tam ſue, quam Uxoris eius Eliſabet III Id. Martii iam defuncte, nec non & Leopoldi Marchionis cuius liberalitate idem predium ſibi traditum fuerat. C. r. t. ſ. *Adelbertus, & Leopoldus filii Marchionis Leopoldi, Gebehardus Comes de Piugen, Heinricus filius prefecti Ratisponenſis, Otto & frater eius Heinricus de Purchſtal, Fridericus de Huneſperch, & filius eius Fridericus Pabo de Amerangen, Otto & frater eius Walchoun de Landisdorf, Gerold de Elſoren, Walchoun & frater eius Chounrat de Sunelburch, Chadolt de Zoclisdorf, Pabo & frater eius Erchlinger de Gotinisvelde, Wolfkerus de Heimenburc, & frater eius Iſinrich.*

Poſthec rogatu Demini Dietrici Abbatis & preſente *Ekkeberto Comite* Advocato ipſius loci idem Marchio Leopoldus poteſtativa manu nobis tradidit pratum quoddam in monte Comagenſi in loco qui dicitur Woluesgruobe, quod ſcilicet miniſteriales eius ab eadem curte violenter antea abſtulerant. Et h. r. t. ſ. *Leopoldus filius Marchionis Poto de Potenprunen, Adelramus de Perge, Storfridus de Pecilinesdorf. Wolfkerus de Lanzenchirchen, Sigihardus Iunior de Flaze.* Et quia quidam miles predicti Marchionis Mercho nomine idem pratum violenter ſibi uſurpaverat, Abbas Dominus Dietricus datis eidem novem ſolidis litem hanc pie diremit.

Num. LXIV. circa An. 1135.

Domina Liukart Cometiſſa cum manu filii ſui Friderici Ratisponenſis Advocati ac filie ipſius Domine *Adelheidis de Wiltperge*, dedit Fornbacenſi Eccleſie per manum cuiusdam nobilis Viri nomine *Gundehardi* viginti manſus ad Hochenwarte, cum vineis, & mancipiis & omnibus eius appenditiis, cultis ſeu incultis, hac lege, & conditione, ut ſi pro aliqua neceſſitate ſeu utilitate eedem Poſſeſſiones cambiantur aut vendantur mancipia tamen Formbacenſi Eccleſie remaneant, huius rei Teſtes ſunt, *Dietricus Comes*,

Digitized by Google

Engilbertus Marchio, Albwinus de Steine, Englbertus de Sconcheringen, Baldmarus, & frater eius Dietherus de Halfe, Sigehardus de flaezze.

Num. LXV. circa An. 1140.

Dominus *Adelbero de Chircbach* tradidit S. Marie in Formbach pro remedio anime ſue omniumque Parentum ſuorum omne predium, quod habuit in loco, qui dicitur Goinaher per manum nobilis viri nomine Udalrici de loco, qui dicitur S. Marienchirchen. H. r. ſ. t. *Wolfherus de Tegrenwage, Wint de Tagamaresbach, Hartwicus de Ruite, Dietricus de Ruitlisbach, Wernhardus de Arnsdorf, Lutto de loco qui dicitur S. Ioannischirchen Ramprecht de Chierbach, Ingram de Taleheim, Bruno de loco qui dicitur S. Marienchirchen, Sigiboto de Sunneback. Pertholdus de Mitterenhuſe, Udalrich de Outenhuſen, Burchart de Steten & frater eius Ramprecht de eodem loco Adelram de Scretendorf, Willihalmus de Petreschirchen, Routpertus de Iugelbach, ad Inveſtituram Wolfherus qui ſupra.*

Quidam liber homo nomine *Chadelhoh de Riehersheim* delegavit predium, quod habebat ad Wilehalmingen in manum nobilis viri *Wichmanni de Wiwarn*, ut ille hoc pro remedio anime ſue ad altare S. Marie Formbach delegaret, quod ipſe ſatis benivole adimplevit, eiusque rei teſtes facti ſunt. *Adelramus de Heliginheim, Merboto de Hage, Megenhart de Wiwaren, Lanzo de Rotenbach, Chunrad de Tallheim, Chadelhoh de Otins, Egino de Stille, Chadel de Chadelingen.*

Num. LXVI. circa An. 1140.

Quidam miles *Ekkeberti Comitis Regnboto* cognomento longus dedit Eccleſie noſtre duo predia in loco qui dicitur Raie & Vineam ad Grillenporce, que delegata ſunt pariter per manum uxoris eius, que Heilica dicitur & Comitis Ekkeberti. Et h. ſ. t.

Bruno

Digitized by Google

Bruno de Buſinperge, Chuno de Rampla, Otto de Syrnicke & frater eius Roudolfus Durinc, Druisliep & Ekehart de Liuprandesdorf. Azzo longus de Puſchingen, Luipoldus de Nedeſpach Liupoldus Troie.

Quidam nobilis homo nomine Chouno dedit huic Eccleſie Vineam in loco qui dicitur Stiepach quam delegavit *Comes Ekkebertus* annuente *Ortolfo de Chlamma*, qui anforam vini hereditarie in eo habebat, quam Eccleſie tradidit: ſed & ipſe Comes ſui iuris anforam dedit, cuius traditionis teſtes extiterunt. *Bruno de Puſinperge, & frater eius Heinrich de Anteſinperge, Chuno de Rampla Megingoz de Chlame, Eberhartus de Morzehoven.*

Alchkerus de Rouetingen dedit ad prefatum locum per manum Domini *ſui Ekkeberti* Comitis predium, quod habuit apud Puhil.

Ortwinus de Windeperge dedit Formbacenſi Eccleſie per manum nobilis viri *Heinrici de Steine* predium quoddam ad Erlaha ſitum, integram ſcilicet Houbam. C. r. t. ſ. ipſe *Heinricus de Steine, Meginhardus de Oubelingen, Piligrimus de Richerisheim, Aſcwinus de Loiſenbach, Wicker Craſſus, Wecil de Hartheimen, Wecil Adelbero, Pilgrim Heinricus Prepoſitus Comitis Ekkeberti Bernhard cum Barba.*

Aribo de Mitiche delegavit per manum *filii ſui Gisloldi* ſex iugera, & hi ſunt teſtes. *Hermannus de Rotingen, Oudelrich. Sigiboto de Bornheim* dedit predium quoddam apud Ortenberch.

Num. LXVII. circa An. 1130.

Dietmarus de Durcheimin dedit huic Eccleſie annuente Domino ſuo *Oudalrico* predium quoddam, in eodem loco ſitum & ſervum Meginhardum ad cenſum quinque nummorum. Et h. ſ. t. *Walchoun de Aſchaha, Pernhart de Geginperge, Arnoldus de Zuiſileſperge, Adelbertus de Griezdorf. Peringerus de Cella.*

Quidam religioſus vir nomine Reginboldus converſionis gratia ad nos veniens predium ſuum, quod habuit in loco qui dicitur Ezelenbach S. Marie delegavit. Huiusque traditionis teſtes extiterunt *Eppo de Ruite Eberhardus & Otto filii eius Bruno de Merſteine.*

Erkinholt de Durcheimin Rogatu filii ſui Wernhardi, qui apud nos defunctus & ſepultus eſt & annuente Domino ſuo Oudalrico tradidit S. Marie predium ad Elichingen & duo iugera adiacentia predio noſtro ad Ourcheimen, & ſervum Meginwart &c.

Meginhart de Oubelingen delegavit dimidium manſum ad Stuzemaneſperge per manum *Rumoldi* nobilis viri & h. r. t. ſ. *Dietricus de Viſenharte, &c.*

Quedam matrona nomine Diemout delegavit quatuor iugera. Et h. ſ. t. *Gunther de Lobehartingin, Gebehart de Stameheim.*

Num. LXVIII. circa An. 1130.

Dominus Geroldus religioſus presbiter obtulit ſuper altare S. Dei genitricis Marie quindecim talenta argenti, quibus Dominus Abbas Dietricus coemit predium, quod habuerunt fratres de Perhteresgadne in loco qui dicitur Prencingen: quod predicti fratres per manum Advocati ſui Comitis *Gebehardi de Sulzbach in manum Comitis Dietrici* & per eum Formbacenſi Eccleſie delegari fecerunt, cuius rei hi ſ. t. *Erchanbertus de Moſebach, Wernhart de Iullbach, Eppo de Riute, Eberhardus & Otto filii eius. Alwinus de Steine.*

Predictus etiam Abbas datis tribus talentis emit quoddam pratum iuxta Wichmartingen ſitum, a *Sigifrido de Sulzbach*, quod idem Sigifridus ad altare S. Marie per manum nobilis *viri Gisloldi de Mitiche* delegari fecit, cuius r. t. facti ſ. *Aribo de Mitiche, Perchtoldus de Harthheimin & filius eius Aribo*, & alii quam plures.

Num.

Digitized by Google

Num. LXIX. circa An. 1140.

Hermannus Senior de Rotingen dedit per manum nobilis viri *Erkinberti de Moſebach* Fornbacenſi Eccleſie manſum unum in loco qui dicitur Hoirunbach, & h. ſ. t. *Ekkebertus Comes*, *Wernhard de Iulbach*, *Albwinus de Steine*, *Wernhardus filius predicti Erchenberti*, *Megngoz de Taidingeschirchen*, *Liupoldus Troie*, & alii multi de miniſterialibus.

Dietricus filius Hartwici de Nedeſpach, dedit Formbacenſi Eccleſie per manum Liupoldi de eodem loco vineam ad Botſaha, & h. ſ. t. *Ekebertus Comes. Sigboto de Bornheim*, *Megengoz de Taidingeschirchen*, *ipſe Liupoldus. Herimannus de Rotingen*, *Oudelricus de Ezenbach. Herrimanus de Syrnikke*, *Perhart & Gerunc de Erlaha.*

Ad cunctorum fidelium tam futurorum, quam preſentium notitiam venire deſideramus, quod quedam vidua Heilica noſtre Eccleſie famula, predium ſuum, quod ei vir ſuus Altmanus dederat & in manu *Comitis Ekkeberti* delegaverat, ſumptum de manu predicti Comitis, & in manum cuiusdam nobilis viri *Gisloldi* translatum noſtre Eccleſie delegari fecit: eo ſcilicet pacto, & lege, ut ipſa, & filii eius & eorum poſteri hereditario iure illud in Beneficium habentes, modium tritici ſingulis annis ſolvant, nullumque aliud ſervitium reddere cogantur; quod ſi legitimi heredes defecerint, tunc ex integro Eccleſie uſibus deputetur. Cui rei teſtificantur *Wernher de Cella*, *Megingoz de Taidingeschirchen*, *Ortolfus de Ruoltingen*, *Gerhard de Glizenvelde*, *Hermannus de Rotingen*, *Chounrat de Wikalmingen. Perhart de Linſperge*, *Oudalricus de Ezenbach*, *Wernhart Zant*, *Regenboto de Stetingen. Hartwicus de Monſtuere. Gotfrid de Toinikke.*

Helmbertus de Witerune dedit Fornbacenſi Eccleſie per manum Domini ſui Ekkeberti tam pro remedio anime ſue, nec non &

coniugis ſue Adelheide, quam etiam pro amore Witigonis filii ſui, quem ad omnipotentis Dei ſervitium obtulit dimidiam Houbam in loco qui dicitur Goezingen cum ſervo nomine Wolfgang & dimidiam in loco, qui dicitur Puncingin. H. r. t. ſ. *Wernhart de Iulbach, Glsloldus de Mitiche, Megingoz de Taidingeschirchen, Pilgrimus de Richeresheim, Herman de Rotingen, Chunradus de Sigehartingen,* ſub eisdem quoque teſtibus dedit etiam ſervum nomine Chounradum.

Wickerus Prepoſitus Comitis Ekkeberti dedit Formbacenſi Eccleſie per manum cuiusdam nobilis viri *Sighardi de Walkeſingin* predium quod habuit ad Rotingen. Cuius rei t. ſ. *Ekkericus, Gisloldus de Mitiche, &c.*

Num. LXX. circa An. 1140.

Domina Pertha de Auwe ſoror noſtra cum filio ſuo *Sigbotone de Bornheim* dedit Fornbacenſi Eccleſie vineam in loco, qui Piukheim nominatur, quam ſibi venerabilis Hermannus *Auguſtudunenſis* Epiſcopus donaverat, C. r. t. ſ. *Wernherus de Cella, ipſe Sigboto. Heinricus de Chruogaren, Gotefrit de Scultheizingen.*

Num. LXXI. circa An. 1150.

Venerabilis presbiter Dominus Geroldus frater noſter, dedit S. Dei genitrici Marie XIII. talenta argenti de quibus comparatum eſt predium ad Harbach a Domino *Eberhardo de Rote*, quod predium idem Eberhardus ſub Teſtificatione ſui ipſius, & Uxoris eius in manum nobilis viri *Pertoldi de Suezenbach* delegavit, & ab ipſo ſancte Marie ad Fornbach delegari fecit. C. r. t. idem *Eberhardus de Rote, Heinricus de Graſemſe, & frater eius Wernhard Otto Kazprenne, Godefrid de Waldehoven, Englſcalch de Roudacheresdorf, Oudalſcalch de Meichingen. Herman de eodem loco Fridericus de Heigraren, Bernhart de Fornbach &c.*

Num.

Digitized by Google

Num. LXXII. circa An. 1150.

Dominus Adelbertus de Geren dedit pro remedio anime ſue Formbacenſi Eccleſie per manum nobilis viri nomine *Chadalhoh de S. Hemmcramesperge* predium ad Uſtresheim cum novali, quod ipſe pro ſupplemento addiderat, C. r. t. *Adelbertus filius eius, Adelramus de Perge, Chuno de Megelingin. Wint de Biburch, Roudegerus de Gruenenbach & fratres eius Englſchalhe, & Warmunt de Kaltenbach, Megnhart de Wadelgeresdorf, Sigehart de Otterbach, Poppo de Prahpach, Grimo de Wegebach, Arnoldus & filius eius Gundachar de Oppenheim, Roudolfus de Niuhoven, Eckolf de Poſſenmourſture.*

Ad cunctorum fidelium tam futurorum, quam preſentium notitiam venire deſideramus, quod quidam *Pilgrimus de Huzeneiche* predium ſuum apad Heldugenſperge dedit Formbacenſi Eccleſie per manum nobilis viri *Amelberti de Eigelingen.* C. r. t. e. ipſe *Amelbertus de Steine, Gisloldus de Mitiche, Pilgrimus de Richershaim, Chadelhoch de Engelhartsham, Oudalricus de Echenbach.*

Num. LXXIII. circa An. 1150.

Pie memorie *Wernherus de Pholſawa* frater noſter, dedit nobis per manum nobilis viri *Giſeloldi de Mitiche* predium ad Richenperge & dimidium manſum ad Otkeriswiſen. C. rei t. ſ. *Diepoldus de Locheimen frater ipſius Wernheri, Herimanus & Otto filii eius. Goizwin nibilominus frater eius, Magnus de Pruele gener eius. Heinricus de Chruogaren, Wileholmus de Giſenperge.*

Item delegavit predium ad Uzheimen & predium ad Puchtobele, quod in Beneficio tunc ſupradictus Willehalmus habebat, hocque fratri ſuo *Gozwino* quoad viveret conceſſit eo pacto ut poſt mortem ſuam huic Eccleſie deſerviant. C. r. t. *Giſeloldus de Mitiche, Magnus de Pruele, Dietpoldus & Gozwinus, frater eius, Her-*

Digitized by Google

Hermannus & Otto filii eius, Oudelschalch de Mechingen, Willihalmus de Giſenberge. Heinricus de Chrougaren.

Otto quidam de *Pumſteten* per manum *Giſſoldi* nobilis Viri *de Mitiche* predium ſuum in Holzheim ſuper altare ſancte Marie in Formbach, pro remedio anime ſue delegavit. H. r. t. ſ. *Pertoldus de Harthaimen, Sigboto de Holzhaim, Chazil de Pumſteten, Chounradus de Lochehaim, Menhart* & alii.

Num. LXXIV. circa An. 1145.

Sirus, qui & *Sigehardus Comes de Scala* & eius conſors glorie Domina *Sophia* unacum filio ſuo *Heinrico* delegaverunt ſancte Dei genitrici Marie per manum nobilis viri *Meginhardi de Ydene* inculti iuris, & nemoris in loco, qui Meryna vocatur quinquaginta manſus pro remedio tam ſue anime; quam etiam *prioris mariti ſui Karinthiorum quondam Ducis Heinrici*, qui hoc ei proprietatis Iure dedit, adicientes; quod ſi hoc Eccleſiaſticis utilitatibus excolendo manciparemus, plura ſe nobis adhuc inibi daturos, & ut nullus alius, inibi patrocinatus ſibi Iura uſurpet, a Domino *Dietrico* Abbate, qui tum aderat filio ſuo Domino *Heinrico* Advocati curam committi rogaverat, ut tam ipſe, quam eius ſucceſſio hanc Iure perpetuo habeant, cui rei teſtificantur *Gebehardus Comes de Purchuſen frater eius. Heinricus filius ipſius Sighardi Comitis, Dietpoltus de Locheimin, Hermanus filius eius, Eberhardus filius ſupradicti Meginhardi Meginhardus Vuhs, Magnus de Pruele & frater eius Otto & Purchart, Heinricus Scoldier, Hatwicus Prefectus de Purchuſen, Magens de Tuirten, Purchart de Oede, Embricho de Wolferimesdorf, Heinricus de Steueningen, & filius eius Heinricus Wolfram de Outtendorf, & frater eius Chunradus, Chunrat frater Vorhtliebes, Pabo filius Roudperti de Ydene*, & alii quam plures ad inveſtituram hi idem.

Num.

Digitized by Google

Num. LXXV. circa An. 1145.

Dominus Cumpoldus Patavienſis Canonicus dedit noſtre Eccleſie per manum *Erkinberti de Moſepach* predium ad Scoinawa, quod iam dudum Comes *Ekkebertus* a nobis cum dimidia Houba ad Steinperge mutuaverat, & pro taxatione *peccunie ei dederat.* C. r. t. ſ. *Albwinus de Steine, & filius eius Erkanbertus. Hartwicus de Hagenawa, Wernhardus filius ſupradicti Erchenberti Heinricus filius Wernhardi de Iugelbach, Regingerus de Tuomoltesheim, Heinricus de Husrukke.*

Quidam liber homo nomine *Wecl de Uzheimin*, delegavit poteſtativa manu ſancte Dei genitrici Marie predium ſuum quod habuit in eodem loco, ea lege, ut ipſe, & omnis poſteritas eius illud in beneficio habeat, iure perpetuo, & annuatim XX. mettas tritici perſolvant, & ſi legitimi Heredes defecerint, ex integro Eccleſiaſticis uſibus deputetur, C. r. t. ſ. *Chunradus de eodem loco, & filius eius Peringerus, Heinricus de eodem loco Eberhardus de Steindorf, Heinricus de Chruogaren, Richerus de Yresheim, Waltherus de Hauenaren* ad inveſtituram hi idem.

Num. LXXVI. circa An. 1130.

Notum ſit omni generationi que ventura eſt, quod Comes *Ekebertus* annuente coniuge ſua *Wilwirga* & filia ſua *Chunigunda* curiam in Harthaim & Molendinum in Stegen per manum nobilis viri *Arbonis de Mitiche* ad altare ſancte Marie delegavit, ita ut predicta curia ſerviat annuatim duodecim modios ſiliginis octoginta Caſeos: Molendinum vero ſex modios ſiliginis & porcum valentem tres ſolidos denariorum, & alia ſervicia, huius delegationis Teſtes exſtiterunt, *Paldmarus de Halſa, Aribo, qui delegationem fecit, & filius eius Giſiloldus, Wernhardus de Pholſaw, Bruno de Alderſpach* ad inveſtituram hi idem.

Gertrudis filia Adalberi de Rohtingin dedit poteſtativa manu, unacum Matre ſua Willebirga ſancte Dei genitrici Marie pro remedio tam ſue anime, quam etiam viri ſui *Pilgrimi* iam defuncti vineam ad Botſaha cum ſuis appenditiis c. r. t. *Meginhardus de Oukelingen &c.*

Dietmarus von dem Gundrames dedit in uſus fratrum Deo ad Formbach ſervientium per manum *Domini ſui Comitis Ekkeberti* Senioris dimidium manſum in loco, qui dicitur Stinchentenprunen & Colonum eius nomine Baldwinus cum uxore & filiis ea nimirum lege, ut ſi ipſe uxorem, vel illa eum morte preveniat, Eccleſie ex integro deſerviat. C. r. t. ſ. *Ekkebertus Comes Iunior. Dietmarus de Pornkeim, Wernhardus de Eoghartisheim, Hermannus de Syrnikke, Marchwardus cognomento parvus, &c.*

Quidam nobilis homo Oudalricus nomine tradidit ad eundem locum predium ad Ermprehtesdorf, quod ei hereditario iure obvenerat; hoc pacto, ut poſt mortem ſuam huic loco absque contradictione deſerviat, & interim dum advivit unum iugerem Eccleſiaſticis uſibus conceſſit. C. r. t. *Ekkebertus Comes Iunior, Diepoldus de Locheimin, Gotzwinus de Pholeſauwa, Dietmarus de Pornheim, Poppo de Stupach, Hermannns de Syrnike* ad inveſtiturum hi idem.

Num. LXXVII. circa An. 1140.

Gisloldus de Mitiche dedit per manum nepotis ſui *Pertholdi nobilis Viri de Hartheimen* pratum quoddam, ante conplures annos pro viginti ſibi talentis depoſitum, ea ratione, ut ſi aliquis illud hereditario iure repetat, datis XX. talentis habeat, ſin autem Eccleſiaſticis uſibus absque refragatione aliqua deſerviat, C. r. t. *Poppo de Stuppahe, Rapoto de Butine, Berhart, & frater eius Gerune, Oudalricus de Sneperge &c.*

Megngoz

Digitized by Google

Megingoz de Pfolſawe dedit tribus fratribus Kacilino, Walchoun Wigando predium, quod habuit ibidem, ea lege, ut tam ipſi, quam poſteri eorum dimidium modium tritici annuatim perſolvant, ſancte Dei genitrici ad Fornbach, & ſi legitimi heredes defecerint, Eccleſie ex integro deſerviat, C. r. t. ſ. *Chunrad de Uzheimen, Peringerus filius eius. Roudolf de Pfoliſauwe, Waltmau ad inveſtituram, Chounrad qui ſupra.*

Quidam Vir Ouze nomine annuente Coniuge ſua *Irmgarda* dedit per mannm nobilis Viri *Marchwadi de Piurbach* predium ſuum ad Perndorf, in uſum Deo famulantium pro remedio tam ſue anime, quam parentum ſuorum ea lege, ut poſt obitum ſuum Formbacenſi Eccleſie ex integro deſerviat & nunc interim ad declarationem eiusdem traditionis quinque nummos annuatim exſolvant. C. r. t. idem *Marcho Sigboto de Ruripe, Wilrat fidelis ipſius idem Ouze Oudelrich.*

Num. LXXVIII. circa An. 1145.

Domina Willipirga relicta Comitis Ekkeberti unacum filio ſuo Iuniore Ekkeberto dedit in uſus Deo famulantium tres manſus unum ad Holzheimen, alterum ad Talheimen, & quod deerat dato novali & molendino, ſupplevit. Dederunt etiam nobis de nemore ad Forauwa, tam pro remedio anime Comitis Ekkeberti iam defuncti, quam etiam pro debito Eccleſiaſtice pecunie, quidquid comprehenditur a duobus illis rivis, qui vulgo Forauwa & Lauenza dicuntur a notiſſimo illo termino qui Comitis vocatur, usque ad eum locum, quo ſe hi idem rivi in unum recipiunt ad exſtirpandum in quoscunque uſus, & excolendum Eccleſiaſticis utilitatibus iure perpetuo absque refragatione omnium mortalium.

Poppo etiam de Stupach dedit ſancte Dei genitrici Marie ob remedium tam ſue anime quam & *Domini ſui Comitis Ekkeberti* manſum unum in loco qui Slavica lingua Poldigoeri dicitur.

Digitized by Google

Ragata quoque *de Tuine* dedit familiam Houbum ad Grantperge pro remedio anime Domini sui cum servo nomine Omunt.

Mazingus etiam *de Taigedingeskirchen* dedit ipsa die eadem complacitatione fabulirem curtem, ad Gumpingen, cum mancipiis, & omnibus eius appendiciis cultis, & incultis, hoc tenore, ut post mortem suam huic Ecclesie deserviat.

Sed & *Pilgrimus de Richerisheim* dedit, quod habebat, ad Holzheimen, hac lege, ut quoad vivat annuatim modium tritici inde persolvat, & post mortem suam huic Ecclesie totum cedat.

Num. LXXIX. circa An. 1130.

Leugart de Lengesheim data facultate sua domino suo Piligrimo impetravit se delegari in manus *Dietrici Comitis de Viechtenstein* & ab ipso delegata est ad petitionem ipsius sancte Marie ad Fornbach, hac lege, & conditione, ut omnis successio eius eidem Ecclesie *militari officio* assistat quarum omnium traditionum Testes sunt, *Dietricus Comes de Viechtenstein*, *Ekkebertus Comes Wernhardus de Iugilbach*, *& filii eius Heinricus & Gebehardus*, *Baldmarus & frater eius Dietherus de Halse*, *Eberkart & frater eius Otto de Ekke*, *Wolfherus de Lanzenchirchen*, *Raboto de Butine*, *Poppo de Stupach*, *Herman de Rotingen*, *Pilgrimus de Richerisheim*, *Megnhardus de Ubelingin*, *Megingoz de Taigedingeschirchen*, *Sigiboto de Pirnbach & frater eius*, *Wolfganc Liupolt Troie*, *Herman de Piurbach* & alii quam plures.

Num. LXXX. circa An. 1145.

Universorum presentium videlicet, ac futurorum noticie diligenter commendamus, qualiter Liupoldus ministerialis Comitis Ekkeberti in Beneficium susceperat ab Abbate Dietrico partem ville Niunkhircha dicte, cum agris adiacentibus, pro Marca argen-

argenti ſingulis annis ſolvenda. Remoto vero ab Abbatia predicto Dietrico, ſucceſſor illius Wernhardus querimoniam fratrum Formbacenſium ſuſpenſus nec cenſum ſuſcepit nec militem inbeneficiavit: tandem intervenientibus Comite prenominato, & Abbate Salzpurgenſi Heinrico in hoc verbo conſenſerunt ut miles predictus Beneficium a manu Abbatis ſuſciperet, & marcam ſingulis annis perſolveret: ea videlicet ratione, ut poſt vitam ſuam, ſive duceret uxorem an non, ſive liberos generaret an non, libere beneficium redeat in uſum fratrum predictorum, absque omni contradictione Dominorum, vel propinquorum. Sed quoniam aliquando rara ſolet eſſe fides generis huiusmodi, iterum caute decretum eſt, ut vineam, quam habuit in loco delegaret ſuper altare ſancte Marie Formbach, per manum Domini ſui Comitis Ekkeberti; hoc videlicet pacto, ut quamdiu ipſe adviveret, pro cenſu predicto, poſt finem vero pro remedio ſerviret anime ſue, que traditio publice peracta eſt ab eodem Comite preſentibus, & annuentibus teſtibus his ſubſcriptio *Pilgrimus de Richersheim*, *Megingoz de Ibinperc*, *Sigifridus de Granhberg*, *Wolfkanc de Pirmpach*, *Ortolf*, *& Eberwinus de Roultingin*, *Erniſt de Ruripp*e, *Eberhart de Witerun*, *Sigibertus de Ruripp*e, *Poppo de Stupach*, *Ortolf de Chlame.*

Num. LXXXI. circa An. 1145.

Notum ſit omnibus Chriſtiane fidei filiis, quod quidam ex miniſterialibus Domini Ekkiberti Comitis nomine *Gotifridus de Swent* delegavit predium ſuum quod eſt in monte, qui dicitur Reinbach ad altare ſancte Dei genitricis Marie Formbach, per manum filiorum ſuorum *Pilgrimi*, *& Heinrici*, ac filiarum ſuarum nominibus *Gertrudis & Mathildis* ea conditione, ut nunc, & in perpetuum fratribus ibidem Domino ſervientibus famuletur, &c.

Digitized by Google

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus quod quidam nomine *Chunradus de Lynthberge & Uxor eius nomine Hiltigart & filius eius Perhart*, tradiderunt predium ſuum, quod habuerunt iuxta Boutin ſuper altare ſancte Marie Formbaph. H. r. t. ſ. *Liupoldus Traio & Dietmarus de Poutinowe, Liupoldus de Nedespach & filius eius Chunradus, Dietricus de Nedespach, Gerhoch Prepoſitus Domini Rapotonis de Poutin, Roudegerus Prepoſitus Domine Giſle de Liudign.*

Num. LXXXII. circa An. 1145.

Dominus *Pernhartus de Tounike* delegavit predium, quod a Domino Sigifrido Presbitero de Poutine emerat, in manus Domini *Chonnonis de Chirchowe* ea conditione, ut ipſe hoc idem predium ad altare S. Marie Formbach traderet, hoc ipſe Chuno ſub his teſtibus adimplevit, *Liupoldus Troie, Dietmarus de Poutinowe, Liudpoldus & Dietricus de Nedeſpach, Gotifridus de Tounike, Yrmfrit de Nouwenchirchen.*

Noverit univerſorum induſtria, qualiter *Gebehardus de Roultingin* tradiderit ad altare S. Marie Formbach predium quod habuit apud Willingin pro remedio anime ſue uxoris omniumque parentum ſuorum ſub his teſtibus. *Idem ipſe Gebehardus & frater eius Gotefridus Rudegerus de Hellenhem, Pertolt de Rainbach, Rapoto de Oſterberch, Chunradus de Seuaren.*

Cunctorum S. Dei Eccleſie filiorum noticie diligenter intimamus, qualiter *Meginhardus de Oubelingin* miniſterialis Comitis Ekkeberti tradidit ad altare S. Marie apud Formbach pro remedio anime ſue & uxoris, ac filiorum dominorumque ſuorum & omnium fidelium defunctorum predia hic ſubſcripta, Toubile, Ouzingen, *Pouzinge ſub teſtibus hic nominatis. Megingoz de Ybenberc, Dietmarus de Pornhaim. Oudalricus de Ezzenbach, Witigo, Rizo de Grantperge.*

Num.

Digitized by Google

Num. LXXXIII. circa An. 1150.

Cunctorum fidelium intimamus memorie, qualiter ſacerdos quidam Paldwinus nomine predium quoddam Tobel ſupra altare S. Marie delegaverit coram his teſtibus, *Adelram de Chirpach, Meingoz de Ibenperch, Ortolfus & Alkerus fratres eius de Ruheltingen, Chunrad de Sighartingin*, ea de cauſa ut preſtito ſibi Beneficio ad vitam duorum liberorum ſuorum, quod modium unum ſuo predio plus perſolvat, & poſt mortem puerorum cenobio memorato reſtituatur.

Num. LXXXIV. circa An. 1150.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter *Otto Comes Patrie* tradidit duo mancipia Adelheit Liukart filias Chunradi de Ezenpach ſuper altare S. Marie Formbach pro remedio anime ſue parentumque ſuorum ad cenſum quinque denariorum ſub Domino Wernhardo Abbate. H. r. t. ſ. *Oudalricus de Ezenbach, Heinricus de Husmaningen, Wolfkangus de Ezenbach, Adalbertus Heinricus de Swente, Reginoldus de Niuwenburch, Heinricus Pertoldus & Eberhardus de Ittingen, Reginoldus de Formbach.*

Notum ſit tam preſentibus, quam futuris, qualiter *Dietmarus de Poutenhowe* miniſterialis Ekkeberti Comitis tradidit predium ſuum apud Duringiſrout in manum Domini ſui predicti *Ekkeberti Advocati* Formbacenſium per manum *Popponis Conſocii* ſui ad ſerviendum fratribus qui ſunt in predicto loco. H. r. t. ſ. *idem Poppo, Gerhardus.*

Eodem die ſub eisdem teſtibus tradidit *Chunradus de Linſperge* poſſeſſionem ſuam apud Poutenhowe pro remedio anime, coniugisque ſue Chriſtine defuncte in manum predicti Ekkeberti domini ſui per manum Popponis ad ſerviendum fratribus Formbachenſium.

Sciant

Digitized by Google

Sciant omnes Christiani, qualiter *Reginoldus de Pretenberge* pro remedio anime sue & parentum suorum tradidit predium suum, per manum cuiusdam nobilis viri *Pornonis* super altare S. Marie Formbach ad serviendum Hospitali Pauperibus & Peregrinis. T. s. *Porno. Reginoldus & Marcwardus de Formbach, Eberhardus de Wissenheim, Eberwinus filius Wikheri de Winthartesheim, &c.*

Num. LXXXV. circa An. 1150.

Notum sit omnibus, tam presentibus quam supervenientibus, quod nobilis quidam Dominus *Werinhardus de Iulbach*, delegavit Formbacensi cenobio presente eiusdem loci advocato *Comite Ekkeberto* predium cuiusdam ministerialis nomine *Dietmar de Pornhemen* in loco qui dicitur Ode situm, quod ipse multo tempore hereditario iure possederat, in articulo vero mortis positus, hanc traditionem pro remedio anime sue fieri postulavit, nec non coniux eius G. & filii S. & Ou. que delegatio completa & investitura potestativa manu data est sub his testibus *Wernhardus de Iulbach, Pertoldus de Heidendorf, Amelbreth de Eibiligen, Bernharndus de Prueschinchen, Liupoldus de Nedespach, Heremanus de Nuenhoven, Otto de Herrantestein. Rudolfus Reginoldus Prepositus.*

Ministerialis quidam Comitis Ekkeberti *Dominus Rapoto de Pouten* delegavit Fornbacensi Ecclesie potestativa manu predium, quod habuit in loco qui dicitur Rigilspach situm cum mancipio quodam, cuius patrem primitus delegaverat ipse Rapoto de Pouten; ea videlicet lege, ut post exitum vite sue sine omni contradictione predicto deserviat cenobio. Et h. s. t. *Eberhardus de Witteroun. Regnoldus de Fornbach*, & alii.

Nobilis quedam Matrona nomine *Richiza de Grizbach* delegavit Fornbacensi Ecclesie tam pro remedio anime sue, quam mariti sui Walchount dimidium mansum Routar situm inter reliqua per-

Digitized by Google

prenominati cenobii predia. Huius traditionis t. ſ. *Fridericus de Exzenbach*, *Heinricus de Houmade*. *Gerhart de Timenroute*. *Chuno de Tengtin*.

Num. LXXXVI. circa An. 1126.

In memoriam cunctorum fidelium ſcripta adducimus, & adducta ſcripſimus tam futurorum, quam preſentium, qualiter *Comes Ekkebertus Iunior* fratribus Formbacenſibus Benedicti ſub Regula militantibus ſuper certis Beneficiis ſibi collatis a parentibus, tam pro ſue quam parentalium remediis animarum ſilvam in Albam Lavenz & Maiorem Lavenz ſitam, quantum occupat ſpacii viginti manſuum contulerit ſub Domino W. Abbati. H. r. t. adducimus *Rapotonem Caſtellanum de Boutine*, *Berhardum eiusque fratrem Gerbot de Erla*, *Liupoldum Troie*, *Chounradum de Bouſinperge*.

Chunradus de Linſperge in articulo vite conſtitutus delegavit per manum nepotis ſui *Luipoldi Troie*, predium, quod habuit Boutenobe tradendum ad altare S. Marie in uſum fratrum Formbacenſium ob anime ſue remedium, quod idem Luipoldus adhibito eiusdem in teſtimonium filio *Berhardo* benigne adimplevit ſub huiusmodi teſtibus. *Rapoto de Bouten*. *Heinricus de Rotingin*.

Oudelricus de Sneperge curtem quam habuit Lintgrabene cum ſervo quodam Egilolf manu poteſtativa tam pro ſui, quam omnium parentum ſuorum remedio ad altare S. Marie contradidit aut ſin prius in vita ſua Deo inſtigante dimittat, eisdem tamen fratribus in uſum deſerviat vita finita. Ad hoc teſtes adhibemus advocatum noſtrum comitem ſcilicet *Ekkebertum*, *Regingerum de Toumoltsheim*, *Rapotonem de Boutine*, *Popponem de Stuppa*, *Liupoldum Troie*, *Liupoldum de Chatere Megingoz*, *Gerune Adelberonem fratres ipſius*, & ceteros quam plures de miniſterialibus.

[illegible] a Deum, cum vivit in huius predium [illegible] ibidem [illegible] ac [illegible] S. Marie integrum et [illegible], ut monachi [illegible] medium modium [illegible] [illegible]. quam diu vivat, ulterius vero post [illegible] Lodolfo ut integrum [illegible]: hoc excepto, ut si quis [illegible] post hac [illegible] [illegible] [illegible]. H. [illegible] Comes Ekebertus [illegible], [illegible] [illegible] Volmarus frater.

Notum fit omnibus tam presentibus, quam superveniendibus, quoniam Liupoldus [illegible] de Mayrach [illegible] [illegible] filii Eberhardi [illegible] Mechtildis pueris nostris pietate ductus suum hereditarium [illegible] partibus [illegible] Formbacensi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. C. [illegible] L. *Rapot de Routine*, *Henricus de Sacra*, *Comes de Ortenau*, *Poppo de Stuppach*, *Luipoldus Trie*, *Oudalricus de Sachsen*, *Sigifridus de Cranperge*, *Perhardus de Eria*.

Dubium non esse cupimus cunctis Christi fidelibus *Henricum de Rumingen* celestis inspirationis instinctu predium quod habuit *Alemannum* per manum nobilis viri *Friderici de Mulbach* ad altare S. Marie *Formbac* delegasse: huius namque predii nobilis ille supra nominatus antequam delegatum foret, investituram habuit de [illegible], quam nunc S. genitrici Dei satisfaciendo, nullo contro[illegible], persolvit, cuius investiture delegationisque per aurem [illegible] sunt testes, *Werinherus de Iulbac*, *Oudalricus de Heidendorf*, *Rapot de Routine*, *Oudelricus de Escenbach*, *Poppo de Stuppac*, *Sigifridus de Cranberge*.

Num. LXXXVII. circa An. 1159.

Anno MCLVIII. pie memorie Comes Ekebertus, cum se expediret in expeditionem, que contra Mediolanenſium cives a Cesare Friderico facta est, tradidit ob remedium anime sue omniumque parentum suorum fratribus Forimbacenſibus *de saltu nemoris*

ris Patavienſis nos reſpicientis a terminis, quos deſcribimus: ſicut via Formbacenſis ducit ſe in viam publicam ſuperiorem, & ſicut ipſa tranſit per Reſperge & exinde aſcenſus usque ad Reginoldum Prepoſitum, ex ipſo circumquaque quidquid eſt ſaltus donec Volenbukke pervenias: factaque publica traditione propria manu S. Marie delegavit ſub his teſtibus, *Werinherus de Iulbac, Hartmannus de Tanne, Erchinbertus de Moſebac, Amelbertus de Egilinge, Oudalricus de Hedindorf, Rapoto de Botine, Heinricus de Roting, Oudalricus de Ezlinbach, & frater eius Fridericus, Sigifridus de Crantperge, Reginolt Prepoſitus*, &c.

Num. LXXXVIII. circa An. 1166.

Omnibus Chriſti fidelibus notum eſſe volumus, quomodo *Wikherus de Vogelarn* tradidit predium ſuum ad Sant, & Andemberch per manum *Bertoldi* Comitis & filii eius ad cenſum decem denariorum, quem perſolvere debent omnes poſteri eius, ſi vero heredes defecerint, in poteſtate fratrum erit, H. r. t. ſ. *Adalbertus de Nozzenwozen, Amelbertus de Lochuſen, Aribo de Mitiche, Reginoldus de Niuwenburch, Dietricus de Rotingen*, & alii plures.

Omnibus pie voluntatis hominibus tam preſentium, quam poſt in finem usque ſuccedentibus notificamus, qualiter quidam *Oudalricus de Ezzinpach* devoverit Deo, ſancteque Marie & omnibus ſanctis manſum unum in loco qui dicitur Machingen. Cui in brevi vitam morte commutans, & ſalubre votum ſolvere non valens, filius eius *Hermannus* cupiens paternam ſalvationem augmentare, tradidit Formbacenſi Eccleſie & fratribus ibidem degentibus iam prenominatum predium, pro ſalute Domini ſui *Ekkiberti* quondam comitis & omnium parentum ſuorum quod his teſtibus confirmatur, ipſe Hermannus, *Chunradus de Giſinperge, Herbordus de Hartskirſein, Reginhardus de Mitiche, Rupertus de Monte.*

Meminerint, & memoriter teneant cuncti fideles Christi, qualiter Wernherus, predium suum, quod dicitur Asenheim cum omni utilitate super aram S. Marie fratribus Formbacensibus sine contradictione delegavit, & curtim, quam predicti fratres in Eicha habebant, datis ab eodem Werinhero & uxore sua Iudita tribus talentis ipsis fratribus, in beneficium susceperunt ea lege, quatenus annuatim sex solidos in die S. Martini prefata de Curti in usus fratrum certissime persolverent. Sed prenominati fratres iuxta preceptum Domini proximum diligentes, eundem Wernherum & uxorem suam Iuditam predio suo, quod dicitur Penningen inbeneficiaverunt, usque ad obitum illorum, uno filio, & filia herede succedente.

Num. LXXXIX. circa An. 1159.

Omnibus Christo Deo Regi Regum summo militantibus insinuamus qualiter ingenuus *Comes Ekkebertus Iunior* expeditionem infelicem Mediolanum cum Imperatore Friderico arripiente tradiderit Formbacensi Ecclesie & fratribus inibi militantibus Christo, Ecclesiam & predium satis nobile Gravendorf dictum cum omnibus, que ibidem ad eum iure hereditario pertinebant, pratis scilicet & pascuis, molendinis, silvis & agris, aquarumque decursibus & cum omni prorsus utilitate, que exinde ullomodo poterit provenire, pro remedio anime sue omniumque parentum suorum, & ne huius traditionis auctoritas qualibet irritetur astutia seu violentia, Testium subscriptorum est anotatione roborata. *Poppo de Stupach Heinricus de Swarza Sifrid & Oudalrich de Kranperc Orlolf de Klamme, Heinricus de Lanzenkirchen,* & alii plures.

Num. XC. circa An. 1160.

Quidam Gelfrat Nomine Ministerialis *Tietrici Comitis de Viehtenstein* tradidit sancte Marie in Formbach per Manum Nobilis

lis viri *Rofoldi de Rouprethſperge* predium unum in Wanpretshaim, qui Rafoldus idem predium comiſit in Manus *Pertholdi* Marchionis delegandum, in uſum fratrum Deo ſervientium in Formbach, quam Delegationem commonitus perſolvit in placito Scardingen. H. r. t. ſ. ipſe Marchio, *Aribo de Mitiche*, *Alkerns de Genbert Wernhardus de Ort*, *Wernhardus de Mortſpach Wernherus de Anteſenperge*, *Dietricus de Stettingen*, *Heinricus de Griezbach Wernhardus de Grantperge*, *Hermannus de Aigelingen*, *Mengoz de Prambach*, *Ortolfus de Outenhaim.*

Num. XCI. circa An. 1150.

Notum ſit Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod quidam miniſterialis Comitis *Ekkeberti de Putene* Nomine *Irmfridus de Niuwenchirchen* extrema ſuorum agens dierum, per manum eiusdem Comitis Miniſterialis *Liupoldi de Negdeſpach* delegavit predium, quod habuit in loco qui dicitur Tounich & in loco nuncupato Leware quatuor virorum beneficium Sancte Marie in Formbach ad communem uſum fratrum ibidem degentium pro anime ſue, ſuorumque Parentum remedio, H. r. t. ſ. *Poppo Archipresbiter*, *Poppo de Stuppach Chuno de Chirchowa & duo filii eius Adelbero, & Megingoz*, *Ortolfus Wigandus & Poppo de Chlamme*, *Heinricus & Eberhardus de Strazchirchen*, *Poppo ranis.*

Notitie tradimus, future poſteritatis, quod quidam *Poppo* nomine, Miniſterialis *Marchionis de Styre*, extrema Dierum ſuorum agens, tradidit fratribus Deo ſervientibus in Fornbach predium ſuum apud Hiltwinstorf, pro remedio anime ſue, H. r. t. ſ. *Ortolfus, & fratres eius de Chlamme Liupoldus Chater Oudalricus & Sigboto de Sneberch*, *Sigboto & Sigifrit de Ranis.*

Notum ſit omnibus tam preſentibus, quam ſupra venientibus, qualiter *Dominus Ortolfus de Chlame* tradidit predium ſuum apud

Digitized

Oteupach fratribus Deo ſervientibus in Formbach, pro remedio anime uxoris ſue. H. r. c. f. *Cunradus* [illegible] & *frater eius Sigifridus de Eramsperch. Poppo & Wigant Scultetus de Lucinſee, Gozfrid de Klosterlech, & frater eius Cunradus, Ekkericus de Strazkirchen*, & alii &c.

Num. XCII. circa An. 1160.

Pertoldus Marchio delegavit predium in Eschelmen, quod prideni Hermicus quidam tradiderat in usum fratrum Deo servientium in Formbach. H. r. c. f. *Wichmus de Steinpach, Henricus de Erlacherch, Aribo de Mitiche, Gotfridus de Swelch, Wernhardus de Grantperge, & Irnfridus frater eius Reinhardus de Ebelingen, Cunradus de Slat*, & alii plures.

Notitie tradimus future posteritatis quabter nobilis quidam *Adelbertus* nomine *de Chamb* delegavit predium Eheglenz situm, quod primitus tradiderat Sigboto quidam ministerialis pro remedio anime sue in usum fratrum Deo servientium in Formbach. H. r. c. f. *Bertoldus Marchio, Henricus de Scambere, Adelbertus de Chamb, Lazarus de Andechsen, Aribo de Mitichen, Ortolfus de Windeperge*, & alii quam plures.

Num. XCIII. circa An. 1160.

Bertoldus *Marchio* Istrie Iunior cum uxore suo *Agnes* tradidit super altare S. Marie Formbach predium Boubendorf situm, cum mancipiis Chunrado & filiis suis. H. r. c. f. *Gebehardus de Scowenberch, Alkerus maior & minor de Waldech, Ortolf de Windeperge, Aribo de Mitiche, Reginhardus de Ekolfingen, Luitoldus Pincerna, Wolfgang de Birnbach, Wernhardus & fratres eius Reginbertus, & Irnfridus de Grantberch, Gumherus & frater eius Reginoldus Chunradus de Gisenperge, Chunradus de Slate, & frater eius Fridericus*, &c.

Noscant omnes fideles tam futuri, quam presentes, quendam virum *de Utendorf Werinhardum* nomine conventionem fecisse no-

nobiſcum, pro predio ſuo in Wienuurt ſito ob remedium anime ſue parentumque ſuorum: ea conditione, ut nos daremus illi quinque talenta ad confirmandam predictam conventionem. Huius rei pactio prius quam firmaretur effectu impeditur predicti hominis obitu, quo defuncto uxor illius a nobis conventa predicte cauſe firmitatem adimplendam diligenter eſt pollicita; adibitisque convicáneis pro preſcripta peccunia predium illud nobis delegavit, H. ſ. t. *Oudalricus Advocatus noſter Marchwardus Miniſter Ducis de Hackingen, Heinricus de Porz, Wolfgerus de Hiezingen, Wolfgerus de Gottinesvelde, Oudalricus Merch*, filii eiusdem vidue.

Notum fit omnibus ſcire volentibus quendam militem nomine Hermanum de Miniſterialibus *Marchionis Bertoldi de Yſtrie* tradidiſſe nobis manſum unum, in Machingen, ob ſui devotionem, & ob recordationem matris, quam in preſentiarum defunctam habuimus, ac de cauſa, ut predicta mater illius defuncta deferretur de cella ad locum iſtum, & ut idem Hermanus poſtquam obierit huc allatus in ſepulchro matris collocetur. H. r. t. ſ. *Oudalricus Sigefridus de Chraneperge, Eberhardus de Rai & filius eius, Heinricus Otto de Firnich & frater eius, Oudalſcalcus de Putene & frater eius Otto*, & alii quam plures.

Num. XCIV. circa An. 1160.

Notum ſit univerſis Chriſti fidelibus, tam preſentibus, quam futuris de predio Rorpach ſito, quod *Comes Ekkebertus* tradidit fratribus Deo ſervientibus in Formbach, pro remedio anime ſue, quod quidam miniſterialis *Oudalricus* nomine *de Ezenbach* poſt obitum predicti Comitis violenter pervaſit, & per dies multos iniuſte ſibi vendicavit. Tandem idem predium filie ſue & genero ſuo Domino *Alberoni de Grimſtein* dedit, qui & ipſum per dies multos ſine iure retinuerunt: noviſſime idem Albero comonitus precibus predictorum Formbacenſium fratrum a ſe redimi per-

permiſit XL. talentis, & hoc delegatione confirmavit, in placito Marchionis de. Styre habito Hartperge in vigilia Epiphanie. H. r. t. ſ. *Marchio de Styre*, *Luitoldus de Gutenperge*, *Amelberus de Lochuſen*, *Erchengerus de Nitperge*, *Oudalricus de Chraneperch*, *Challhoch de Sewenſtaine*, *Rapoto de Pouten*, *Gerhardus de eodem loco*, *Wulvinch Iunior de Stubenperch*, *Durinch de Emberberch*, *Offo de Touffenbach*, *Heinricus & Albero de Tunckenſtaine*, *Poppo de Clame*, *Oudalricus de Sciltgreben*, *Ortolfus de Tolet* & alii plures.

Homo quidam nobilis nomine *Amelbertus de Eigilingen*, dum ultima fata perſolvere cogeretur, ſpiritu pietatis inflamatus, dedit Formbacenſi Eccleſie dimidium manſum, in loco, qui dicitur Rantwineſawa, & alium qui dicitur Awa, ſed quia morte preventus per ſe hanc traditionem perficere non potuit, vidua eius Gerdrudis nomine, cum filio ſuo nomine Hermano in die palmarum benigne ſub his teſtibus adimplevit, *Aribone de Mitiche*, *Pilgrimo de Swente*, *Reginhardo de Eholvingen*, *Reginoldo de Niwenburch*, *Chounrado de Giſenberge*, *Oudelſcalco de Walmeshaimen*, *Dietrico de Haigerarem*, *Eberhardo de Poubingen*, & alii quam plures.

Num. XCV. circa An. 1165.

Quidam miniſterialis nomine *Pertholdus de Reidenbach*, predium quod inibi iure hereditario poſſederat, ſcilicet integrum manſum & alios duos in loco qui dicitur Hittingen, & dimidium Pumanningen & dimidium Vichte delegavit ſuper altare ſancte Marie ob ſpem vite eterne. H. t. T. ſ. *Poppo de Stupach*, *Ortolfus*, *& Heinricus de Strazhoven*, *Oudelricus de Chuntelingen*, *Roudegerus de Muſeleschirchen*, *Hertinch de Talehaimen*, *Reginold de Formbach*.

Wernhardus germanus ſupradicti Pertoldi tradidit beate Marie ad cenſum quinque nummorum quedam mancipia, & omni poſteri-

ſcritate eorum. C. r. T. ſ. *Roudgerus de Eichperge*, *Routpertus de Monte Marchwart de Formbach.*

Pertoldus Marchio Yſtrie, rogatu cuiusdam Matrone Richze nomine delegavit ſuper altare ſancte Marie dimidium manſum qui Smidehaimen dicitur pro remedio anime mariti ſui *Wolfgangi de Windeberge:* huic delegationi adhibemus teſtes ipſum Marchionem *Amelbertum de Lochuſen*, *Gotfridum de Andeheſe*, *Arbonem de Mitiche*, *Alchgerum de Ibenberch*, *Ortolfum Noppol*, *Wernhardum Reginbertum de Grantberch.*

Num. XCVI. circa An. 1165.

Notum ſit omnibus Chriſtianis tam futuris quam preſentibus, quod Dominus *Oudelricus de Traheschirchen* tradidit vineam unam in loco, qui dicitur Wienenvourte ſancte Marie Formbach, ſub his teſtibus, ipſo *Domino Oudelrico*, *& filio eius Oudelrico Routberto de Radune*, *Roudegero de Stritesdorf*, *Wernhardo fratre Oudelrici delegatoris Friderico filio Wolfgeri*, *Heinrich Hirz*, *Reginbertus Karolus Ortolfus hii omnes de Eſelawa*, *Heinricus de Modelanesdorf*, *Herbort Franco*. *Engelolfus de Fornbac*, *Ekehardus*, *& Walchoun de Patavia.*

Quidam Parochianus de Reureppe nomine Herebertus preſente fratre ſuo Raffoldo delegavit Formbacenſi Eccleſie dimidium manſum in loco qui dicitur Peurbach, ea de cauſa, ut predictus Raffoldus, quoad usque vivat, debitum cenſum inde perſolvat; poſt mortem autem eius, in uſum fratrum cedat, &c.

Num. XCVII. circa An. 1165.

Dietricus Comes de Viechtenſtein delegavit in manum *Pertoldi Marchionis Yſtrie* predium, quod Mechingen hereditario iure poſ-

ſederat, ſcilicet manſus duos, & dimidium, ea lege, ut poſt mortem eius in uſus Formbacenſium cedat ſive hereditarie habuerunt ſive non, H. t. per aurem ducti idem *Marchio*, *Gebhardus Comes de Iulhach*, *Walchun de Steine*, *Waltherus de Taneberc*, *Wernhartus de Ort*, *Erbo de Mitiche*, *Amelbertus de Lochuſen* & alii plures.

Notificamus omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris, concambium quod inter nos & *Oudalricum de Monte* eſt factum. Idem namque dedit nobis in mutua viciſſitudine per manum nobilis viri *Engelſcalci de Roumtingen* dimidium manſum, in loco, qui Holzhaim dicitur pro predio, quod habuimus infra ſtabularem curtem ipſius iuxta Sulzebach ſitam H. r. t. ſ. *Bertoldus Marchio Yſtrie*, *predictus Engelſcalcus*, *Gebehardus de Iulbach*, *Amelbertus de Lochuſen*, *Gotefridus de Anedes*, *Arnbo de Mitiche*, *Alkerus de Ybenberc*, *Wernhardus de Orthe*.

Quedam Matrona *Halliwich* nomine unacum filio ſuo Luipoldo cognomento Rather dedit nobis manſum unum in villa, que Chotila dicitur; ea ſcilicet ratione, ut poſt mortem predicti filii ſui in uſus noſtros cedat, ſive heredem habuerit ſive non & hii ſunt Teſtes *Ortolfus Wigant & Poppo de Klamme*, *Heinricus de Strazehoven*, *Otto de Firnich*, *Gotfrid Chnobolohe*, *Helmwich von Niderhoven*, *Pernhardus de Wezzenpache*, *Eberhart Gotfrit Abmuurte*.

Alkerus de Waldekke tradidit nobis manſum unum, in loco qui Chunzingen dicitur ob remedium anime ſue Uxoris *Eliſabeth*, a qua ipſe idem predium habuerat: C. t. T. h. ipſum *Alkerum & filios eius Alkerum & Heinricum*, *Arbonem de Mitiche*, *Gotteſcalcum Chunradum Ortolfum de Sighartingen*, *Ortolfum Noppill*, *Ortolfum de Utinhamen*

Num.

Digitized by Google

Num. XCVIII. circa An. 1165.

Dietricus Comes de Viechtenſtein unacum Helica Conſorte ſua delegavit ſupra altare ſancte Marie in Formbach, quendam virum nomine Chunradum ad cenſum quinque nummorum cuius d. T. ſ. ipſe *Comes*, *Hainricus de Biburch*, *Goteſcalcus de Waxzerburch*, *Sifrid Ron*, *Hainricus de Pirchame*, *Arnoldus de Marcelenbach de Viechtenſtain vero Gotſrit*, *Wergant &c.*

Eodem die ſub' eisdem teſtibus prefatus Comes remiſit nobis predium unum ad Perndorf, quod pridem Uzo & Irmgard nobis contulerant, ſed *Wergant*, *& Eberhart de Adelnperge* iniuſte detinendo poſſederant.

Quidam de familia noſtra per invaſionem Domini *Arbonis de Mitiche* debitum nobis cenſum dare diu prohibiti, cenſum ſolvebant indebitum: tandem predictus Aribo per Marchionem noſtramque crebram pulſationem commonitus, mancipia remiſit, ſeque nil iuris in eis habere coram multis manifeſtavit, C. r. t. ſ. *Gebehardus de Iulbach*, *Aribo de Mitiche*, *Ortolf Noppil*, *Reinoldus de Neuburch*, *Chuno de Vinchenhamen*, *Reinhart de Eholvingen.*

Gotteſcalcus de Sigehartingen tradidit huic loco per manum cuiusdam nobilis viri predium quoddam, Wormſtobel ſitum. C. t. h. t. predictum *Gotscalcum Ortolfum fratrem eius Eberhardum precoaem Marchionis.*

Quedam Matrona nomine Adelheit delegavit predium ſuum Rute ſitum ſuper altare ſancte Marie Formbach, ſub hac diſcretione, quatenus ad vitam ſuam inde cenſum X. denariorum exſolvat, ſe vero obeunte uni cognationis ſue cui ſibi placuerit in eodem cenſu permaneat, deinde fratribus Deo ſervientibus in Formbach deſerviat. H. r. t. ſ. *Hartunc de Chrugaren*, *Hainricus de Eichbere*, *Alramus frater predicte mulieris.*

Digitized by

Num. XCIX. circa An. 1165.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam homo liber *Wichmanus de Stetinge*, omne predium, quod in eadem villa hereditario iure poſſederat, per manum cuiusdam *Azelini* liberi hominis *de Houderinge* delegavit in manum Domini Ruperti miniſterialis Comitis *Pertoldi de Niwenburch* additis ſeptem mancipiis ad cenſum quinque denariorum, ea lege ut ſi de infirmitate, qua tenebatur, non convaluiſſet; ſuper ara ſancte Marie in Formbach delegaret: ſic tamen ut predium filio ſuo Pertoldo ad cenſum LX denariorum permaneat, illo obeunte fratribus plenarie deſerviat, H. r. t. ſ. *Azelinus de Huderinge*, *Wichman Werigand de Kadingen*, *Heinricus Wernhardus de Stetinge*, *Sibertus & Filius eius de Harthaime*, *Waltherus de Otakerſchircke*. Poſt tres autem dies *Wichman* ſuperveniens per manum predicti Rouperti omnia complevit, additis duabus Mulieribus Irmgart, & Mathild. H. c. t. ſ. *Otto de Stainingen*, *Rudigerus & Roupertus miniſteriales Comitis Bertoldi*. *Reginoldus & Filius Pernhartus*, *Adelbertus*, *Dietricus de Haigraren*, *Oudeſcalcus de Walmshaim*, *Rudigerus de Tampach*.

Num. C. circa An. 1165.

Quidam miniſterialis *Comitis Dietrici de Viechtenſtein Heinricus nomine de Grauendorf*, tam propria voluntate, quam rogatu matris ſue dimidium manſum Ode ſitum, per manum predicti Comitis delegavit, ſuper altare ſancte Marie Formbach, uſu fructuario ſibi ad vitam amborum reſervato, ſub confirmatione cenſus quinque denariorum ſingulis annis perſolvendi; inſuper & ſepulturam ſuam apud nos ſibi conſtituit, H. r. t. ſ. idem *Heinricus*. *Dietricus Comes*: *Hademarus de Ahuſen*, *Gebehardus de Wazerburch*, *Wergandus de Adelnberge*, *Oulſcalcus de Walmsheim* & alii plures.

Qui-

Quidam miles *Eberhardus* nomine *de Raie* predium quoddam Haſela ſitum, quod Uxor ſua Domina *Giſila* extrema vite agens ob remedium anime ſue tradiderat fratribus Deo in Formbach ſervientibus, diu retinendo propriis aptaverat uſibus. Tandem divina inſpiratione noſtraque ſedula pulſatione conmonitus errata ſua corigens, predium aliud nomine Stetin pro eodem tam per ſe, quam liberos ſuos delegatum reſtituit: poſtea tam ipſe, quam filius eius itaque poſt mortem ſuam trium talentorum ſe nobis debitores conſtituerunt, & predictum predium haſela ad hoc deputaverunt, ut a nobis pro vade detineatur, quoad de predicte peccunie quantitate redimatur, & ut obeuntes ſepulturam apud nos accipiant, humiliter rogaverunt. H. r. t. ſ. *Oudalricus de Sneberc, & frater eius Gerungus, Heinricus de Strazhoven, Wigandus de Clamme, ipſe Eberhardus de Rage, & Filius eius Heinricus. Gotfridus Globelugh, Chunradus de Stirc, Wicmanus & Oudalricus de Clamme, Roudpertus preco de Cella, Pernhardus Eberhardus de Wizenbach, Siboto de Sneberc, Luipoldus de Tufenbach, Egilolfus de Formbach, & Heinricus de Nuenburch, Poppo de Clamme.*

Quidam *Pilgrimus* nomine de Cidelarem, delegavit dimidium manſum predii ſui in Turtenaha, ad altare ſancte Marie Formbaeh per manum cuiusdam *Oudalrici de Erelenbach*; ea conditione, ut ſi pro aliqua utilitate Monaſterii vendatur eadem poſſeſſio, ſuis filiis emendi pro congruo precio facultas concedatur, H. t. ſ. idem *Pilgrimus Oudelricus de Erelenbach, Dietricus Willahalmus de Tourtenaha Fridericus de Formbach.*

Num. CI. circa An. 1165.

Quidam *Hermannus de Trofingen* delegavit predium ſuum per manum cuiusdam *Engelſcalci de Swecenbach* ad altare S. Marie Formbach, ad cenſum X. metretarum tam ſibi, quam tribus filiis

Digitized by Google

ſuis quoad vivant, ſi autem herede caruerit, predictum predium plenarie deſerviatur. H. r. t. ſ. *Dietricus & filius eius Walchoun de Hottingen, Siboto de Ronſtorf, Engelſcalcus de Pillenhaim, Hermannus & filius eius Siboto de Troſingen, Engelſcalcus de Swecenbach, Dietricus de Haigraren, Dietmarus, & frater eius Pernhardus, & Albertus Heinricus & Otto, Siboto Eberhardus de Curia.*

Num. CII. circa An. 1180.

Adnuntiamus omni generationi tam preſenti, quam future, quod quidam miniſterialis Stirenſis *Ducis Megingoz nomine de Chirhowe* in extremis poſitus tradidit S. Marie in Formbach integrum manſum in loco qui dicitur Steinvelt, C. t. t. ſ. *Albero de Grimenſtein & frater eius Heinricus, Heinricus de Strazhoven, Leutoldus de Tobel & frater eius Heinricus, Rudpertus Aribo.*

Num. CIII. circa An. 1180.

Quidam miniſterialis *Stirenſis Ducis Leupoldus nomine de Nedeſpach,* delegavit S. Marie in Formbach poteſtativa manu integrum manſum, Chotila, & duos Pirehe pro predio noſtro Neunchirchen, ea ratione, ut manſus Chotila nobis in preſenti ſerviat, alii autem duo poſt obitum ſuum & matris ſue, ſive heredem habuerit ſive non; ſi autem herede caruerit predium noſtrum, quod nos ei dedimus, etiam in uſus noſtros cedat. H. r. t. ſ. *Idem Leupoldus, Aribo de Mitiche, Alcherus de Walteken & Eberwinus. Wernhardus & Meingoz de Prampach, Ortolfus de Utenham, Wernhartus & Chunradus de Sincingen, Ortolfus de Uzhaim, Richkerus, Dietmarus, Chounradus, Ulricus, Fridericus,* & alii quam plures.

Num. CIV. circa An. 1180.

Quidam miniſterialis *Pertoldi Ducis Dalmacie Marchwardus* nomine delegavit S. Marie in Formbach per manum nobilis viri

Goz

Gozwini nomine de Routheresheimen integrum ſcilicet manſum in loco, qui dicitur Hourinbach, C. d. t. ſ. predictus *Gozwinus Eberhart de Swezenbach, Aribo de Mitiche, Reinhart de Eolvingen, Heinricus de Aſenperg.*

Pape dictus Marcwardus delegavit nobis per manum nobilis viri *Walchun de Hottingen* dimidium manſum Hourinbach ſitum. H. d. t. ſ. *Oulricus & filius eius Chunradus de Richersheim, Eberhart Friderich*, & alii plures.

Num. CV. circa An. 1180.

Dietricus Comes de Viehtenſteine rogatu cuiusdam matrone Gerdrudis nomine & filii eius *Heinrici de Grauendorf* delegavit in manus *Pertoldi Ducis Dalmacie* plusquam dimidium manſum ſcilicet unius modii in loco qui dicitur Ohde ſitum, ea lege, & ratione ut ille hunc ad altare S. Marie in Formbach delegaret, quod ipſe benigne adimplevit & ſub teſtificatione teſtium confirmavit. Hi autem ſunt *teſtes ipſe Dux; Gebhardus de Iulbach, Ouſcalcus Chezelrinch, Heinricus de Wiſent, Wernhart de Pilnhauua, Hartnit de Iulbach, Marchwart de Hourenbach, Regenoldus de Neunburc, Chounrad Podem, Oulricus Venator, Reinhart de Harchirchen.*

Quidam liber homo *Megengoz* nomine *de Peringen* delegavit nobis per manum nobil s viri *Gozwini de Hazingen* ſex iugera infra predium noſtrum iacencia, H. r. t. ſ. predictus *Gozwinus Waltherus de Huzingen, Timo Gebehart, Herman Herliep de Peringe*, &c.

Noverit omnium fidelium Chriſti univerſitas qualiter quidam vir *Helwicus* nomine quoddam prediolum, quod hereditario iure poſſedit, ad altare S. Marie Formbach pro tredecim talentis tradiderit per conſenſum ſue coniugis & filiorum ſuorum *Oudalrici, & Henrici* absque ulla hominum contradictione. Ad quam rem teſtificandam, & confirmandam atracti ſunt per aures idonei teſtes

Aribo

Digitized

Aribo de Mitiche, *Wernhardus de Ort*, *Chunradus de Giſelbere*, *Regnoldus de Nuwenburch*, *Liberth Heinricus Fridericus de Corbem*, *Chunradus de Wolrathuſen*, *idem Helwicus & duo filii eius Oudalricus*, *& Heinricus*, *Rudolfus Ducis Camerarius*, & alii quam plures.

Num. CVI. circa An. 1180.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quia *Heinricus filius Dietmari de Pornhaim* tradidit dimidiam Houbam in Sunwentrute ſuper altare S. Marie cum mancipiis videlicet Duringo & filiis eius, & h. ſ. t. ipſe *Heinricus*, *Chunradus de Giſenbere*, *Pilgrimus de Ebelsbere*, *Herbordus de Spehingen*, *Marchwardus*, *Ulricus Lutoldus de Lichentenburch*, *Reinbertus de Otterbach*, *&c.*

Noverint univerſi Chriſti fideles, qualiter *Heinricus de Bornheimen* extremas vite agens iuſſerit delegari Formbacenſi Eccleſie per manum hominis ſui *Pilgrimi de Ebelsbere*, Gaizbere tres quadrantes, Hukenberg unum quadrantem, Wiezenowe unum quadrantem eo proprietatis iure, quo ipſe poſſederat, quod & in die ſepulture eius factum eſt ſub his teſtibus, *Liutoldo*, *& utroque Pernhardo de Sauerſteten*, *Wernhardus de eodem Chunrado de Geiſenbere*, *Reginbertus de Oterbach*, *Friderico de Aheimen*, *Heinrico de Aichbere*, *Walthero & Aiberto Lapicidis*, *& alii.*

Num. CVII. circa An. 1180.

Notum eſſe volumus, omnibus Chriſti fidelibus, preſentibus, & futuris, quia *Oulricus de Sneperch* ad extremum vite veniens, delegavit per manus fratris ſui *Meingoz & Wigandi de Klamme* tres manſus fratribus in contubernio Formbach Domino ſervientibus que ut perpetuo rata poſſit eſſe traditio, hos teſtes adhibemus, *Eberhart Plebanus de Niunchirchen*, *Amelbert de Lochuſen*, *Ortolfum Wigan-*

Wigandum, Popponem de Klamme, Heinrich de Strazhoven, Ottonem de Linden, Luitoldum de Tobel.

Wolfgang de Granbere iam diſceſſurus de ſeculo, delegari ad altare S. Marie Forubach, per fratres ſuos dimidiam Houbam ad Kiſær fecit, quod & ipſi die ſepulture eius devote impleverunt, *Irmfridus* videlicet & *Reinpertus*. Et h. d. hi ſ. t. predicti duo fratres, *Heinricus, & fratres eius de Loufenbach, Heinricus de Grizbach; Herihordus de Viſenhart, Roudgerus de Granberc, Gozwinus de Promowe. Oulſcalcus de Walmsheim, Albertus de Ezzenbach*, & alii &c.

Num. CVIII. circa An. 1185.

Fidelium noverit univerſitas, quia quidam miniſterialis *Comitis Dietrici de Viehtenſtein, Chunradus* nomine *de Puſenberge* in ſupremo vite articulo poſitus, preſentibus & annuentibus filiis ſuis *Bernhardo Brunone Poppone*, ac filia uxore *Domini Engelberti de Struben* cum filio, quem de eodem Engelberto ipſa genuerat, delegavit in manus Domini H. Abbatis ad uſum fratribus Deo in Formbach ſervientibus predium, quod in loco qui Ekolfesheim dicitur, habuit. Et h. ſ. t. predicti tres eius *filii ac nepos de filia Chalhoch, Ochoz, Ramunt, Meingoz, Heinricus Hii de Puſenberc, Hugo de Stetin, Ulricus de Stueummarſtorf, Gerhardus Wicpoto, Egelolf Herbort, Gozold, Sigfridus aliique.*

Num. CIX. circa An. 1180.

Heinricus venerabilis presbiter de Chircheim egritudine, qua & mortuus eſt detentus, tradidit fratribus Formbach domino militantibus predium ſuum apud Tutingen, dimidiam ſcilicet Houbam, cum aliquibus hominibus ad id pertinentibus que delegatio per quendam nobilem *Pernhardum pelliſicem* ſub his teſtibus completa eſt, *Eberhardo nobili de Winthartesheim, Gebehardo Dapifero.*

Arbone de Mitiche, Meingoz & fratres eius Heinricus, & Wernhardus de Prampach, Rudegero Chunrado & Heinrico de Louffenbach eiusque fratribus, Pertholdo Snabel & eius fratre Heinrico, aliique plures.

Ebehardus de Scowenburc defuncto iam fratre *ſuo Heinrico* vigiliis eidem apud nos celebratis mane facto in preſentia & conſenſu *Sophie* coniugis ſue filiique *Wernhardi* dimidium manſum in Snegelhaim nobis delegavit. H. ſ. t. prefatus *eius filius Wernhardus, Hartnit & frater eius Leutold de Iulbach, Aribo de Mitiche, Leutoldus itemque Chunradus de Sauerſteten, ipſius filius G. de Conculina, Reginoldus uterque Reginoldus de Newenburch*, & plures alii.

Num. CX. circa An. 1165.

Miniſterialium *Comitis Dietrici* quidam *Ortolfus* nomine *de Wege* delegavit in predicto loco dimidiam Houbam, in uſus Zenodochii noſtri, verum hii teſtes *Meinhard Germanus eiusdem, O. frater vero noſter, Meinhart de Oubelingen, Gotfrid de Chougenhuſen, Ernſt de Ruripe, Rumoldus quidam nobilis.*

Reinoldus Senior ad extrema vite veniens, delegari nobis predium, reditus quatuor modiorum avene & dimidii ſiliginis, per filios ſuos *Reinoldum & Cuntherum* conſtituit, quod & ipſi die ſepulture eius devote peregerunt apud Rute predicte donationis quantitatem tribuentes, teſtes Ulricus Clericus filius eius, & prefati ſui duo fratres, *Heinricus de Aichberc, Alramus de Monte, Herandus Ducis Cellerarius*, & alii plures.

Alkerus Iunior de Themberch in die, qua pater eius apud nos ſepultus eſt, poteſtativa manu delegavit Eccleſie noſtre dimidium manſum, in loco qui Pruningen dicitur. H. d. t. ſ. *Meingotus Patavienſis Canonicus, predicti defuncti filius & fratres eius Heinricus Eberwinus, & Kalohus de Waldekke, Aribo de Mitiche, Rikerus de Weſen, Oubri-*

Digitized by Google

Oulricus de Pollenheim. Heinricus & frater eius Richkerus de Rotowe, Heinricus Plaſſe, de eodem, Gotſcalcus Chounradus Haidenricus, Roudegerus, Ortolfus de Sigehartingen, Heinricus de Oubelingen, Meingoz de Prambach, cum ſuis fratribus Heinrico & Wernhardo, Oulſcalch de Walmsheim, & alii quam plures.

Verum *Heinricus* predicti Alkeri frater mancipium quoddam, ad idem predium pertinens cum coniuge, ac filiis ſub eodem die eisdemque teſtibus contradidit.

Regnoldus tradidit nobis per manum *Gerhardi de Puten*, vineam, qualem habuit apud Niunchirchen, ea ſcilicet cauſa, ut filius ipſius Heinrich ſub regulari profeſſione apud nos perpetuo conſervetur, & ut predicta vinea Eccleſie noſtre ſine alicuius contradictione permaneat, ſi puer idem brevi ſeu longo vivat tempore. Inſerimus etiam, quod ad neminem filiorum illius vinea hec preter predictum H. iure hereditario devenire poterit &c.

Num. CXI. circa An. 1180.

Memorie preſentium & futurorum plena fide transmittimus, quia Heinricus Abbas cum conſenſu, & conſilio fratrum ſuorum recepit a duobus fratribus *de Chranichberge*, *Sigfrido & Oudalrico predium*, quod Hecileshoven dicitur datis in concambium bonis Eccleſie noſtre, que hic adnotamus: Tahinberc tria talenta, Duringenſtorf LX. denarios, Hiltwinſtorf LXXX. denarios, Taunich dimidium talentum, Lintgraben duodecim ſolidos decem denarios minores, Buchbach ſexaginta denarios, Liſtinich XXX. denarios quinque vineas ad dimidium talentum, item dimidium talentum ab ipſis pro remedio anime ſue dimiſſum eſt annuatim. H. t. t. ſ. *Liutoldus de Tobil, Agil Chotila, Leo Grannibere.*

Num. CXII. circa An. 1180.

Cunctorum memorie commendamus, quia quidam liber homo nomine *Walter de Aicha* delegavit ad altare S. Marie in Fornbach predium Regenberti de Partenperge, quod in eodem loco poſſederat, huius delegationis teſtes ſunt *Alkker de Ybenbergen, Mengengoz de Brambach, Regnolt & Fridericus de Grantberge, Reinhardus de Mezzenbach, Ortolfus de Ultingen, Ortolfus de Pirnpach, predictus Walter.*

Eodem die, ſub eisdem teſtibus *Ortolf de Roultingen*, tradidit nobis dimidium manſum ad Cholnhode ut poſt obitum ſuum in uſum noſtrum cedat, cum dimidio manſu in eodem loco ſito, quem a nobis iure beneficii habuerat.

Ad cunctorum notitiam venire deſideramus, quia quidam *Ulricus de Niderhoven*, & frater eius Helmwic, & gener eius Leupoldus acceptis a nobis LXXX. talentis delegaverant nobis per manum *Dietmari de Ode* quatuor manſus, in prefato loco & Pirchac Tyrſwlle Snegelberge ſitus. H. d. t. ſ. predictus *Dietmarus Eberhardus de Swecenbach, Walchun de Hotingen, Wernhardus de Orte, Alkerus de Ibenberc, Aribo de Mitiche, Heinricus de Aichperge, Rupertus Stal, Chunradus de Giſenberge, Reinoldus & Guntherus de Neunburc, Oulſcalcus de Orte, Wernhardus Huntham, Fridericus Leupoldus qui vendidit Wernhardus, Heinricus, Ulricus de Niderhoven.*

Num. CXIII. circa An. 1180.

Erbo *de Mitiche* languore preventus accepto a fratribus manſo dimidio in loco Harthaim, delegavit per manus Perhtoldi ducis loco Formbach predium, quale habere viſus eſt in villa Pumſtetin manſum unum & dimidium preſente filio ſuo. H. r. t. ſ. *Gotfrid Andeſſe, Heinricus Scharvinperc, Chunradus Giſinberc.*

Num.

Digitized by Google

Num. CXIV. circa An. 1189.

Hartwicus de Angefizze expeditionis Ieruſolimitane viam intrans delegavit per manum *Pertoldi Ducis* Eccleſie Formbach predium ſuum, manſum videlicet dimidium apud Stainbruch. H. r. t. ſ. ipſe *Dux Pertoldus Gebehardus Pincerna*, & alii plures.

Einbertus de Grantberge concambium fecit cum fratribus Formbacenſibus accepto ab eis uno manſo in loco Tiunſenbach & Horwenbach, reddidit in loco Ried & Talheim manſum H. r. t. ſ. *Pertoldus Dux &c.*

Noverit univerſitas Chriſtiane Religionis, quod quidam Alkerus miniſterialis Ducis Meranie inſtinctu Dei predium apud Poumgarten Eccleſie Formbach ob remedium anime filii ſui *Heinrici* delegavit. C. r. t. ſ. ydonei per autem atracti, *Heinricus de Waldekke, Oudalricus de Stubenbere &c*

Num. CXV. circa An. 1196.

Ut cognoſcat generatio altera, & filii qui naſcuntur, narrent ea filiis ſuis, qualiter Wergandus urbanus Vienenſis Ieroſolimitanum iter arripiens acceptis ab Abbate Heinrico Formbacenſis Eccleſie decem talentis pro remedio anime ſue, ſeu parentum ſuorum tradidit Eccleſie noſtre in proprietatem perpetuum manu poteſtativa vineta, qualia ſub iure montano ſuſceperat, a Domino *Hugone de Molanſtorf* non ſolum culta, ſed & que ad culturam poſſunt adduci, ſuper que etiam predictus Hugo advocatiam tenuit, ea ratione, ut eodem Wergando decedente, concubina eius nomine Gepa culturam ſuper his annuatim exhiberet & ſi ad quatuor carradas fructus proveniret, ex his nobis una daretur, ſi autem ad ſex, duas reciperemus. Si vero reditum a peregrinatione non haberet, etiam dicta Gepa culturam adminiſtrare negligeret, in ius Eccleſie noſtre univerſaliter cederet, re-

Digitized by Google

conpenſata ei annuatim annona cuius menſura eſt quatuor modii Burgenſes, porcus unus, caſei XXX & carradam vini. Sicque factum eſt, ut predictam vineam haberemus, in noſtra poteſtate; donec Luipoldus Dux Auſtrie, quendam Iudeum nomine *Shlom preponeret ſuper officium monete*, qui *Iudeus controverſiam* in nos excitavit, *dicens Werigandum* officiarium ſuum fuiſſe, & *vineam* de bonis ſuis coluiſſe, atque ex *proprietate quadam ſibi extitiſſe*. Poſt hec predictus dux facta conventione prope Viſcha cum miniſterialibus ſuis, de nove ſue civitatis edificatione, & noſtri fori Niwenchirchen mutatione, monuimus eum de vinea, noſtra leſione & Iudei impulſatione; factoque Conſilio cum miniſterialibus ſuis precepit ut vineam noſtram haberemus, ſine ulla contradictione. Deinde brevi tempore interiecto contigit Ducem Luipoldum de hac vita migrare, & filio eius Friderico Monarchiam Auſtrie tenente, predictus Iudeus eum adiit, multa dedit, plura promiſit, querimoniam auxit, & vineam habere voluit; ſed non valuit, quia Domini pietas eum impedivit. His ita peractis, & multis impenſis predictis cum miniſterialibus Ducis, poſtremo inito conſilio cum Alberto & fratribus eius ſimulque prepoſito nomine Heinrico decretum eſt, ut Iudeus fructum colligeret illius anni datis inſuper viginti talentis, & recederet ab omni queſtione, & impulſatione, & ut hec traditio poſteris noſtris relinqueretur, dignos duximus teſtes Idoneos, qui ab initio huius traditionis fuerunt. Quando Wergandus eandem vineam tradidit Eccleſie noſtre, deinde qui poſtmodum Teſtes exſtiterunt, cum Iudeus tam cum filiis, quam cum mulieribus ſe plenarie abdicaverunt. *Hugo de Molanſtorf*, *Wigandus Hermanus de Puten*, *Heinricus Vitulus*, *&c.*

Notificamus tam futuris, quam preſentibus, quod Oudalricus Aſinus vendidit vineam ſuam ſancte Marie in Fornbach preſente Abbate Heinrico: poſt obitum vero illius Oulrici ſupervenit Filius

lius eius & frater Werant in eadem vinea eo tempore, quo Hartwicus officiarius fuit eiusdem Cenobii, & ille Consilio tam vicinorum, quam amicorum duobus talentis eundem removit, insuper hoc adiecit, ut ius montanum inviolatum custodiatur, tantum ut una Urna uni detur & amplius nihil exigatur. Non desunt Testes ea nobis testificantes. *Hugo de Molansdorf, & Heinricus de Hagingen* & alii plures.

Num. CXVI. circa An. 1195.

Wernhardus nobilis homo de *Scoinberc* tradidit nobis dimidium mansum, in loco Harthaim post mortem Alcheri, quem idem Alcherus Beneficii iure per eundem Wernhardum possederat presentibus iam dicti Alcheri filiis & se abdicantibus. H. t. h. s. t. ipse *Wernhardus, Alcherus, Oulricus Meingoz fratres Filii predicti Alcheri Heinricus Waldekke, Urtolfus Noppil. Reinoldus, Guntherus fratres Willahalmus, Otto Fridericus de Ezzinbach, Eberhart Scriar Meinhart Prunsperge, Ulricus de Lochaim, Walchun de nostris.*

Generationi omni, que ventura est innotescimus, quod nobilis homo quidam de *Locheim Oulricus* nomine ob remedium Patris sui delegavit altario sancte Marie in Formbach dimidiam Houbam Mekkolvelheim eo iure, ut ipsemet advocatiam sine omni utilitatis exactione habeat, H. t. t. s. ipsemet *Oulricus, Rutherus de Hokenmose, Pilgrimus de Tobelheim, Heinricus, Oulricus, & frater suus Heinricus de Laufenbach, Chunradus de Hakenpueh, Engilbrech Vilicus de Winflorian &c.*

Innotescat omnibus, qui nascituri sunt, quod quidam *Dietricus de Eholving* ob remedium anime sue & pro prebenda precipue contulit altario sancte Marie in Fornbach quoddam predium in Groube situm, abdicantibus filiis & filiabus suis *Hermanno* videlicet, & *Alberto, Hiringart, & Benedicta Walthera*, hec vero tiaditio

tio facta eſt, per Advocatum ſuum liberum *Oulricum de Hungerſperg*, H. r. t. ſ. hii. *Hermannus Waltherus*, *Albertus Oulricus filii eiusdem Dietrici*, *Hermannus de Wezzepruke*, *Eberhardus de Stoche*, *Oulricus de Ruprechtesperg*, *Waltherus de Holzham*, *Marowardus* & alii.

Num. CXVII. circa An. 1206.

Omnium memorie commendamus, quod Dominus *Reinhardus de Eholvingen* ob amorem vite eterne, in preſentia Domini ſui ſenioris *Pertoldi Marchionis Iſtrie* tradidit ſuper altare beate Marie in Fornbach ſubſcripta predia: in predicta villa dimidium manſum, ad Uſheim integrum & molendinum, ad Radolsheim dimidium, ad Entowi dimidium, ad Chungiswiſen tria prata, quam traditionem coram Duce Dalmatie Pertoldo ſecundo fecit & in preſentia Marchionis Iſtrie Heinrici & Epiſcoporum Ottonis Friſingenſis & fratris eius Manegoldi Patavienſis tertio confirmavit: huius traditionis teſtes exſtiterunt. *Wernhardus de Iulbach*, *Walchunus & frater eius Alramus de Chambe*, *Wernhardus de Hagenowe*, *Ortolfus Noppil*, *Heinricus & filii eius Ortolfus Heinricus*, *Oulricus de Einbereh*, *& fratres eius Alchgerus & Meingoto*, & pene omnes miniſteriales, predicti Marchionis. Poſt hanc traditionem & confirmationem quidam Heinricus de Patavia conqueſtus eſt coram *Marchione Heinrico*, quod avunculus ſuus, ſcilicet predictus Reinhardus contra iuſtitiam privaſſet eum iure hereditatis ſue, predictorum alodiorum: in habito conſilio cum Marchione & illuſtribus viris Dominus noſter Abbas Ortolfus conceſſit ei dimidium manſum in Locheim & pratum, ea conditione quam diu vivat ut poſſideat, poſt obitum vero eius absque omni contradictione fratres Fornbacenſes rehabeant, predictus & Heinricus cum uxore & filiis poſt iusiurandum & pactionem triginta talentorum abdicationem fecit de predio Snegiheim, & de omnibus querimoniis quibus nos antea pulſaverat.

Num.

Num. CXVIII. circa An. 1190.

Etati preſenti, & generationi alteri innoteſcat, & filii, qui naſcentur narrent ea filiis ſuis, qualiter *Dominus Heinricus* dictus *de Lapide* cruce ſignatus, civis Patavienſis vota ſua Domino Deo ſolvere ſatagens domum mediam in ſtrata, que dicitur Michgazze ſitam, pro remedio anime ſue, & conſortis ſue, Perthe nec non pro prebenda genitori ſuo Outoni exhibenda Eccleſie Formbacenſi manu poteſtativa tradiderit. Iam dictus Heinricus iter Ieroſolimitanum arripiens, tradidit domum proprietatis ſue ſicuti ſupra explicavimus, Eccleſie Formbacenſi. Ea lege, & conditione, ut annuatim quatuor ſolidos denariorum de eadem eidem Eccleſie in vigilia nativitatis Domini ſolvantur in perpetuum: Si vero isdem Heinricus in peregrinatione arepta obieret, totus cenſus preſate domus, item duo talenta in proprietatem prememorate Eccleſie cedat perpetuo, & exinde anniverſarius dies ipſius celebretur, plenam cenam fratribus, ea videlicet die, miniſtrando. Si autem ſalvum ſe in propriis receperit, III. ſicut diximus ſolidos in termino ſtatuto ipſe perſolvat perpetuo ab eadem. Ne autem huius traditionis auctoritas a quoquam violari poſſit in futurum, aut qualibet irritari aſtucia vel violentia teſtium ſubſcriptorum eſt annotatione roborata, Outo pater ipſius Heinrici, & frater eius Arnoldus Gerhardus Heinpuch, *Chunradus Celerarius conſanguineus Chunradi Scharnagel & filius eius Hertwicus, Herbortus filius domicelle an dem Ort, Hartminus an dem Ort.*

Num. CXIX. Anno 1230.

Innoteſcat cunctis Chriſti fidelibus, quod quidam miles nomine *Henricus*, predium in Aichperc prope clauſtrum Forenpach ſitum, pro quatuordecim talentis Patavienſibus obligaverat, deinde proceſſu temporis paupertate coactus idem Heinricus commodo

ſuo, & ſaluti anime ſue volens conſulere, dictum predium in Eichperc filio ſuo *Criffano*, & filia ſua abdicantibus altario S. Marie in Fornbach tali conditione libere contradidit, ut datis quatuordecim talentis, pro quibus idem predium fuerat obligatum, ſibi vel conſorti ſue prebenda conferretur, ut poſt obitum unius ſuperſtes fraternitatem & plenariter prebendam nihilominus obtineret; quo facto etiam eodem predio pro quatuordecim talentis & novo pellicio a quodam *Ortolfo de Reinbach*, qui idem predium tenebat, redempto, nihilominus Criffano filio & filie dicti Heinrici Carrata vini tradebatur, ut abdicato omni iure, quod viſi ſunt in eodem habere, predio cederetur. Predicta quatuordecim talenta, quibus iam dictum predium in Eichperg eſt redemptum, quedam matrona Domina Gertrudis de Sauerſteten, Eccleſie noſtre contradidit, tali interpoſitione, ut ſingulis annis in anniverſario eius de proventibus eiusdem predii ob remedium anime ipſius ſervitium in cibariis & potibus, quanto melius poſſit haberi fratribus exhiberetur, hec traditio facta eſt coram Abbate Ortolfo, teſtes autem ſunt hii. *Leutoldus de Sauſteten*, *Eberanus de Wirting*, *Amelbertus de Eigling*, *Ortolfus & frater eius Heinricus de Waldekke & Heinricus Genitor ipſorum*, *Oulricus de Hart*, *Counradus de Anteſenperge*, facta ſunt hec anno MCCXXX. indictione III. XIV. Kal. ſept.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam Henricus, cum ultima traheret ſuſpiria tradidit huic Eccleſie ob remedium anime ſue duo iugera in Sincinge, matre conſentiente. H. r. t. ſ. *Cunradus de Phaphinge*, *Siboto ibidem Gerhardus de Oſtenholze*, *Wicpoto de Haſela*, *Chunradus de Lapide*, *Arnoldus Heinricus de Sungartreut*, *Dietmarus Hausman*, *Engelſcalcus de Sinzinge*, *Wernhardus Pernhardus de Stainperge*, *Pertoldus de Altenpouch*, & alii plures.

Num.

Num. CXX. circa An. 1135.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod anno MCCXXI. cum Capella S. Katerine dedicaretur, *Wervhardus de Cramperch* eandem Capellam cum predio ſuo in Viſenhart dotavit annuatim, quam diu viveret ad X. denarios, ut eo mortuo noſtrum cederet in uſum; ſolvit etiam ex debito ſervitio annuatim duos modios frumenti: hanc traditionem ſive dotem Dominus Wernhardus an. MCCXXXV. indictione VIII. XVI. Kal. Aug. in porta caſtri Scherding per manum filii *ſui Alkeri* conſervando in manus Heinrici ſacerdotis tunc ipſius Domini Abbatis Capellani confirmavit teſtes ſunt *Wilhelmus Scolaſticus, Oulricus de Wiſenhart & filius ſuus Wernhardus, Wernherus Karntener, Eberhardus de Lintperge, Marcwardus de Puchheim, Wernhardus de Kirchperch, Pilgrimus de Hucinge, Wernhardus de Loe, Walterus de Windeſperge*, & alii quam plures.

Num. CXXI. Anno 1235.

Domina *Uridenena de Prampach* dotalicium ſuum ſcilicet dimidium houbam in Rite pro remedio anime mariti ſui *Wernhardi de Wilpach*, per manum Domini *Wernhardi de Gramperch* Eccleſie Forenbacenſi delegavit: eadem etiam Domina ob remedium animarum fratrum ſuorum *Ortolfi & Meingoti de Pramperch* ſicut & ipſi adhuc viventes in teſtamento ſuo diſpoſuerant dimidium Houbam in Steinperch per manum cuiusdam liberi Rapholdi nomine dicte dimidie Hube delegatoris nobis libere tradidit huius rei Teſtes ſunt, *Wernhardus de Gramberch, Wilhelmus Scolaſticus, Oulricus dr Viſenhart & Filius ſuus Wernhardus de Tufenbach, Ortolfus de Propugnaculo, Richardus Chunradus de Silva & alii quam plures* acta ſunt hec ante altare ſancte Marie in Fornbach anno M. CC. XXXV Indictione IX. IV. nonas Decembris.

Noverit generatio omnis ventura, quod *Dominus Heinricus Comes de Ortenberc* ad petitionem *Domini noſtri Ortolfi Abbatis* nec non aliorum fratrum & aliorum nobilium de provintia *Domini Wergandi videlicet de Rumting, Heinrici & filiorum ſuorum Ortolfi & Heinrici de Waldeke, Gundakari de Styra, Leutoldi de Sauerſteten, Amelberti de Eigeling, Ulrici de Ort, Meinhardi de Muring* tradidit altario ſancte Marie in Formbach per manum iam dicti nobilis viri Wergandi quoddam mancipium ſuum Gertrut vocatum ad cenſum quinque denariorum, annuatim perſolvendum. Huius autem delegationis Teſtes ſunt omnes ſupra dicti.

Ad omnium Chriſti fidelium memoriam devenire cupimus, quod Dominus *Ortolfus* cognomento *Noppil* annuente filio ſuo Chunrado contradidit Eccleſie Formbacenſi dimidiam houbam, apud Senenperg ſitam, ob remedium anime ſue, & Conſortis ſue Alheidis. H. t. t. ſ. *Prefatus Ortolfus & Filius ſuus Chunradus, & milites proprietatis ſue, Heinricus videlicet de Geping & fratres ſui Ulricus & Chunradus de Pach, Heinricus de Eichperg & famuli Eccleſie. Wicpoto de Haigraren, Engilſcalcus de Ode, Wicpoto de Monte.*

Num. CXXII. circa An. 1200.

Poſteritatis naſciture noverit ſucceſſio, quod quidam miniſterialis Ducis Styrie *Wigandus* nomine *de Clame* ultima trahens ſuſpiria ob remedium anime ſue, tradidit loco Formbacenſi quoddam Beneficium ſuum Wizzokel dictum, ſolvens tres ſolidos, quod & filius ſuus Wigandus in die ſepulture ipſius devote implevit, H. t. i. t. ſ. *Dominus Eberhardus frater ipſius W. Plebanus de Neunchirchen, & ſupra dictus Wigandus Filius eius Hermanus de Kraneberc, Chunradus de Arberc & milites proprietatis ipſius, Ulricus Stumphel, Marcwardus Duringus &c.*

Num.

Noverit induſtria generationis venture, quod *Dominus Wigandus de Chlamme* iunior dum extrema vite ageret, tradidit Formbacenſi Eccleſie manſum unum Snebere, cum nemore adiacente, tam culta, quam inculta, quod tunc quidam Colonus Sterichfrit Iunior adminiſtrabat, ipſum vero manſum Patruus eiusdem W. annuente etiam fratre eius *Chunrado* poſtmodum altario delegavit, H. r. t. ſ. *Chunradus de Chlamme frater ipſius W. & Dominus Eberhardus Patavienſis Prepoſitus, & gener eius Conradus de Puten, & frater eius Rapoto, Reinhardus de Smisdorf, Rudolfus de Snebere, Ekkeherus de Hirzwage, Hermanus de Wartenſtein, Oulricus Stumphel, Duringus de Chlame.*

Num. CXXIII. circa An. 1230.

Pateat auribus nationum, que naſcuntur, quod Dominus *Wernherus de Muſchirchen* cum ultimum exalaret ſpiritum, ob remedium anime ſue dedit Eccleſie Formbacenſi dimidium manſum, cum hominibus, qui ipſum adminiſtrantes poſſederant, Heinrico videlicet & conſorte ſua nomine Helica, & filiis filiabusque ipſorum & omni poſteritate ſua que ab illis oriri poterit, ipſam vero traditionem ſoror eius Giſila in die ſepulture fratris devote implevit. Advocatiam autem ſic inſtituerunt, ut ſenior de hac generatione, qui Waldkerus nuncupatur, manſum & homines ſupra dictos absque omni utilitate magna parvave tuendos teneret, H. r. t. ſ. *Heinricus de Haheim, Heinricus de Merſvanc, Chunradus Suevus, Chunradus de Senge, Filius eius Chunradus, Gerhardus de Chaſing, Heinricus Suevus, Walchunus de Wecking, Heinricus de Eichperg, Heinricus de Nete, Ortolfus & Heinricus de Laufenpach, Chunradus de Reinpach.* Ipſum autem manſum ſitum eſt in loco qui vulgo pramowe dicitur & vocatur index owe apud Touſchirchen.

Fridericus de Monte, cum ultima traheret ſuſpiria ob remedium anime ſue tradidit Eccleſie Fornbacenſi predium quoddam Genshalſe. Simili modo uxor ſua Domino *Perta de Ezzenbach* ea die tradidit etiam predium ſuum eidem Eccleſie Volrecting dictum annuente Filio ſuo *Rapotone* & filia Mechtilt nomine, C. r. t. ſ. ſupra dictus *Rapoto*, *Fridericus de Monte*, *Aribo de Muenbach*, *Richkerus & Altmanus de Rotonwe*, *Leutoldus de Chaphheim*, *Purchardus de Chapf*, *Oulricus de Steindorf*, *Heinricus Zabler*, *Heinricus de Eichperge*.

Ulricus de Locheim in die ſepulture patris ſui ſuſcepta fraternitate Fornbacenſis collegii ob remedium anime ſue dimidiam Hubam in Ekolfheim contulit ſupradicte Eccleſie: ea conditione, ut poſt mortem eius in uſum iam dicti Collegii cederet h. r. t. ſ. qui ea die exequiis genitoris ipſius Ulrici interfuerunt, ipſe *Ulricus de Locheim*, *Rutherus de Hochenmoſe*, *Pilgrimus de Tobelheim*, *Heinricus Plebanus de Winflorian*, *Ulricus & Heinricus de Laufenpach*, *Chunradus de Hekkenpuche*, &c.

Num. CXXIV. circa An. 1194.

Dux Styrie Otakarus cum ultima traheret ſuſpiria, ob remedium anime ſue contulit Formbacenſi Eccleſie dimidiam villam in Wartmanſteten; eo iure, ut penitus libere ab omni exactione iudicii & officialium provincie & iure advocali eidem Eccleſie adminiſtretur, quod etiam poſtea dux Auſtrie Leupoldus cum principatum Styrie optinuiſſet apud Grecem omnibus miniſterialibus ſuis publicavit devoteque complevit & confirmavit. C. r. t. ſ. *Hertnidus de Hort*, *Herandus de Wildoni*, *Otto de Chremis*, *Otakarus de Grece*, *Oulricus de Stumperc*, *Erchingerus de Landeſere*, *Rudolfus de Stadeke*, *Artolfus & Wigandus de Chlame*, *Gerhardus de Chrumpach*, *Otto de Domerſperg*, *Heinricus Srem Heinricus de Straxhoven*, & alii quam plures, qui ea die ibi convenerant.

Eber-

Eberhardus ſacerdos & monachus in Formbach cum parrochiam & officium prepoſiture in Glocniz gubernaret, conparavit ſupra dicto cenobio beneficium quoddam, ſuperius Appholterſpach ſitum cum adiacente nemore novem talentis a quodam milite Reinhart nuncupato. C. r. t. ſ. *Ekkehardus de Hirzwange, Dietricus Mutil, Gundakarus de Prun, Erchingerus de Chotila de Glonix, Guntherus Gerhohus, & filii.*

Quidam miles *Heinricus* nomine *de Pach* veniens ad converſionem tradidit Eccleſie formbacenſi predium ſuum, quod habuit in Steinperg per manum cuiusdam nobilis viri *Eigilonis de Winruding*, & hoc annuentibus filiis ipſius Ulrico & Leutoldo. C. r. t. ſ. *Idem Heinricus, & ſupra dicti filii eius Ulricus & Leutoldus, Philippus presbiter & tunc Scolaſticus in Formbach, & Delegator prefati predii.*

Omni generationi venture notum ſit, quod quedam touta annuente conſorte ſuo Heinrico cognomento Grizzeller tradidit Eccleſie formbacenſi dimidium manſum in Scheuesdorf cum tribus mancipiis ſuis; Henrico videlicet & Conrado & Alheid. C. r. t. ſ. *Prefatus Heinricus Wicpoto & Ortolfus frater eius de Teuefenpach, Dietricus de Pubing, Dietricus de Eholving, & filius eius Ulricus Dietricus de Necenpruke, Wicpoto de Monte.*

Num. CXXV. circa An. 1180.

Noverit poſteritas generationis venture, quod Dominus *Heinricus de Morſpach*, cum quodam tempore Eccleſiam formbacenſem damnificaſſet pene ad centum talentorum, timore dei actus ad ſatisfaciendum Deo & loco, dedit ſupra dicte Eccleſie dimidium manſum in Durinshoven anuente & renuntiante fratre eius *Ottone*, & conſorte ſua filiisque fratris. H. f. ſ. t. *Prefatus Heinricus, & frater eius Otto de Morſpach, Artolfus de Vodernpach, &*

Con-

Conſobrinus ſupra dictorum Heinrici & Artolfi Hartmanus nomine, Richkerus de Drechſelheim, Gotſcalcus de Dronolting, Oulricus & fratres ipſius Rudegerus, Heinricus de Horenpach, & alii.

Quedam nobilis femina de Sconowe Gerdrude nomine cum ultima vite traheret ſuſpiria dedit poſſeſſionem proprietatis ſue pro remedio anime ſue Eccleſie formbacenſi videlicet tertiam partem manſi in loco, qui dicitur Ekke, quod factum poſt obitum illius ob confirmationem propria manu pater eiusdem tradidit prefate Eccleſie. C. r. t. ſ. *Siboto de Steindorf genitor ſupra dicte mulieris, Heinricus de Pach, Arnoldus de Sconowe, & filii ſui Heinrich, Chriſtianus, Albertus, & conſanguinei illorum Henricus & Wicpoto, Ortolfus Richhardus, Chunradus Heinricus, & frater eius Reinhardus fabri, Heinricus Reinoldus de Neuburc.*

Notitie tradimus future poſteritis, quod dominus *Wernhardus de Chramberch* ob remedium uxoris ſue tradidit Eccleſie noſtre predium ſuum in Tobel ad ſervicum LX. denariorum & ruippe menſuram papavie. S. h. t. *Meingoz de Einberch, Ulricus de Golnpach, Rachwin de Caſtilberch, Hainricus de Gumperge, & frater eius Sigloch Irnfrit de Neuburc, Wernherus Wicpoto Dietricus Preſones*, & alii plures.

Generationi omni, que Ventura eſt innoteſcimus, quod quedam nobilis Matrona de Pirnpach nomine *Mathild* in die ſepulture filie ſue nomine *Mathildis* unacum filiis ſuis tradidit Eccleſie noſtre curtilem in Mitiche ad ſervicium XXX. denariorum, & manecipium nomine *Hailkam*. H. r. t. ſ. *Hugo & Fridericus fratres de Sigenhaim, Chunradus de Rempach, Leo de Rucholvingen Gerunc Sagitarius, Wernhardus de Scalham, Ulricus de Uſhaim, Leutoldus de Leutenhaim*, & alii plures.

Qui-

Quidam miles nomine *Heinricus de Weichſelberg* contradidit huic Eccleſie predium proprietatis ſue, quod dicitur Ode, & eſt ſitum iuxta manſum Eccleſie, qui vocatur Wolsfeſchou & ſolvit annuatim duos modios avene. H. r. t. ſ. *Idem Heinricus & fratres eius Wernhardus de Wakinge & Conradus de Louſenpach, Godfridus de Obolshode, Wernhardus de Radolshaim, Heinricus Siboto Fridericus de Ezelshoven, Gerhardus de Precenberg.*

Num. CXXVI. circa An. 1140.

Tria mancipia nomine Erchinbertus Engilrat, Pertha, dato prediolo ſuo impetraverunt ab *Engilberto Halenſi Comite*, ut eos ſancte Dei genitrici Marie ad ſolvendum annuum tributum quinque nummorum delegaret, quod ita factum eſt, ut ſi tribus continuis annis eundem tributum neglexerint ſolvere, *proprie ſervituti* cogantur ſubiacere, C. r. t. ſ. *Pertoldus de Heidedorf, Eberhardus, & frater eius Otto de Ekke, Hermannus & frater eius Heinricus de Rotingen, Oudalricus de Ezinbach, Ortolfus Gelfrat.*

Ipſo die coram Comite Ekkeberto, & *Wernhardo de Iulbach* & ſupraſcriptis teſtibus petitione coniugis ſue S. Dei genitrici Marie ad cenſum quinque numorum remiſit quedam mancipia, que *Dietricus Comes* diu iniuſte poſſederat, &c.

Gotfridus de Roultingen delegavit Adelbertum ad cenſum quinque nummorum. Et hi ſ. t. *Oudelricus de Nunburch, Gerich de Chaſtele, Rapotus de Chadelingen, Aribo de Rouholſingen.*

Num. CXXVII. circa An. 1100.

Quoniam quidem ſepe diſſenſio inter Fornbacenſes & Subenenſes de utilitate tranſitus aque, qui eſt in Skerdingen, quique ipſis ambobus largitione principum ſervit, facta eſt; dignum duximus, ne amplius inter dilidentes aliqua ſimultas oriatur, de-

ſcribere, noticieque poſterorum noſtrorum tradere, quibus vel quot annis Formbacenſes & quot Subenenſes prefatam utilitatem debeant aſſequi, vel a quibus perſonis eandem utilitatem ſint aſſecuti. Due namque ſorores *Touta*, & *Himiltrud* tam nobiliſſimis, quam etiam ditiſſimis parentibus orte, cum poſſeſſiones ſuas amplas inter ſe dividerent, contigit, ut prenominatus tranſitus in iſta parte in qua monaſterium Fornbacenſe ſitum eſt, equaliter inter eas partiretur: videlicet, ut uno anno Domina *Touta*, altero Domina *Himildrud* ipſo uteretur: ex altera vero parte, in qua Subenenſe monaſterium conſtructum eſt, plures conparticipes eiusdem tranſitus, videlicet filios *Meginhardi Comitis Oudalricum, & Hermannum; ac filios Tiemonis Ekkebertum, & Henricum & Dominam Itam* habentes definierunt: quatenus primo anno *Domina Touta*, ſecundo ſoror eius Domina *Himildrud*, tertio *Oudalricus* & frater eius *Hermannus* utilitate potirentur. Et Domina *Ita* in ipſo quarto anno ſingula ſeptimana quolibet die tantum fruerentur. Domino autem inſpirante Domina *Tuota* partem ſuam, quam utrimque habuit, Eccleſie S. Lamberti, que eſt in Subene dedit, & ſoror eius Domina Himiltrudis partem ſuam ex utraque parte Eccleſie S. Marie, que eſt in Fornbacenſi loco tradidit. Dehinc Dominus *Oudalricus & frater eius Dominus Hermannus, cum conſanguineis ſuis, ſcilicet Ekkeberto Comite & fratre ſuo Domino Heinrico etiam ſuas partes Fornbacenſi Eccleſie dederunt.* Poſthec *Diepoltus de Lohemin* utilitatem diei quam Domina *Ita* habebat, in beneficio a Domina ſua tenens, impetravit ab ea, ut ipſe etiam hanc Fornbacenſi Eccleſie daret. Qua ratione oportet, ut Fornbacenſes, & Subenenſes ex iſta parte, in qua Fornbacenſis alueus Enum influit, tranſitus utilitate equaliter fruantur. Ex altera vero parte, in qua Subenenſis fluviolus Enum innatat, Subenenſes uno tantum anno; Fornbacenſes autem poſt hunc tribus annis continuatis potiantur, & pro largitoribus eterna premia largientem utrique deprecentur.

Num.

Num. CXXVIII. circa An. 1150.

Duo fratres *de Uzhemin*, *Ebergerus & Meginhard* delegaverunt ad altare S. Marie Forinbach, per manum nobilis viri *Chounradi* de eodem loco predium quod habuerunt ibidem cum parte Capelle, que ſui iuris erat; eo pacto, ut tam ipſi, quam poſteri eorum hereditarie illud in beneficio habentes, dimidium tritici annuatim inde perſolvant, & ſi forte ſine heredibus fieri contingat ex integro Eccleſie deſerviat, C. r. t. extiterunt *Pilgrimus de Yersheim*, *ipſe Ebergerus & frater eius Meginhard*, *Werimout de Aſenheim*, *Adelbertus de Herigersheim*, *Heinricus & filius eius Peringerus de Uzheim*, *Heinricus de Chrougarn*, *Marchio de Irſeheim*, *Liupoldus de eodem loco.*

Num. CXXIX. circa An. 1150.

Quidam nobilis homo nomine *Gisloldus de Harthelm* tale predium, quale habuit ad Hartheim poteſtativa manu tradidit ad altare ſancte Marie in beneficium elemoſine formbacenſis Eccleſie, acceptis ab elemoſinario tribus talentis. Dedit & ipſa die ancillam quandam nomine *Helicam* ſancte Marie ad cenſum quinque numorum acceptis ab ea ſex ſolidis. Et h. ſ. t. per aurem atracti, *Sigboto de Holzheim*, *Herrant de Mitiche*, *Imbertus & frater eius Adelhalm de Uſheim*, *Manegoldus*, *Heinricus & Gemund de Mitiche*, *Wikker de Winhartsheim*, & alii quam plures.

Comes Halenſis delegavit ad altare ſancte Marie formbacenſis ad cenſum quinque nummorum VII. mancipia, & hi ſ. t. *Eberhardus de Rote*, *Sigboto de Holzhuſen*, *Heinricus de Grauendorf*, *Fridericus de Wazerburch*, *Oudeſcalcus de Haltten*, *Perthold de Grube.*

In unum dives & pauper noverint, quod quidam miniſterialis comitis Dietrici nomine *Pezili* delegavit ad altare ſancte

Marie tertiam partem manſi, ad Lantkeringin ſiti: teſtes huius delegationis *Megingoz de Ibinberch*, *Erniſt de Prambach*, *Artolf de Rudoltingen & frater eius Alkerus*, *Heinrich de Swent*, *Udelſcalcus de Moerimos*.

Num. CXXX. circa An. 1140.

Notum ſit omnibus in Chriſto renatis, quod domina HIMILDRUDIS *filia* HESSONIS dotavit Eccleſiam ſancte Marie dei genitricis formbacenſem, cum predio ſuo nomine *Kemenaten* & ſuper altare eiusdem Eccleſie tradidit famulam ſuam nomine *Hyzilam*: ea videlicet conditione, ut annuatim eidem Eccleſie ſolvat cenſum quinque denariorum cum poſteritate ſua.

Num. CXXXI. circa An. 1140.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, preſentibus ac futuris, qualiter homo quidam nomine *Wernhardus de Reinbach*, tradidit ſervum ſuum nomine *Volcradum* ſuper altare ſancte Marie apud Formbach pro quinque denariis annuatim ſolvendis, ea videlicet ratione ut ſi in tribus annis neglexerit, & in quarto non emendaverit, prebendarius deinceps eiusdem habeatur altaris. H. r. t. ſ. *Engilſcalch de Oſterinpergin*, *Eigildus Rantwigurovv*, *Megingoz de Heimpergin*.

Notum ſit omnibus tam preſentibus quam ſupravenientibus, quod Comes Ekhebertus poteſtativa manu delegavit formbacenſi Eccleſie ancillam nomine Willipirgam & fratrem eius nomine Agilo; patre & matre Perwino & Adelhet in ſua poteſtate retentis; filiis vero cum omni ſua poſteritate, predicte Eccleſie annuatim cenſum quinque numorum perſolvere debentibus.

Quedam matrona nomine Hincela, dedit huic Eccleſie per manum Mariti ſui Wizemanni tria mancipia ſcilicet Ekkeherum,

Wickart

Wickart Adelheidam ad cenſum quinque numorum, & iſti ſunt Teſtes. *Erchinbertus de Moſebach, Aribo de Mitich, & filius eius Giſeloldus, Poppo de Frigendorf filius Grimili. Orwin filius Ekkerici de Encinchirchen.*

Wileman de Routeheimen & Uxor eius Hicila delegaverunt ancillam nomine Hadeluch eo pacto, ut poſt defunctionem eorum huic Eccleſie cenſum quinque nummorum perſolvant, h. trad. t. ſ. *Dietwinus Filius Dietrici ds Ricelingen, Bertoldus de Hitingen, Routpertus de Hitingen, Routpertus Wermout. Et alii.*

Aribo de Mitiche delegavit per manum filii ſui *Giſelolti* ſex iugera, & hii ſunt Teſtes. *Hermanus de Routingen, Dominus Bertoldus de Heidendorf, Conradus de Putiſpa, Wernhardus de Ouzenberg, Oudalricus de Abtelhartingen, Pertoldus de Reinbach, Walchount de Iſaldek, Routpertus de Houcenberge &c.*

Num. CXXXII. circa An. 1140.

Comes Ekkebertus Iunior delegavit per manum *Oudelrici de Ezzinbach* mancipium quoddam nomine Hiltiburch ad altare ſancte Marie Fornbach annuatim ſolvere cenſum quinque nummorum.

Werenherus, & Beringerus de Omesheim delegaverunt pro remedio anime ſue omniumque parentum ſuorum, famulam nomine Azelam ad quinque denarios annuatim perſolvendos T. *Dietricus de Zel, Ortolfus de Ortwinſtein.*

Ekkericus de Ecinkirgen tradidit Sigbotonem ſuper altare ſancte Marie Fornbach ad cenſum quinque nummorum. H. ſ. t. *Udaſcalchus de Maching, &c.*

Eberhart de Witerun delegavit Azichind cum filiis ſuis in manus Domini *Amelberti de Egiling*, tali ratioue, ut ipſe ſuper alta-

re ſancte Marie ad cenſum quinque nummorum traderet vita finita; quod ipſe poſtea Amelbertus de Enigne ſuplevit ſub his teſtibus *Wsrenbertus de Iullbach*, *Adelrammus Puer. Amelbertus Oudalricus & frater eius Fridericus de Ezzenbach*, *Aribo de Mitichin*, *Alkerus & frater eius Albwinus Rigkerus de Oſterna*, *Arnoldus de Lenge.*

Num. CXXXIII. circa An. 1150.

Intimamus generationi, que ventura eſt Comitem *Ekkebertum* cuidam diſpenſatori ſuo apud Nivenburch Reginoldo nomine mancipium dediſſe, quod idem Reginoldus cum Uxore ſua Richiza cum duobus liberis ſuis poſtea ad altare ſancte Marie pro remedio anime Domini ſui prenominati Comitis delegavit, ut annuatim quinque denariorum cenſum perſolvat, ipſa & poſteritas eius omnis. H. t. T. E. *Otto Comes patrie, Fridericus de Ezenbach, Reginhart & frater eius Guntherus de Otgersheim, Reginoldus & frater eius Albertus de Formbach, Gothalm de Eholſingen.*

Num. CXXXIV. Anno 1162.

Noverint omnes Chriſti fideles, quod quidam *Oudalſchalch de Seſſingen* anno ab incarnatione Domini M C LXII. VIIII. Kal. Iulii ſex mancipia, ad cenſum quinque nummorum ſuper altare ſancte Dei genitricis Marie delegavit; eo pacto, ut ipſimet & uxori ſue ad vitam eorum deſerviant, & poſt obitum utrorumque Eccleſie ſervitio ad hoc preſcripto adhereant, C. r. t. ſ. *Erchingerus de Routensheim, Oudalſchalchus de Geizza.*

Quidam *libertus* de Houzingen nomine Routpertus delegavit ſuper altare ſancte Marie Wigmannum ad cenſum quinque denariorum. H. r. t. ſ. *Gouzwin de Tobele, Walshoun de Weskinge.*

Num.

Num. CXXXV. Anno 1164.

Anno ab Incarnatione Domini MCLXIIII. XVI. Kal. Iannuarii Adelheidis Vidua *Irnfridi de Niuwenchirchen* ipſo petente quatuor beneficia ad Leuwer, & integrum manſum ad Tounik Forubacenſium fratrum uſibus delegavit. Cuius delegationis Teſtes ſunt facti, *Chuno de Chirauwa cum duobus filiis ſuis Adelberone, & Megingozo, Poppo de Stupach, cum tribus nepotibus ſuis Eberhardo, Ortolfo, Heinrico de Strazhoven.*

Duo fratres nomine *Heinricus, & Oudelricus de Erenbretesdorf* predium, quod inibi hereditario iure poſſidebant, ſancte Dei genitricis Marie ob remunerationem celeſtem tradiderunt, additis inſuper quatuor mancipiis, que ad cenſum quinque nummorum, delegaverunt cuius delegationis Teſtes ſunt facti, *Herrant de Mitiche, Fridericus de Heigraren, Chounradns de Lochheimin, Reginoldus de Formbach.*

Num. CXXXVI. Anno 1172.

Quedam mulier Helica nomine de Curisheim liberum caput ſuum ſuper altare ſancte Marie Formbacenſis Eccleſie ad cenſum quinque denariorum annuatim perſolvendum, dedit, in preſentia Domini Ortolfi Abbatis in aſſumptione ſancte Marie anno ab Incarnatione Domini MCLXXII.

Num. CXXXVII. Anno 1167.

Wernhardus Hunthaha de Reinbach cum filio ſuo *W.* Williberti filiam nomine Pertam an. ab Incarnatione Dom. MCLXVII. XIV. Kal. Aprilis ad cenſum quinque nummorum annuatim ſancte Dei genitrici Marie perſolvendum dedit, cuius delegationis Teſtes ſunt facti, ipſe *Wernhardus cum Filio Wernhardo Dietricus de Heigraren, Oudelſchalch de Walmesheimin.*

Anno

Anno ab Incarnatione Domini MCLXVII. XII. Kal. Iunii duo liberi homines Adaloldus, & Soror eius Liukard ſua libera capita altari ſancte Dei genitricis Marie inponentes, ad annuum tributum quinque nummorum perſolvendum ſe mancipaverunt. C. r. t. ſ. *Eppo Camerarius Hallenſis Cometiſſe*, *Otto de Ruitrisheimin*, *Adelhardus & Nepos eius Ludewicus de Helvingin*, *Otto de eadem Villa*, & alii.

Eodem anno, quidam ex familia Formbacenſis Eccleſie nomine *Rontpertus de Chadelingin* emens a quibusdam liberis hominibus pratum quoddam in manus Domini *Adelrami de Outendorf* impetravit delegari, eo pacto, ut ipſe ſancte Dei genitricis altari delegaret, quod prefatus Alramus in manum avunculi ſui Domini *Heinrici* dedit delegans ſancte Marie are per ipſum, ſub his teſtibus ipſo *Adelramo Friderico de Brunawa*, *Pilgrimo de Swent*, *Chunrado Scade*, *Reginhardo Elvingen.*

Quedam Matrona nomine *Ita de Hoitingen* delegavit duo mancipia huic Eccleſie nomine *Chriſtina* cum filio ſuo *Heinrico* ad cenſum quinque denariorum perſolvendum ſub his Teſtibus. *Erneſto de Ruripe*, *Roudegero de Formbach*, *Routperto de Monte.*

Num. CXXXVIII. circa An. 1155.

EKkebertus Comes delegavit ancillam nomine *Gimizam* cum omni poſteritate ſua ſuper altare ſancte Marie formbacenſis Eccleſie ad cenſum quinque denariorum, annuatim perſolvendum, ſub his Teſtibus. *Poppo Oudalricus frater eius de Sneperch*, *Oudalricus de Ezzenbach*, *Reginoldus de Niwenburch*, *Wickherus de Vogelaren*, & alii quam plures.

Bruno de Rourip delegavit ancillam nomine *Chriſtina* ad cenſum quinque numorum ad altare ſancte Marie cum omni poſteritate

tate ſua, & h. ſ. t. *Erneſt de Rourip*, *Hermanus de Neuhoven*, *Iſker & filius eius Gerunc Patavie: Albuwin*, *Otto de Engilbrechtdorf*, & alii.

Num. CXXXIX. circa An. 1160.

Notum facio chriſtianis fidelibus, quomodo ego Pruno tale predium, quod habeo Porshaim tradiderim per manus *Comitis Pertoldi* ſancte Marie formbacenſis Eccleſie, inde annuatim vita comite quinque nummos perſolvere; poſt exceſſum autem vite decem filii mei uſque in quintam generationem & ſi penitus deleta fuerit, hereditas ad integrum ipſi Eccleſie deſerviat. H. r. t. ſ. *Junior Comes Pertoldus*, *Amelbertus de Loheim*, *Chunradus de Iringſpurch*, *Aribo de Mitiche*, *Reginoldus prepoſitus*, & alii plures.

Noverint omnes tam futuri quam preſentes Chriſtiani, quod quidam vir *de Paumſteten Arnoldus* nomine delegavit duo mancipia cum omni poſteritate ſua ſuper altare ſancte Marie in Formbach ad cenſum quinque denariorum annuatim perſolvendum, pro ſalute anime ſue, & parentum ſuorum & hoc ſub his Teſtibus. *Dietricus de Haigerarn*, *Sigboto de Machinge*, *Gotſcalcus de Husmaningen*.

Num. CXL. circa An. 1160.

Notum ſit omnibus fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod domina quedam *Pertha* nomine *de Lochaim* mancipium proprium, mulierem *de Vilteizzinger* liberali manu cenſuali iure ad altare ſancte Marie Matris Domini & ſancti Martini ſub his teſtibus contradidit. *Guntherus de Lochaim*, *& filius eius Roudigerus*, *Otto de Niuwenhoven*, *Marchardus de Saminberge*, *Roudigerus de Touffinpach*.

Notum ſit omnibus fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod quedam nobilis mulier domina *Pertha de Gotinesdorf* delegari fecit per manum *Goteſcalci de Sigehartingen*, quemdam ſuum proprium ſervum Eberhardum nomine ad altare ſancte Marie ad cenſum quinque nummorum, & h. ſ. t. per aurem tracti *Chounradus de Sigehartingen filius eius Ortolfus*, *Eginſcalcus de Wikalmingen.*

Num. CXLI. circa An. 1160.

Noverint omnes fideles tam preſentes] quam ſuccedentes, qualiter domina *Mathildis de Ahaim* per manum liberi hominis *Engildie de Holzhaim*, delegavit ad altare ſancte Marie formbacenſis Eccleſie Mathildem de Pholſouwe cum filiis ſuis & filiabus, ad tributum quinque nummorum, H. r. t. ſ. *Hi Rapoto de Stainpach, Eberhard de Holzaim, Magins de Ratolshaim, Menhart, & frater eius de Pillinhaim, Wernhart de Durchaim, Adilmann, & Hainrich de Phoulſuwe.*

Item ſecundo die, pateat omnibus ſcire volentibus, quod *Oudalricus, & frater eius de Ezzenpach* delegaverunt Deo & ſancte Marie poteſtativa manu ſcilicet *Pertham, Iuditam & Fridericum*, quod quamdiu in hoc fragili materia conſiſtant, quinque denariorum cenſum ſingulis annis perſolvant. Huius rei ſuccenſores ſunt *Witigo de Tobelhaim, Routpertus, Roudigerus, Hainricus de Hunteling, Guntherus de Lochaim, Eberhardus de Puxin, Gerbertus de Marchin, Hermanus Sardinge.*

Num. CXLII. circa An. 1165.

In Chriſti nomine notum facimus preſenti etati, & future poſteritati, quod *Comes Perchtoldus de Anedeſſe* huius cenobii advocatus pro remedio anime ſue huic monaſterio delegavit ancillam

nomine

nomine *Mathildam*, & quinque nummos ad altare ſancte Dei genitricis Marie huius loci Domine perſolvere ordinavit. Huius rei teſtes ſubſcripti ſunt idonei, *Hugo de Touwirs*, *Amelbertus de Lochouſin*, *& filius eius Adelbertus*, *Walchoum de Stainbach*, *Gotefridus miniſterialis Comitis*, *Adelbertus Agaſo*, & alii quam plures.

Quoniam generatio preterit, & generatio advenit modis omnibus convenit, ut geſta noſtri temporis annotentur ſcriptis; notum igitur tam futuris quam preſentibus, quod *domina Gerbirga uxor militis Pilgrini unacum filio ſuo Gotſcalco ipſo coniuge defuncto*, dimidium manſum in Geppinge pro ſalute anime eius beate Dei genitrici Marie, huius loci patrone tradidit. Teſtes vero huius rei in hac pagina ſunt ſubſcripti, *Chounradus de Sigartinge & filius eius Chounradus*, *Ortolfus & Roudigerus*, *Gotiſcalcus de Borzo*, *Swigerus de Bramdorf*, *Roudigerus de Chlingin*, *Roupertus de Monte*, *Adelbertus de Swent*, *Waltherus de Reinbach*, *Reinoldus de Neubourch*, *Gotfridus miles Aribonis*, *Oudalſcalcus de Walmishaim*.

Omnis future & preſentis poſteritatis retineat memoria, quod *Waltherus de Rafolſtorf*, tale predium, quale in eodem loco viſus eſt habere beate Marie in Formbach per manum *Ruperti* advocati ſui tradidit. H. r. t. ſubſcripſimus. *Roudigerus de Formbach*, *Routpertus*, *Guntherus de Locheim*, *Oudalſcalcus preco de Walshaim*, *Dietricus preco*, *Eberhardus de Boubinge*, *Reinbertus de Bartinberge*, & alii quam plures.

Notum facimus fidelibus cunctis tam preſentibus quam futuris, quod due ſorores *Adelheidis & Iudita*, que longo tempore poſt aditum converſionis *Wigkeri & uxoris eius Alpratis de Willaharteshaim* cuius erant, & qui liberas eas fecerunt quando ſeculo renunciaverunt, domino cuncta providente ſimulque eas inſpirante ſe ipſas ſponte Deo, & ſancte Marie ad annum tributum

quinque denariorum delegaverunt eis preſentibus, & huius delegationis cauſa hi teſtes fuerunt. *Oudalſcalcus de Wadishaim*, *Dietricus de Sachſenberge*, *Engilſcalch de Witerun*, *Pertholdus de Sahſenperge & Waltherus*, *Rudolfus de Scadelinge*, *Rudolf Lance*.

Num. CXLIII. circa An. 1170.

Notum ſit Chriſti fidelibus futuris & preſentibus, quod *Dietricus de Hottingen* allodium ſuum Harbach ſitum, ſub tali conditione Formbacenſi monaſterio dedit, ut vivente *Mathilde* nepte ſua quinque nummos cenſuales de eodem predio perſolvant, defuncta vero Mathild Adilwardus, & omnis poſteritas eius dimidium modium tritici de eodem predio perſolvant, H. r. t. ſ. *Reginhardus de Heolſinge*, *Roudigerus de Formbach*, *Roudpertus de Monte Perhart de Formbach*, & alii plures.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod quidam *Heinricus* liber homo *de Hottinge* delegavit predium Gotſcalchi & uxoris eius quod poteſt habere in Stegen, S. Marie, & omnibus fratribus inibi Deo ſervientibus. Et h. r. t. ſ. *Herrant de Mitiche*, *Chounradus de Flath*, *Routmarus de Mitiche*, *Dietricus de Hottinge*, *Dietricus de Haigran*, *Wernhart de Aſenhaim*, *Herewich de Glunich*.

Ad notitiam cunctorum fidelium devenire cupimus, quod Dominus *Herrant de Mitiche* delegavit libere S. Marie in Formbach Adelheit nomine filiam Rafoldi, & aliam Adelheit cum filia illius ad cenſum quinque denariorum annualiter perſolvendum. H. r. t. ſ. *Pero filius Herrandi de Mitiche*. *Reinhardus de Mitiche*, *Routpertus de Monte*, *Roudigerus de Glingen*, *Chounradus Enſilperge*. *Reinoldus filius Reinoldi de Nuwenburch*, *Marchwardus de Monte*, *Pernhardus*, *& Dietmarus filii Reinoldi*, & alii quam plures.

Dominus

Dominus *Gotſcalcus de Sigahartinge* dedit S. Dei genitrici Marie, fratribusque inibi Deo ſervientibus minus, quam dimidium manſum, in loco Winharsheim nomine, pro remedio anime cuiusdam pueri, quem commendatum ſuſceperat quamdiu viveret, cum predio; quo mortuo delegationis ſupradicte Dei genitricis Marie debitor exiſteret: quod fideliter implevit, & quandam nomine Hiltigunt cum tribus pueris, omnisque poſteritas eorum ad cenſum quinque denariorum, H. r. t. ſ. *Arnoldus de Rainpach, Reinhardus de Mitiche, Reinoldus de Niunburch & filius eius Reinoldus, Trans Torrentem filiusque Bernhardus Oudalſcalcus de Walmsheim*, &c.

Num. CXLIV. circa An. 1156.

Notum ſit Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod Comes Ekkebertus ſub Abbate Wernhardo rogatu Domini Ortolfi, qui poſtmodum eidem ſucceſſit Wernhardo, delegaverit anciſlam nomine *Hiltigundam* cum omni poſteritate ſua ad cottidianum ſervitium, ad altare S. Marie Formbacenſis Eccleſie, ſ. h. t. *Poppo de Stupach, Dietricus de Sciltaren, Ekkehardus de Suataren, Ekkehardus Camerarius Comitis Ekkeberti, Udalricus de Hochenheim*, &c.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod *Oudalricus filius Oudalrici de Ezzenbach* per manus *Brunonis de Etenvelt* delegavit ancillam ſuam nomine Pertham ad altare S. Marie Formbach, hac conditione, ut eidem Eccleſie annuatim quinque nummos perſolvat, pro remedio anime ſue, parentumque ſuorum: hoc atteſtantur ipſe *Bruno de Etenvelt, Oudalricus de Ezzenpach, Rahewinus frater Reginhardi, Dietricus de Heigeraren, Ebo de Prame, Luitoldus de Eholvingen, Reginoldus de Niwenberg.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam *Megenwardus de Urlhaim*, cum filio ſuo *Wernhardo* tradidit Formbacenſi Eccleſie quemdam ſervum nomine Sigbotonem ad cenſum quin-

que denariorum annuatim perſolvendum, huius traditionis t. ſ. *Idem Megenwardus cum filio ſuo Sigbotone, Oudalſchalcus de Woalinshaim, & frater eius Waltherus, Eberhardus de Poubin, Roudgerus de Chlinge.*

Quedam nobilis *Matrona de Rornbach* nomine Acila delegavit ſemetipſam ad altare S. Marie in Formbach ſub cenſu quinque nummorum. H. r. t. ſubſcribuntur *Dietricus de Haigraren. Heinricus de Monte, Reginoldns de Oriente, Dietricus Camerarius Eberhardus Chaltbroun.*

Quedam *Matrona de Liubmanesrouthe* Mathildis nomine tradidit ſuper altare S. Marie in Formbach mancipium unum Eberwin dictum, ad exſolvendum annuum cenſum quinque denariorum. Et hoc pro remedio anime ſue, & mariti ſui iam dudum defuncti. H. r. t. ſ. *Chouno de Perhartingen, Chadelhoch de Roupolteſtadele, Dietricus de Niuruht, Reginhardus de Eolvingen, Roudpertus de Monte.*

Num. CXLV. circa An. 1160.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam *Pero* nomine, & ſoror eius Diemout, in depoſitione Patris ſui *Herrandi de Mitiche* tradiderunt pro remedio anime eius duo mancipia, Sibotonem ſcilicet cum matre ſua, Adelheit, ſuper altare S. Marie, ad cenſum quinque denariorum, H. r. t. ſ. *Aribo de Mitiche, Reinhardus de Eholvingen, Marchardus de Hourenbach, Roudmarus de Mitiche. Adelbertus Pochesvoux, Wicpoto Oudalſcalcus de Walmshaim, Dietricus de Haigrarn, Marchardus de Monte, Roudgerus de Chlinge.*

Item *Pero* filius predicti Herrandi poſt obitum cuiusdam Adelberti tradidit ſuper altare per manum Domini *Arbonis de Mitiche* puellam nomine Adelhait ad annuum cenſum quinque denariorum ſolvendum. H. r. t. ſ. *Aribo, & Routmarus de Mitiche, Wickerus de Uogelaren, Rachwinus de Eholſingen*, & alii plures.

Qui-

Quidam *Marquardus* nomine, & uxor eius *Diemout de Hornbach* tradiderunt ſuper altare S. Marie Fornbach tria mancipia ad annuum cenſum quinque denariorum. H. r. t. ſ. *Chunradus & Otto de Puſenperge, Reginoldus de Niwenburch, Reginoldus de Fornbach;*

Subſcriptis teſtibus eodem die tradidit ſe quedam nobilis femina nomine *Hiltigart de Oubelingen* ſuper altare ſancte Marie ad cenſum V. denariorum.

Quedam vidua nomine *Pertha* uxor Herrandi, tradidit ſuper altare S. Marie ancillam nomine Chunigunt pro remedio anime ſue, Et h. ſ. t. *Wintherus de Uſhaim, Eberhardus de Pubingen, Gerhardus de Pouchenberge, Papo de Prunſtet, Eberhardus Pellifex.*

Quidam nobilis homo nomine *Hermannus de Chunbreteſtorf* tradidit ſe ipſum & uxorem eius Adelhait & duos filios ſuos ad altare S. Marie in Fornbach, ad cenſum quinque denariorum, Et h. ſ. t. *Oudelſcalcus de Walmshaim, Eberhardus de Boubingen, Egelolf de Fornbach, Heinricus Cocus, Chunradus de Wege.*

Num. CXLVI. circa An. 1165.

Noverint tam preſentes, quam futuri, qualiter *Perhtoldus Marchio* ſenior delegavit propria manu in die Paſche ſuper altare S. Marie in Formbach, quamdam Richkart cum filiis ſuis in miniſterium, quo ſibi ſervierant, quia *legales* erant, H. r. t. ſ. *Aribo de Mitiche, Gotfridus de Andehs, Lazarius de eodem Raſoldus & filius eius Oulricus liberi Wikkerus prepoſitus; Nendinc de Rupertſperge, Lantfridus liber Oulſcalcus de Walmsheim, Dietwin de Chemnaten, Oulricus Engilſcalcus de Witrun*, & alii plures.

Quedam femina *Hiziwip* nomine, *aliquantule libertatis Parwip* noſtreque familie, ſibi non licita committens, patris legibus receſſit, & *per hoc proprietati ſe innodaverat;* tandem pro ſe reſti-

reſtituenda legibus amiſſis aliam delegavit feminam Hiltpurch nomine ſuper altare S. Marie in Fornbach. H. r. t. ſ. *Chounradus frater eius Dietmarus*, *Lantolt de Ekkolfesheimen*, *Wezo*, *Willihalmus de Waldes*, *Engildich de Tireſpach*, & alii quam plures.

Num. CXLVII. circa An. 1165.

Quidam miniſterialis *Comitis de Viechtenſtein* nomine *Helfrich de Goauwolfchaim* tradidit ſuper altare S. Marie in Fornbach per manum cuiusdam nobilis viri *de Senge* nomine *Neudinch* quatuor mancipia. Et h. ſ. t. *Arnoldus de Kempach*, *Oudelſcalch de Walmshaim*, *Eberhardus de Poupingen*, *Engeldich de Maechingen*, *Dietricus de Hagraren*. *Sigboto de Huzenberge*.

Poſteritati fidelium notificamus, quendam de miniſterialibus Marchionis Bertoldi *Marcwardum* nomine cum *Diemuda coniuge de Huringbach* delegaſſe ad altare S. Marie in Formcach mancipia III.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod quedam libera mulier nomine *Heideweih* cuiusdam *Dietrici* filia *de Uchental* pro remedio anime ſue delegavit ſe ipſam ſuper altare S. Marie in Fornbach ad quinque nummorum annuatim. H. t. ſ. *Heinricus de Chiripach*, *Heinricus de Ichinge*, *Heinricus de Taiſchirchen*, *Walchoun de Monolvesroute*, *Roudolf & filius eius de Othentobel*, *Wilhalmus de Hauwartswalde*, *Weſingrimus de Rotinge*, *Wernardus de Grube*, *Ekkardus de Sikklinge*.

Num. CXLVIII. circa An. 1170.

Preſentibus & futuris notificamus, quod Dominus *Algerus de Iniberch* miniſterialis ducis Meranorum pro remedio anime ſue atque filiorum ſuorum, precipue autem pro cuiusdam defuncte filie ſue nomine *Diemout* poteſtativa manu altario S. Marie in Formbach delegavit quosdam homines de Ottinode ad quinque num-

mos annuatim ſolvendos. Et h. ſ. t. delegationis ipſe *Alchgerus & frater eius Heinricus. Ortolf, Werinhardus de Prampach, & filius ſororis eius Ortolfus.*

Memoriis omnium transmittimus, quod due ſorores Mathild Erindrud tradiderunt ſe *ex propria libertate* ſuper aram S. Marie in Formbach, & omnem poſteritatem ſuam, ad cenſum quinque denariorum, teſtes *Dietricus Pubinger, Dietricus Echolvinge, Chounradus Machinger.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter quedam Domina Mathildis nomine delegavit ſuper aram S. Marie pro remedio anime ſue, quendam hominem proprietatis ſue Arnoldum nomine per manum *Ortwini* cuiusdam, conſenſu & rogatu ipſius, annuentibus quoque filiis ſuis, ad quinque nummos annuatim ſolvendos. H. r. t. ſ. *Ortwinus de Petershaim, Chaloch de Puhiln, Geroch de Scergarn, Oulricus de Eholving, Oulricus de Digershaim, Dietricus de Reinoldeſperge, Wernhardus de Pruch, & Pater eius Dietricus.*

Ut ad noticiam ſuccedentium perveniat, intimamus, quod quedam mulier nomine *Willibir de Maching a parentibus ſuis liberam agens vitam* tredecim annis, ſine voto delegationis cenſum quinque nummorum cum ſorore ſua Pertha beate Marie in Formbach fideliter obtulit; verum ne a quoquam vim patiatur exactionis predicta Willibirc caput ſuum delegavit altario ſancte Marie in die ſancte Margarete ſub his teſtibus, annuatim quinque nummos reddendum, *Dietricus preco trans Enum Perinhardo de Scarding, Kerhardo fratre mulieris eiusdem & Oulſcalco filio patrui eius Dietmaro de Camera.*

Num. CXLIX. circa An. 1165.

Noverit tam preſens etas, quam futura qualiter due mulieres de Aſenheim quarum ſunt nomina *Metildis & Leuba aliquan-*

tule libertatis, pro remedio animarum ſuarum beate Marie in Formbach, ſeſe fideliter obtulerunt ad quinque nummos Teſtes *Eberhardus Textor*, *Meingotus de Haigrarn*, *Chunradus de Aſenheim*, *Dietricus de Poubing*, *Chounradus Cenſor*, & alii quam plures.

Preſentibus, & futuris intimamus qualiter *Mains*, & Uxor eius de *Anteſenhoven* pro remedio animarum ſuarum quoddam mancipium proprietatis ſue nomine *Ekkeriçum* ad cenſum quinque nummorum annuatim ſolvendum Fornbacenſe loco contradidit, & h. ſ. t. maius ipſe delegator *Manigoldus frater eius &c.*

Hec ſunt mancipia illa de Reuripe, que videlicet filii *Algerii de Nenmburch* pro remedio anime ſue loco Formbacenſi contulerunt, filii inquam *Oulricus miles Alkerus frater eius & Meingotus*, & hec nomina mancipiorum ad cenſum quinque numinorum, *Eppo & Uxor eius &c.* Teſtes *Ulricus & fratres eius Alchun Meingoz, Ortolf Nopiler*, *Heinrich Waldeker. Wernhart Prambacher*, *Ortolf de Ruithaim*, *Ortolf Mezenbacer*, *Chunrad de Porce*, *Oulricus de Witrun*, *Herman de Oſharm*, *Chunrad de Utinhœim.*

Preſenribus, & futuris notificamus quod quedam mulieres Mathildis, & Chunigundis de Sincing delegaverunt ſe per manum cuiusdam *Dietrici* nobilis viri de *Sunigarteſreut* libera manu ad cenſum quinque denariorum altario ſancte Marie in Formbach annuatim perſolvendos. S. h. t. *Chunradus Camerarius. Rachwinus, & Albero de Lauenbach, Wipoto & Engilſcalcus frater eius de Wetroven, Dietricus de Pubing.*

Num. CL. circa An. 1170.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam *Roudigerus* nomine de *Haigraren* delegavit quemdam Hermannum nomine propria manu altario S. Marie ad quinque denarios annuatim

tim perſolvendos ſub his teſtibus, *Oulricus Heinricus fratres eiusdem Rudigeri, Chounradus de Aſinhaim, & Elſal & Engilſcalcus frater eius de Haigraren, Wintherus Dietricus*, & alii quam plures.

Innoteſcat tam preſenti etati quam future, quod quidam nobilis vir *Ortwicus* nomine *de Eicenſtorf* delegavit filiam ſuam Alhedem libera manu ad cenſum quinque denariorum annuatim perſolvendum, altario ſancte Marie in Fornbach ſub his teſtibus, *Walchum Hermannus de Wege, Oulricus de Itinhaim.*

Preſentibus, & futuris notificamus, quod quidam miles *Heinricus de Aichperg* nomine delegavit duos viros *Heinricum & Dietricum &c.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam miniſterialis Comitis *Rapotonis* nomine *Leupoldus* delegavit quemdam Gerbotonem propria manu altario S. Marie ad quinque denarios annuatim perſolvendos.

Innoteſcat tam preſenti, quam future etati quod quidam *Heinricus de Rechpoching* ob remedium anime ſue tradidit altario ſancte Marie feminam quamdam Mechtilt ad cenſum quinque nummorum annuatim perſolvendum ſub his teſtibus *Dietricus de Sungarteſreut, Arnoldus de Oſtholz. Heinricus de Grauendorf, Dietricus de Vihtenſtain, Wergandus de Rizhling, Dietricus de Puhing &c.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quedam mulier de Niderhoven liberam agens vitam, nomine *Luitkarde* delegavit ſe altario ſancte Marie in Fornbach ad quinque nummos annuatim perſolvendos, & ſ. h. t. *Eberwinus Pater eius, Walitherus de Gazouve, Engilſcalcus de Wollode, Pernhardus Eberwinus de Chadelingen &c.*

Num. CLI. circa An. 1170.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quedam mulier *Cometiſſe de Megling*, *Chounigundis* nomine *de Specenpach* ſemetipſam ab ea redimens LX. denariis maxime pro Chriſti nomine ea conditione, ut ſe delegaret ſuper aram ſancte Marie in Formbach; que completa ſunt ſub nuntio ipſius Cometiſſe Elimano nomine *Routpertus*, *Dietmarus Rodigerus*, & alii quam plures.

Notum eſt omnibus Chriſti fidelibus, quod quedam Alheit de Rurippe filium ſuum Heinricum redimens a *Chunrado de Hoube*, ac a muliere ſua Wericila per manum nobilis viri *Eigilonis de Hungirperg*, delegavit eundem Heinricum ſancte Marie in Fornbach, ad cenſum quinque nummorum, cum omni poſteritate ſub Teſtibus idem *Heinricus*, *Ulricus Pernhardus Hermannus Wernhardus*.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam *Oulricus de Ezenbach* tradidit ſancte Marie in Formbach Hillkarden, cum duabus filiabus eius ad cenſum quinque denariorum annuatim perſolvendum, h. ſ. t. ipſe *Dominus Ulricus Wicpoto de Teufinpach*, &c.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quedam *Alheidis de Wenge* liberam agens vitam delegavit ſe per manum nobilis viri *Heinrici de Griz* ad altare ſancte Marie in Formbach ſub his teſtibus *Roudgerus & Chunradus de Grizbach*, *Rapoto de Heigraren*, & *Heinricus de Eholvingen*, *Heinricus Chunradus & Pernhardus de Heigrarem*.

Memorie, tam preſenti, quam future commendamus elati, quod quedam nobilis Matrona *de Neubur: Dietmut* nomine, annuentibus duobus filiis ſuis, *Reinoldo* videlicet, & *Oulrico* ob remedium anime conſortis ſui delegavit altario ſancte Marie feminam quamdam nomine *Alheit* ad cenſum quinque nummorum annuatim perſolvendum.

Num.

Num. CLII. circa An. 1170.

Chriſticolis cunctis celeſti dogmate functis innoteſcimus, quod quedam mulier *Leukard* nomine *de Chindeheim aliquantule libertatis* delegavit ſe ipſam altario ſancte Marie in Formbach, ad cenſum quinque nummorum annuatim perſolvendum.

Cunctorum noticie innoteſcimus, quod quedam mulier *Alheid* nomine *liberam agens vitam*, cum omni poſteritate ſua, delegavit ſe altario ſancte Marie in Formbach ad cenſum quinque nummorum annuatim perſolvendum, ſub his teſtibus. *Chunradus Pater ipſius, Chunradus de Nemore, Chunradus Planch, Oulſcalcus de Neuburc, Hermannus de Puchtobel.*

Preſentibus & futuris innoteſcimus, quod quedam ancilla a domina ſua libera dimiſſa, delegavit altario ſancte Marie filium ſuum *Wernhardum* nomine, cum omni poſteritate ſua, ad cenſum quinque nummorum annuatim perſolvendum.

Univerſitati fidelium pleniter inſinuamus, quod quidam *Heinricus de Grizpach*, delegavit altario ſancte Marie in Formbach duo mancipia ſua, Chunradum Heinricum ad cenſum quinque nummorum annuatim perſolvendum, ſub his teſtibus. *Heinricus de Eichperg, Heinricus de Wizzenbach, Oulricus preco, Eberwinus de Theheſenperg.*

Intimamus generationi omni que ventura eſt, quod quidam *Chunradus & filius eius Heinricus de Adelnperg* ob remedium anime ſue delegavit altario ſancte Marie in Formbach tria mancipia ſua, cum omni poſteritate ſua, ad cenſum quinque nummorum annuatim perſolvendum, ſub his teſtibus, *Oulricus de Einberch, Ortolfus de Oufheim, Meinhardus de Sterchenperg.*

Num. CLIII. circa An. 1170.

Universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris innotescimus, quod quidam miles *de Aschaka* Pilgrimus nomine tam ab Abbate Ortolfo, quam a conventus sui collegio, precum & pecunie sue interventu obtinuit, ut filiam suam Alheidam nomine, que Ecclesie nostre quinque denariorum censualis erat, ab ipso iure, quo nobis tenebatur, absolutam, & immunem iudicaret: quapropter prefatus Pilgrimus ratione concambii hoc est pro memorata filia sua, duo mancipia, unam videlicet mulierem Pertham nomine, & filium eius Heribordum nobis eodem iure hoc est ad quinque denariorum solutionem cum omni posteritate sua manu potestativa contradidit sub his testibus ipsemet *Pilgrimus, qui eos delegavit & filius eius Wernhardus & Engilbertus, qui uxorem duxerat prefatam Alheit.*

Presenti & future etati innotescimus, quod quedam nobilis matrona *Mechtildis* nomine *de Hussenau* cum duobus fratribus suis *Walehuno* videlicet & *Chunrado* delegaverunt altario sancte Marie in Formbach ad censum quinque denariorum ancillam suam *Irmgart* nomine cum omni posteritate sua.

Quedam nobilis femina *Mechtilt* trans Enum liberam agens vitam delegavit se ipsam ad censum quinque denariorum altario sancte Marie in Formbach sub his testibus. *Hermannus frater ipsius Oulricus-dietricus de Neuburc, Eberwinus de Sechsenperg, Reinloch Albertus de Euzzenperg.*

Generationi omni, que ventura est innotescimus, quod quidam *Ulricus & Heinricus de Puhel*, & quedam *Pertha de Ousheim, & altera quedam nobilis Matrona de Waldekke, Alhedis* nomine, omnes liberam agentes vitam delegaverunt se ipsos altario S. Marie in Formbach ad censum quinque denariorum annuatim persolvendum.

Que-

Quedam *Willibirgis de Aiursheim* delegavit ſe ipſam altario S. Marie in Formbach ad cenſum quinque denariorum. S. h. t. *Heinricus de Roting. Heinricus Meingotus Mutarii. Heinricus de Eichperg.*

Intimamus generationi omni, que ventura eſt, quod tres femine nobiles Alheit Iudita Pertha ſe ipſas S. Marie optulerunt, ad cenſum quinque denariorum. Et h. ſ. t. *Chounradus de Aſenheim.*

Quedam nobilis Matrona *Hirmgart* nomine *de Ripa*, cum duobus filiis ſuis Alberto videlicet, & Wigoldo liberam agens vitam delegavit ſe altario S. Marie in Formbach, ad cenſum quinque denariorum. H. r. t. ſ. hii *Heinricus de Eichperg.*

Quedam *Mechtildis de Hutinpach* liberam agens vitam, delegavit ſe altario S. Marie in Formbach, ad cenſum quinque denariorum, annuatim perſolvendum, cum omni poſteritate ſua, ſub his teſtibus, *Wipoto de Walmsheim, Fridericus de Anteſenhoven, Chounradus de Eiſenheim, Wipoto de Mechin, Chounradus de Hutinpach.*

Noverint tam preſentes, quam futuri *Gebolfum de Aichperg* quandam Diemutem cum filio eius Chunrado altari S. Marie ad cenſum quinque nummorum delegaſſe. Et hoc ſub his teſtibus. *Chalocho de Aichperg, Ulrico Heinrico de Heimbach, Friderico qui ipſam adduxit.*

Tuta monialis dedit altario S. Marie Methildom de Mechin, & filium eius Chunradum ad cenſum quinque nummorum annuatim perſolvendum, Et hii t. ſ.

Num. CLIV. circa An. 1170.

Quedam nobiles Matrone *Alheidis de Grube*, & *Chunegundis de Preitenperg* liberam agentes vitam, delegaverunt ſe altario S. Marie in Formbach, ad cenſum quinque denariorum annuatim perſolven-

ſolvendum. H. r. t. ſ. *Eberwinus de Grube*, *Sigboto Oulricus de Preitenperg*, *Wickerus de Winhartesheim*, *Dietricus de Nezzenpach*, & alii.

Noverit univerſitas poſteritatis venture, quod quidam Ortolfus ex familia Formbacenſe mancipium habens nomine Heinricum quod iurc hereditario poſſederat, delegavit illud altario S. Marie in Formbach ad cenſum quinque denariorum annuatim perſolvendum, H. r. t. ſ. hii *Dietmarus Transripam*, *Ortolfus de Propugnaculo.*

Quedam femina Alheidis nomine filia cuiusdam *Engilſcalci ex Lapidibus* dicto liberam agens vitam, delegavit ſe altario S. Marie in Formbach, ad cenſum quinque denariorum, annuatim perſolvendum. Sub his teſtibus, *Pater ipſius femine E. nomine*, *Heinricus de Eichperg*, *Dietmarus Hartmoutus de Dornache*, *Arnoldus de Inechin*, *Reinpertus de Rentwinſowe*, *Siboto de Nidernperg*, *Albero de Apſmul.*

Quedam nobilis Matrona *Hiltigunt* nomine *de Geizperg*, liberam agens vitam delegavit ſe altario S. Marie in Fornbach, ad cenſum quinque denariorum, annuatim perſolvendum, C. r. t. ſ. *Albero de Inting*, *Arnoldus de Grube*, *Pernhardus Albero*, *Roudegrus de Urſpach*, & alii quam plures.

Noſcat poſteritas, que futura eſt, quod Dominus *Ulricus de Locheim* delegavit quoddam mancipium ſuum, Hedwic nomine per manum cuiusdam viri proprietatis ſue Wilhelmi, ad cenſum quinque denariorum ad altare S. Marie in Formbach, cum omni poſteritate ſua annuatim perſolvendum.

Noverint poſteri, qui naſcituri ſunt, quod quedam femina *de Houernrout* Alheid nomine liberam agens vitam, delegavit ſe cum filiis ſuis & omni poſteritate ſua ad altare S. Marie in Formbach ad cenſum quinque denariorum annuatim perſolvendum. H. r. t. ſ.

hi

hi *Arnoldus*, & *Richkerus de Perzzing*, *Willehalmus de Patavia*, *Herbordus*, *Heinricus*, *Altolfus de Honernreut.*

Chriſticolis cunctis pateat, quod quedam nobilis Matrona *Hedewic* nomine *de Sechſenperg* liberam agens vitam, delegavit ſe ad altare S. Marie in Formbach, ad cenſum quinque denariorum. Teſtes *Eberwinus & frater eius Heinricus de ſupra dicto loco.*

Quedam *Methildis de Waldekke aliquantule libertatis* delegavit ſemet ipſam cum omni poſteritate ſua ad altare S. Marie in Formbach ad cenſum quinque denariorum annuatim perſolvendum, reſignante, & abdicante prius *Domino ſuo Chunrado de Herlnperg omni iurisdictione, qua tenebatur, ſibi, & filiis ſuis*, cuius delegationis iſti teſtes exiſtunt, ipſe *Chunradus qui preſens fuit de Herlnperg. Albero de Waldekke e Heinrich de Wekking, Albero de Rapholdesdorf, Outwinus filius prefate Domine Dietmarus Transrippam.*

Num. CLIV. circa An. 1175.

Preſentibus & futuris notificamus, quod quedam mulieres nomine Chounegundis & Methildis de Sincing liberam agentes vitam, delegaverunt ſe per manum cniusdam nobilis viri *Dietrici* nomine *de Sungartesreut* libera manu ad altare S. Marie in Formbach ad cenſum quinque denariorum cum omni poſteritate ſua annuatim perſolvendum, Teſtes *Rachwinus & Albero de Lauenpach, Wicpoto & frater eius Engilſcalcus de Witroun, Dietricus de Pubing.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam *Roudgerus de Haigraren* delegavit quendam Hermannum proprietatis ſue ad altare S. Marie in Formbach ad cenſum quinque denariorum, *Ulricus Heinricus fratres eiusdem Rudgeri, Chunradus de Eſenheim, & Engilſcalcus frater eius de Heigraren, Walcounus Hermannus de Wege, Oulricus de Hutenheim.*

Num. CLV. circa An. 1170.

Memorie tam preſentium, quam futurorum plena fide transmittimus, quod Dominus Chunradus Salzburgenſis eccleſie Epiſcopus acceptis a Domino Ortolfo Formbacenſe Abbate quindecim talentis tradidit ad cenſum annuatim ſolvendum videlicet quinque denariorum predicto cenobio mancipia quedam, cum omni poſteritate ipſorum. Erant preterea IV homines predicte Eccleſie Formbacenſis in ſervicio Epiſcopi ex longo tempore conſtituti: & tanto minus nobis cogniti, quanto & a ſervicio noſtro alieni, quos idem Epiſcopus conſentiente Abbate & omni congregatione retinuit, ut in predictorum mancipiorum traditione eſſet denotior. Huius concambii ſeu traditionis iſti Teſtes ſunt *Swikerus de Suhten Notarius, Meingotus & frater eius Sigboto de Surberch, Chuno de Werfen, Leupoldus de Walde, Hartwicus & frater eius Wernhardus de Hage, Geroldus de Anteſenhoven.*

Quedam Chunegunda de Sechſenberg delegavit ſeipſam altario ſancte Marie in Formbach ad cenſum quinque denariorum ſub his teſtibus *de Sechſenperg Eberwinus, & frater eius Heinricus, Wergandus de Ruzenperg, Eberwinus de Hucing, Eberwinus de Elinahe.*

Noverit diſcretio preſentium & futurorum quod quedam Alheidis cum fratre ſuo Marchuardo a parentibus ſuis cenſuales ſunt Eccleſie Formbacenſi preſertim cum avia & mater ipſorum Adela de Scaltaren eidem Eccleſie cenſum ſolverunt pridem, & iſti ſubſcripti atteſtantur. *Heinricus Camerarius Chunradus de Meching, Ulricus de Pergaren, Dietricus de Eholving.* Et alii.

Quedam Gertrud de Haigraren delegavit ſe ad altare ſancte Marie in Formbach ad cenſum quinque nummorum cuius delegationis iſti ſunt Teſtes *Lenzo Wintherus, Chunradus de Walchen, Engilſcalcus de Pholſu, Waltherus Chunradus de Rintal.*

Qui-

Quidam *Arnoldus de Sconowe* delegavit mancipium ſuum *Gerbirc* nomine cum omni poſteritate ſua ad altare ſancte Marie in Formbach ad cenſum quinque denariorum annuatum perſolvendum: idem *Arnoldus*, & *Filius eius*, quoddam mancipium ſuum *Gerhardum* nomine de ſupradicto loco ad cenſum quinque denariorum, cuius rei Teſtes ſunt ipſe delegator *Fridericus & Heinricus de Anteſen*, *Geroldus Perhtoldus Ekkehardus de Eholving*, *Gerhardus de Preitenberg*, *Pilgrimus de ſancto Georgio Manſionarius.*

Duo intimi fratres *Chunradus & Ortolfus* & Soror eorum *Alheidis de Haigraren* delegaverunt poteſtativis manibus proprium famulum *Dietmarum* nomine *de Haigraren* Formbacenſi Eccleſie perpetue Virginis Marie pro remedio ſuorum parentum iure perpetuo cum omni ſua poſteritate ad cenſum annuatim quinque nummorum perſolvendum & hoc ratum ſub his teſtibus, *Eberwinus de Pigraren*, *Geroldus*, *Alpret*, *Waltherus in Ebolvinge.*

Noverint poſteri, quod quedam touta filia Mehthildis de Patavia cum filia ſua Williburga & omni poſteritate attinet Eccleſie Formbacenſi ad cenſum quinque denariorum. *Heinricus de Tobel*, *Fridericus*, & *Heinricus de Anteſen*, *Siboto de Preitenperge*, *Albertus de Formbach.*

Cultores Chriſti Ieſu noverint, quod quidam *Pilgrimus de Rantolfinge* delegavit proprium famulum nomine *Eberhom* ad cenſum quinque denariorum, annuatim perſolvendum, altari ſancte Marie, in Formbach, h. r. t. ſ. *Chunradus de Tobele*, *Mengoldus de Prauſtorf*, *Heinricus ibidem*, *Arnoldus filius predicti Meingoti*, *Arnoldus & Conradus de Sungartsriout.*

Quidam *Fridericus de Tobelhaim* annuente filio ſuo *Friderico* delegavit quandam ancillam nomine *Chunigund* ſuper altare ſancte

Marie ad cenſum quinque denariorum, h. r. t. ſ. *Ortolfus de Wer. Albertus Luipoldus de Pergarn, Hermannus de Walmshaim & ceteri.*

Preſenti, & future etati notum facimus, quod mulier quedam nomine *Perta* ſe liberam delegavit altari ſancte Marie in Formcach, ad cenſum quinque denariorum: antea enim ancilla erat dominorum de Waldekk, qui libertati eam condonarunt in Eccleſia Reinpach, Teſtes ſunt *Arnoldus de Touſchirchen, Conradus de Touſchirchen, Conradus de Reinpach.*

Notum ſit preſentibus & futuris, quod quedam femina *Chunigundis de Roſpach ex patre & matre libera* delegavit ſe altario ſancte Marie in Formbach ad cenſum quinque denariorum nummorum in die purificationis ſancte Marie cum aſſenſu filii ſui *Ekehardi*, & h. ſ. t. *Siboto de Hecelshoven, Eberwinus de Pramerdorf.*

Quidam *Hainricus ex noſtra familia, ex matre liber*, delegavit ſe altario ſancte Marie in Formbach, ad cenſum quinque denariorum annuatim perſolvendum, H. ſ. t. *Richardus Camerarius, Gerhardus de Prounſperge, & Otto de Prounſperge*, & ceteri quam plures.

Num. CLVII. circa An. 1190.

Dominus *Werinhardus de Orth*, dum recederet de vite medio ob remedium anime ſue, & pro damno, quod Formbacenſi intulit Eccleſie, ſelicem eidem Eccleſie fecit largitionem, idem vero Werinhardus in ſuo ultimo teſtamento per manum ſocii ſui domini *Ortolfi de Waldekke*, delegavit altario ſancte Marie in Formbach ſue proprietatis decem & VII. homines, cum omni eorum poſteritate, ad cenſum quinque denariorum annuatim perſolvendum, huius delegationis hii ſunt teſtes. *Dominus Ortolfus, & frater ſuus Hainricus de Waldekke, Rudgerus, & filius ſuus Gebhardus de Toumoltshaim, Ortolfus de Propugnaculo, Richardus Camerarius.*

Que-

Quedam *Ancilla* Agnes nomine delegavit ſe ob remedium anime ſue altario ſancte Marie in Formbach, cum omni poſteritate ſua ad cenſum quinque nummorum annuatim perſolvendum.

Cunctis Chriſti fidelibus pateat, quod quedam puella Elspedis, delegata eſt altario ſancte Marie in Formbach, dum *propria eſſet filia* Eccleſie per petitionem a proprietate ſe redimens ad cenſum quinque nummorum annuatim perſolvendum.

Num. CLVIII. circa An. 1220.

Notum ſit omnibus Chriſti cultoribus, quod *Ulricus de Chinhaim* delegavit filiam ſuam *Elizabet* altario ſancte Marie in Formbach ad cenſum quinque nummorum annuatim perſolvendum, S. h. t. *Chunradus de Gepping*, *Chunradus de Wiſaim*, *Ulricus de Chinhaim*, *Sighart ibidem Eberwinus de Chretinperch*, *Rudigerus de Omelriching*, *Eberwinus de Huzinſi.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod dominus *Reinoldus Prebaſelarius* cum conſenſu coniugis ſue & filiorum, altario ſancte Marie in Formbach *Hainricum de Mitiche* unacum filia ſua in remedium anime ſue ad cenſum quinque denariorum delegavit. Ipſe vero Heinricus huic delegationi contradicens, ut dominus *Reinoldus* libentius cederet proprietate, ſex ſolidos perſolvit.

Num. CLIX. An. 1260.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod dominus *Offo* cuſtos Eccleſie ſancte Marie in Formbach conſentiente toto capitulo eiusdem Eccleſie mulierem quamdam nomine *Diemudem*, que cenſualis fuit Eccleſie ſue, altari ſancti Michahelis Eccleſie Richerſpergenſis delegavit ad eundem cenſum, quem in Formbach huc uſque annis ſingulis ſolvit, cenſum ſcilicet quinque denario-

rum perpetuo perſolvendum. Propterea, quod dominus *Gundaharus* venerabilis prepoſitus Richerſpergenſis Eccleſie memorate, mulierem dictam *Wilbirgem* cenſualem Eccleſie ſue in commutatione prefate mulieris ad eundem cenſum quinque videlicet denariorum capitulo ſuo favente Formbacenſi Eccleſie delegavit.

Num. CLX. circa An. 1270.

Notum ſit univerſis Chriſti fidelibus, quod Geuta uxor Heinrici de Huntling redemit ſe apud *Pernhardum & Heinricum fratres dominos de Rotauve*, & ſe Eccleſie beate Marie in Formbach ad cenſum quinque denariorum obligavit, C. t. t. ſ. *Otto Abbas eiusdem Eccleſie, Offo Prior.*

Num. CLXI. An. 1289.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod dominus *Rudigerus* ſacerdos & plebanus in Reurip ſuam filiam nomine *Margaretam uxorem Fridirici de Hecelſhoven*, altari ſancte Marie in Formbach ad cenſum quinque denariorum perpetuo delegavit, quam idem dominus *Rudigerus* de manibus quorumdam clientium, qui dicuntur *Weidinger*, quorum erat propria, cum ſua pecunia libere dignoſcitur redemiſſe, C. r. t. ſ. *Dominus Ahraham Plebanus de Peurbach, Ulricus de Weiden*, & alii fide digni. Acta ſunt hec tempore venerabilis Abbatis domini *Heinrici* anno Dom. MCCLXXXIX.

EXPLICIT FELICITER CODEX TRADITIONUM, ET CAPITE CENSUM ECCLESIE S. MARIE IN FORMBACH.

Diplo-

DIPLOMATARIUM MISCELLUM.

Num. I. Privilegium Ulrici Epiſcopi Patavienſis de Ann. 1114.

Notum ſit cunctis Eccleſie filiis, qualiter ego Udalricus Patavienſis Epiſcopus pro amore Dei, & petitione venerabilis Abbatis Formbacenſis fratrumque inibi domino militantium decerno, & epiſcopali panno confirmo, ut Eccleſia eorum in honorem S. Martini conſtructa Parochia ſit plebis que in illo novali, quod inter Enum & Formbacenſem fluvium eſt, habitat, & cuncta eccleſiaſtica beneficia, ſcilicet baptiſmi, & ſepulture omniumque ſpiritualium percepto rerum eidem populo tam ab eodem Abbate Bernthone, quam a ſucceſſoribus eius legitime impendatur, nullusque alius parochianus aliquid ibi diſponere preſumat, & ut hec noſtra conceſſio inconvulſa & perpetim firma permaneat, eam his litteris ſigillo noſtro bullatis conſtabilimus, & corroboramus.

Num. II. Pro decima inter Oenum & rivum Formbach Anno 1122.

In nomine S. & individue Trinitatis ego Reginmarus Patavienſis Epiſcopus cunctis fidelibus notifico concambium, quod inter Canonicos ſancti Stephani & Formbacenſem Abbatem Birentonem factum eſt, quod ut poſterorum noticie liquido clareſcat, ſigilli noſtri teſtimonio confirmamus. Predictus namque Abbas per manum Advocati ſui *Comitis Herimani*, dedit Eccleſie Patavienſi duos

manſus

manſus apud Sulzpach pro decimatione, que eſt inter fluvium Enum, & rivum Formbach & vallem quamdam ſuperius terminalem, quam cum dimidia Huoba ad Walmesheim per manum Advocati noſtri *Udalrici* in mutua viciſſitudine ei dedimus. Huius rei ſunt Teſtes, *Regingerus de Tumolcesheim, Regingerus & Berhardus Filius eius. Iſinrich de Amendorf, Engilram de Merremos, Walchun de Muleheim, Walthere de Suſtrize, Walthere de Longenouwe, Weinhard de Haganouwe, Perchdolt de Heidendorf.* Preterea concedo, & Epiſcopali Banno confirmo, ut Eccleſia ſancti Martini in eodem Formbacenſi loco ſita, parochia ſit plebis, que in preſcripta terminatione habitat, & Baptiſmum atque ſepulturam cunctaque Eccleſiaſtica Sacramenta a prenominato Abbate Werintone & omnibus eius ſucceſſoribus percipiat, nullusque alius parochianus, quidquam diſponere preſumat. Si quis autem eidem Monaſterio aliquam violentiam in hac conceſſione noſtra inferre preſumpſerit a Deo ſe damnandum & noſtro Banno conſtrictum ſcat, donec eidem Eccleſie digne ſatisfaciat. Anno Dominice incarnationis MCXXII factum eſt hoc concambium in Caſtello Willeheringen, *& eodem anno defunctus eſt Comes Herimanus Advocatus noſter.*

Num. III. Privilegium Lotharii II. Imp. Anno 1136.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis, Lotharius divina favente clementia tertius Romanorum Imperator Auguſtus. Cum defenſionis noſtre ſollicitudo circa omnes Eccleſias, & Chriſti pauperes invigilare debeat, familiarius tamen eas Eccleſias & clauſtra fovere & manu tenere debemus, que a PARENTIBUS NOSTRIS *fundata* ſunt, in quibus quotidie noſtri, & ipſorum apud Deum memoria fit. Proinde tam futurorum, quam preſentium ſagax noverit induſtria, qualiter nos ob remedium anime noſtre, & conſortis noſtre *Richnice Imperatricis*, Abbatiam Formbacenſem cum omnibus pertinentiis ſuis in noſtram ſuſcepimus tuitionem,

nem, & defenſionem. Quam toto devotionis noſtre affectu amplectentes, ſicut libera inſtituta eſt a Comitibus pie memorie *Ekeberto & Cognato ſuo Udalrico*, ita libertatis ipſius privilegia noſtra imperiali auctoritate confirmamus. Ea videlicet lege, & tenore, ut ab omni mortalium ſervicio & exactione immunis, ſoli matri noſtre Romanæ Eccleſie ſuum famulatum recognoſcat, & ſingulis annis unius aurei debitum exhibeat. Abbas etiam ipſius per ſucceſſiones a fratribus ipſius regulariter & libere electus non aliter niſi baculo de ipſo altari accepto inveſtiatur; ſimiliter & Advocatus de predictorum genere Comitum magis ydoneus comuni arbitrio & electione fratrum conſtituatur. Inter cetera autem eidem Eccleſie confirmamus mercatum in Neuwenkirchen cum moneta & omni utilitate, que inde provenire poterit, & preterea non minus confirmamus quidquid iuris habere debet ex donatione predictorum Comitum *Ekeberti*, *Udalrici* nec non *Hermani* fratris ipſius: ſpecialiter *ligna*, paſtus, edificia & quecunque *adiacentis foreſtie* utenſilia. Sub noſtre itaque confirmationis auctoritate conprehendentes, tam ea que in preſenti habet quam que habitura eſt eadem Eccleſia: precipiendo iubemus, ut nullus Dux, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Marchio, Comes, Vice-Comes, nulla denique magna parvave perſona in hiis conceſſis eam inquietare, moleſtare, diveſtire preſumat. Si quis vero contra hoc, quod non credimus, ire preſumpſerit, XL libras auri medietatem Camere noſtre & medietatem predicte componat Eccleſie. Quod ut verius credatur, & ab omnibus diligentius cuſtodiatur preſentis decreti paginam Sigilli noſtri inpreſſione inſigniri iuſſimus. Huius autem confirmationis Teſtes adhibuimus: Archiepiſcopos, *Adalbertum Maguntinum, Conradum Salzburgenſem, & Chunradum Magodepurgenſen. Epiſcopos Wirzeburgenſem Embriconem, Halverſtatenſem Rudolfum, Magengotum Merſiburgenſem, Godeboldum Miſnenſem, Wernhardum Hildenhenſem. Marchiones Chonra-*

dum, *Adalbertum*: *Palatinos Fridericum*, Ottonem *cum ceteris maioribus & minoribus.* Datum anno Dominice Incarnat. MCXXXVI. Indict. XIIII pridie ydus Maii anno vero Regni Regis Lotharii X. Imperii III. datum Merſeburg in Chriſti nomine feliciter.

Num. IV. Bulla confirmationis Innocentii II. P. M. Anno 1139.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio *Dietrico* Abbati formbacenſis Eccleſie eiusque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Pia poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri, quatenus & fidelis devotio laudabiliter eniteſcat & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſummat. Hoc nimirum intuitu, dilecte in domino fili *Dietrice* Abbas tuis petitionibus clementer annuimus, & formbacenſem Eccleſiam a comitibus bone memorie, *Eckeberto & Udalrico* cognato ſuo liberam inſtitutam; cui Deo auctore preeſſe dinoſceris; ſub apoſtolice ſedis tutela & protectione ſuſcipimus & libertatis privilegia ſibi collata, auctoritate apoſtolica confirmantes, ut ipſa ab omni mortalium ſervicio exiſtat libera & ſolummodo Pontifici romano ſubiaceat; preſentis ſcripti pagina conſtituimus. Statuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones quecunque bona eadem Eccleſia in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium ſeu aliis iuſtis modis Deo propicio poterit adipiſci firma tibi, tuisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis nominibus duximus exprimenda. Parochiam videlicet & forum in Neunkirchen, cum decimis ſuis: Eccleſiam in Butten cum decimis; Eccleſiam in Anteſin cum decimis, Eccleſiam in Echolfingen cum decimis; *Mercatum quoque in Neunchirchen cum moneta & omni utilitate*, que inde poterit provenire, quidque etiam iuris eadem Eccleſia ex devotione predictorum Comitum *Eckebeti*,

ti, & Udalrici nec non Hermani fratris eius habere debet, ſpecialiter ligna, paſtum, edificia & quecunque adiacentis foreſtie utenſilia vobis nihilominus confirmamus. Porro conſecrationes altarium vel baſilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ſacros ordines erunt promovendi a Patavienſe Epiſcopo ſuſcipiantur; ſi tamen katholicus fuerit, & gratiam atque communionem apoſtolice ſedis habuerit, eaque vobis ſine pravitate & exactione exhibere voluerit: alioquin liceat vobis katholicum quemcunque malueritis adire antiſtitem, qui noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatis, indulgeat. Obeunte te nunc eiusdem loci Abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſive violentia preponatur, niſi quem fratres ipſius loci communi aſſenſu aut fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum dei timorem & beati Benedicti regulam ſibi elegerint. *Electus autem non aliter niſi baculo de altari accepto inveſtiatur: ſimili quoque modo advocatus de genere predictorum Comitum* magis idoneus communi fratrum arbitrio & electione conſtituatnr: qui etiam, ſi inutilis aparuerit eundem amovendi & loco eius alium eligendi habeatis facultatem. Ad indicium autem huius percepte a romana Eccleſia libertatis, nobis noſtrisque ſucceſſoribus unum biſancium ſingulis annis cenſus nomine perſolvetis. Nulli ergo hominum liceat prefatum noſtrum monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones aufferre vel ablatas retinere, minuere ſeu quibuslibet moleſtiis fatigare; ſed omnia integre conſerventur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis pro futura. Si qua ſane impoſterum eccleſiaſtica ſecularisve perſona huius noſtre conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove conmonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisque ſui periculum paciatur, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dom. noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat; atque in extremo examine diſtricte ſubiaceat ultioni.

Conſervantes autem hec, omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius gratiam conſequantur, amen. Datum Laterani per manum Almerici ſancte romane Eccleſie Diaconi Cardinalis & Cancellarii IV. Kal. Aprilis Indictione II. Incarnationis Dominice anno MCXXXIX. Pontificatus Domini Innocentii Pape II. anno decimo.

Num. V. Forum & moneta in Neuenkirchen. An. 1141.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Chunradus divina faventе Clementia, Romanorum Rex ſecundus. Equitas iuſtitie, & Regni authoritas nos admonent, omnium quidem utilitati proſpicere, maxime vero *conſanguineorum noſtrorum*, & petitiones eorum modis omnibus promovere,& adiuvare. Ea propter *precibus dilecti conſanguinei noſtri Ekkeberti Comitis* annuimus & in quadam villa ſua Neunchirchen nuncupata, forum, & monetam illi conceſſimus, & regali ſcripto & authoritate confirmamus. Quicunque enim hoc ſtatutum noſtre ceſſionis violare preſumpſerit, triginta libras auri puriſſimi componat, quarum partem dimidiam camere noſtre, reliquam vero prefato E. ſuisque heredibus perſolvat. Ut autem hec noſtra conceſſio firma, & inconvulſa permaneat, hanc cartam inde ſcribi & ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus muniri, & teſtes qui preſentes aderant ſubnotari fecimus, quorum nomina hec ſunt, *Heinricus Ratisponenſis Epiſcopus*, *Otto Friſingenſis Epiſcopus*, *Embricho Wirzburgenſis*, *Reimbertus Patavienſis Epiſcopus*, *Leupoldus Dux Bavarie*, *Fridericus Advocatus*, *Gevehardus Comes de Sulzbach*, *Wernhardus Comes de Lovenhuſe*, *Heinricus Marſchalcus*, *Conradus de Aica*, Signum Domini Conradi Romanorum Regis ſecundi. Ego Arnoldus Cancellarius vice Alberti Maguntini Archicancellarii recognovi. Anno D. I. MCXLI. Indict. IV. regnante Conrado Rom. Reg. II. anno regni eiusd. III. Data Ratispone in Chriſto feliciter Amen.

Num.

Num. VI. Pro decimis in Glokniz & Neuenkirchen. Anno 1146.

In nomine S. & individue Trinitatis. Ego Chunradus S. Salzburgenſis Eccleſie Dei gratia Archiepiſcopus. Quoniam cum pacificis filii Dei vocari cupimus & ad participationem beatitudinis pauperum ſpiritum anhelamus, univerſitati fidelium tam preſentium quam futurorum notificamus: Qualiter controverſiam inter nos & Formbacenſe cenobium decidimus. Hoc quippe cenobium, fundatum a *Comite Ekkeberto de Putn*, donatione eius decimas ad noſtram diſpenſationem pertinentes diu detinuit. Nos autem iuſtitie inniti cupientes, & Eccleſie noſtre ius ſuum requirentes; frequenter inde cum venerabili Abbate Wirendone privatim & publice egimus. Tandemque accepta oportunitate, ad hoc negotium noſtrum proceſſit, quod nobis congregatio illa cum Abbate ſuo totam decimationem reſignavit. Hoc ſancto conſilio fratrum noſtrorum inſtantiaque Abbatis, & pia conſideratione religioſorum fratrum inibi Deo ſervientium inducti, portiones decime noſtre, illorum ſcilicet *antiquorum allodiorum Comitis Ekkeberti*, in Parochia Niuenkirchen in uſus fratrum illorum monachorum contulimus, & ne Eccleſia noſtra in hac diſpenſatione nimium pateretur diſpendium, ab eis per manum cuiusdam nobilis viri *Hugonis de Pfalſaue* ſex manſus in concambium recepimus: e quibus quatuor ſunt in loco qui dicitur *Vihus* & dimidius apud Granbenberge cum curte ad Viteſinhoven & tribus mancipiis, & molendino. Quia vero predictum monaſterium extra noſtram Parochiam ſitum, iuris erat alieni; neque nos decimas Eccleſie noſtre potuimus aut debuimus alienare, alienatione perpetua ſacris canonibus interdicta: Ipſe noſtri iuris decime pertineant ad Monachorum Formbacenſium antiquam cellam in Parochia noſtra ſitam, in loco Glokniz dicto, qui regitur a Formbacenſi Abbate fratrum

curam de noſtra conceſſione habente, & in poſterum a noſtris ſucceſſoribus canonico ſuſcepturo. Defuncto autem Abbate prefato ſucceſſit ei Abbas Dietricus, qui non minori ſolicitudine cupiens locum ſuum augmentare, ſtuduit factam traditionem renovare, itaque priora confirmans, ſex vineas per manum *Wernhardi de Iullbach* apud Wernelach ſitas ibidemque manſum unum Eccleſie noſtre perpetuo delegavit, cui etiam ſicut anteceſſori eius affectum karitatis impendendo eique contulimus, confirmavimus, *& in conventu Epiſcoporum apud Pataviam in feſto S. Martini*, in quibusdam adauximus. Siquidem aſſignavimus ei decimationem duarum Eccleſiarum Niuwenkirchen, & Glockniz usque Chlamme; excepta canonica plebani portione, addidimusque ei decimationem ſilve queſite, & inquirende inter duo flumina labentes, maiorem & minorem Lontibiz: excepta rurſum tertia parte ad ius Parochiani pertinente. Et ne iſta traditio antiquitate vel negligentia oblivionis diſpereat, preſentem inde paginam conſcribi fecimus, & impreſſione ſigilli noſtri, ſub invocatione Patris & Filii, & Spiritus ſancti, in perpetuum coroboramus, & indiſſullam eſſe volumus, teſtesque ſubſcribimus *Engelbertus Comes Hallenſis, Paldmarus & frater eius Diethericus de Halſe, Wernhardus de Iullbach & filius eius Henricus, Gerlohus de Erbingen, Fridericus de Moſpach, Woigandus de Hohenkirchen, Anelbertus de Eigelingen, Lutwinus Caſtellanus de Salzburg, Eckolfus de Warte, Eberanus de Sauerſteten*, & alii quam plures. Actum Patavie anno ab Incarnat. Dom. MCXLVI. Indict. IX. III. Idus Novembris, anno ſecundo Domini Eugeni ſecundi, Regis Romani Cunradi tertio, Domini Chonradi Salzburgenſis Archiepiſcopi XLI. datum Frieſaci XIII. Kal. Ianuarii per manum Ruperti Notarii.

Num. VII. Donatio Eccleſiæ in Munichwald. An. 1163.

In nomine ſancte & individue Trinitatis Eberhardus Dei gratia S. Salzburgenſis Eccleſie Archiepiſcopus devoto fratri Bernhardo

hardo Abbati in Formbach eiusque fratribus & ſucceſſoribus in perpetuum. Tuis dilecte frater Abbas, nec non fratrum tuorum piis deſideriis annuentes Eccleſiam beati Petri in ſilva, que dicitur Munichwald locatam, & a nobis dedicatam ordinationi tue & ſucceſſorum tuorum regendam tradimus, & committimus: hoc ſtatuentes, ut eadem Eccleſia ad executionem divini officii a ſpirituali perſona & ſacerdote, quem Abbas Formbacenſis ibi inſtituerit, regatur; ſicut a te noſtra conceſſione primitus eſt iniciatum. Concedimus etiam eidem Eccleſie beati Petri baptismum, & ſepulturam cum omni Parochiali iuſtitia: ſtatuentes, ut ipſa Mater ſit Eccleſiarum, vel Cappellarum, quecunque infra ſubſcriptos terminos poſtmodum edificate fuerint. Terminum etiam eidem Parochie ad petitionem illuſtris *Comitis Ekkeberti*, cuius idem erat predium petente ſimul illuſtri *Marchione Styrie dilecto noſtro Otagro* imponimus ſub hiis vocabulis; ubi videlicet fluvius Laneh nigra ab ortus ſui principio in Lanech Albam decurrit, & ubi ex altera parte fluvius de Alpibus decurrens, predictum fluvium influit & usque medium vicinarum Alpium extenditur. Ut autem hec noſtra traditio rata, & inconvulſa permaneat, preſentem paginam ſigillo noſtro muniri, & nomina teſtium ſubſcribi precepimus, Hugo maior Prepoſitus Salzburgenſis Ulricus Prepoſitus Chyemenſis, Gerholus Prepoſitus Richerſpergenſis, Chuno Prepoſitus Subenenſis, Albertus Prepoſitus Hovenenſis, Albero Prior, Hermannus, & Poppo Archidiaconi, *Ortlieb de Viſcha*, *Ulricus de Hartperg*, *Heinricus de Polan*, *Leutoldus de Vogaſch*, *Geroldus de Murzenhoſen plebani*, *Chuno ſenior de Werſen*, *Fridericus de Pettau*, *Heinricus de Putten*, *Henricus de Lanzenkirchen*, *Henricus de Strazhoven*, *Dietmarus ſenior de Putten*, *Chuno de Kirchau & filii eius*, *Gerhardus de Glizenveld*, *Leupoldus ſenior de Neyſpach*, *Marchardus de Meyſenberg*, *Dietricus de Potſa miniſteriales & de ipſa Parochia*, *Rudolfus*, *Pero*, *Wecil*, *Dietmarus ſenior*, *Gerhardus frater Hetilonis*, *Eppo*, *Ludigerus*, *Fridericus frater*

eius

nius Ludwinus, *Rupertus*, & alii quam plures. Acta sunt hec anno Dominice Incarnat. MCLXIII. Indict. X. XVI. Kalend. Ian. anno Pontificatus nostri XVI. in eodem loco feliciter Amen.

Num. VIII. Bulla Alexandri III. p. m. Anno 1179.

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis *Henrico* Abbati Fornbacensis Monasterii eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Officii nostri nos hortatur auctoritas pro Ecclesiarum statu satagere & earum quieti & utilitati auxiliante Domino imposterum providere; dignum namque est, & honestati conveniens esse dinoscitur, ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas a pravorum hominum nequicia tueamur & appostolice sedis ac beati Petri patrocinio muniamus. Ea propter dilecti filii in Domino vestris iustis postulationibus clementer annuimus; & prefatum Fornbacense Monasterium a bone memorie Comitibus *Ekkeberto & Udalrico* cognato suo pia liberatione fundatum & Ecclesie Romane oblatum, quod ad ius & proprietatem beati Petri nullo mediante pertinere dinoscitur ad exemplar felicis recordationis predecessoris nostri Innocentii Pape sub beati Petri, & nostra protectione suscipimus & presentis scripti privilegio communimus: statuentes, ut quascunque Possessiones, quecunque bona idem Monasterium inpresentiarum iuste, & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis procurante Domino poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipsum in quo prefatum Monasterium situm est cum omnibus pertinentiis: suis; Ecclesiam in Glokeniz, cum decimis & possessionibus iureque parochiali: Ecclesiam in Winchil: Ecclesiam in Munichwald cum possessionibus iureque parochiali; Parochiam & forum in

Neun-

Neunkirchen cum decimis & moneta & omni utilitate, que *inde* poterit provenire: Eccleſiam in Butine cum decimis; Eccleſiam Engelbrestorf cum decimis iureque parochiali; Eccleſiam ſancti Martini in Fornbach cum decimis, & poſſeſſionibus iureque parochiali: Eccleſiam in Chalfing cum decimis, & poſſeſſionibus: Eccleſiam Anteſim cum decimis iureque parochiali, & predia Grauendorf, Rorebach, Wienuurt, Radelingen; quidquid etiam iuris eadem Eccleſia ex devotione predictorum Comitum *Ekkeberti & Udalrici* nec non *Hermani* fratris eius habere debet, ſpecialiter ligna, paſtum, edificia & quecunque adiacentis foreſtie utenſilia, vobis nihilominus confirmamus. Criſma vero, Oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſeu Baſilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi, a Patavienſe ſuſcipiatis Epiſcopo; ſi quidem Katholicus fuerit, & gratiam atque communionem apoſtolice ſedis habuerit, eaque vobis ſine pravitate, & exactione aliqua exhibere voluerit; alioquin liceat vobis alium quemcunque volueritis Katholicum adire antiſtitem qui noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatis, indulgeat. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extreme voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint; niſi forte excommunicati vel interdicti ſint; nullus obſiſtat: ſalva tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum a quibus mortuorum corpora aſſummuntur. Obeunte te nunc eiusdem loci Abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia ſeu violentia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars conſilii ſaniоris ſecundum Dei timorem & beati Benedicti Regulam providerint eligendum. Electus autem non aliter niſi Baculo de altari accepto inveſtiatur. Simili quoque modo Advocatus de genere predictorum Comitum magis idoneus communi fratrum arbitrio & electione conſtituatur; qui etiam ſi inutilis apparuerit eundem amovendi, & loco eius alium eligendi li-

beram habeatis facultatem. Decernimus ergo, ut nulli omnino homini fas ſit preſatum Monaſterium temere perturbare, &c. Salva ſedis apoſtolice auctoritate & in preſcriptis Eccleſiis dioceſanorum Epiſcoporum canonica iuſtitia. Ad indicium autem huius a Romana Eccleſia percepte libertatis nobis noſtrisque ſucceſſoribus biſancium unum annis ſingulis nomine cenſus perſolvetis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſeculariſve perſona &c. Cunctis autem eidem loco iuſta ſerventibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inveniant Amen. Data Laterani per manum Alberti ſacre Romane Eccleſie Presbiteri Cardinalis, & Cancellarii IV. Kal. Aprilis, Indictione VII. Incarnationis Dominice Anno MCLXXIX. Pontificatus vero Domini Alexandri Pape III. Anno XX.

Num. IX. Privilegium Conradi Aepſi Salisburg ſuper Eccl. in Munichswald 1179.

Conradus Dei gratia Salisburgenſis Eccleſie humilis Miniſter, & Epiſcopus Sabinenſis Apoſtolice Sedis Legatus Henrico Formbacenſis Eccleſie venerabili Abbati & fratribus ibidem in Spiritu Dei congregatis ſalutem in perpetuum. Tenor noſtre vocationis, qua divina diſpenſante gratia curam & regimen Eccleſiaſticum ſuſcepimus, hoc exigit, ut piis petitionibus affectum afferamus & intuitu rationis, & iuſtitie nihilominus effectum pro poſſe utilitati & pietati famulorum Dei conſulentes impendamus; tuis ergo dilecte frater Abbas Heinrice, nec non & fratrum tuorum piis deſideriis annuentes Eccleſiam B. Petri in ſilva, que vulgo dicitur Munichwald fundatam & a venerabili anteceſſore noſtro Eberhardo Archiepiſcopo dedicatam ordinationem, tuo, & ſucceſſorum tuorum regendam tradimus, & comittimus, prout

beate

beate memorie iam dictus anteceſſor noſter predeceſſori tuo pie conceſſiſſe dignoſcitur cum deſignatione terminorum inter Rivulosbach, & Schwarzen Lanenz & Weiſſen Lanenz usque ad medium vicinarum alpium in quantum Monaſterii tui predium extenditur: ita videlicet, ut ſacerdotes illic inſtituendi tua, & ſucceſſorum tuorum electione, & petitione nobis & ſucceſſoribus noſtris inveſtiendi, ne mali exiſtant exhibeantur. Ut autem hec noſtra & predeceſſoris noſtri traditio rata, & inconvulſa permaneat Sigillo noſtro preſentem cartulam muniri precepimus, ſub teſtimonio Prelatorum & Clericorum & Laicorum Gundacari Prepoſiti Hovenſis, Ioannis Prepoſiti Garſenſis Albonis prioris Hermani & Popponis Archidiaconorum. Wolframi Geroldi, Albuini plebanorum, Hiltprandi & Gotfridi Capellanorum, fratrum quoque *noſtrorum Frideriei & Ottonis Palatinorum*, *Engotonis*, *Wegingoti*, *Rudgeri*, Wigandi. Popponis & aliorum quam plurimi. Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis. M. C. LXXIX. Indict. II. XVI. Calend. Martii Anno Pontificatus noſtri ſecundo, apud Prepoſituram Hovenſem feliciter Amen.

Ego Conradus Dei gratia Salisburgenſis Miniſter Eccleſie humilis, Epiſcopus, Sabinenſis & Apoſtolice Sedis Legatus.

Num. X. Donatio Decimar. in Steinhart, An. 1181.

Omnibus Chriſti fidelibus, ego *Perchtoldus Dux Dalmacie* perpetuam in Domino ſalutem Amen. Quoniam fratribus Domino famulantibus iugiter intereſſe, ſecularibus negotiis occupati non poſſumus; reſtat ut ipſis ſubſidio rerum temporalium pro facultate noſtra hilariter ſubveniamus. Petitione itaque dilecti Abbatis noſtri Heinrici de Formbach inducti, eisdem fratribus tam futuris, quam preſentibus ibidem Chriſto ſervientibus liberali do-

natione contradidimus decimas novalium Stainhart in predio ipſorum; quas a Domino Teobaldo Patavienſis Eccleſie Pontifice beneficiali iure poſſederam; pro remedio anime noſtre, coniugis quoque & liberorum noſtrorum perpetua ſalute parentumque meorum redemptione, & ut hec traditio noſtra prefatis fratribus rata & inconvulſa perpetuo permaneat, Sigillo noſtro hanc paginam annuente, & petente Domino noſtro Theobaldo Preſule iuſſimus inſigniri. Huius rei Teſtes ſunt *Comes Pertholdus frater prefati Epiſcopi de Perge*, *Heinricus Prepoſitus & Canonicus Patavie*, *Selpkerus Cappellanus*, ipſe Dux *Pertholdus*, *Albertus Prepoſitus*, *& Canonicus*, *Luitoldus Capellanus*, *Gebehardus de Iulpach*, *Aribo de Mitich*, *Alhkerus de Waldeche*, *item Alhkerus & Henricus filii ſupra dicti Alhkeri Gebehardus Dapifer Ducis*, *Luitoldus pincerna ipſius*, *Reginoldus & Chunradus de Nuwenburkh*, *item Chunradus*, *Ulricus de Ezzenbach*, & alii plures data Nuwenburkh V. Idus Iannuarii anno MCLXXXI. Indicione XIIII.

Num. XI. Privilegium Alberti Archiepiſcopi Salisburgenſis ſuper decima in Glocknitz, An. 1188.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, ego Albertus ſancte ſalisburgenſis Eccleſie Archiepiſcopus, apoſtolice ſedis legatus, omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum. Cum in domo ſummi Patris familias licet immeriti procuratores conſtituti cunctos ope noſtro egentes paterno, prout expedit, vultu reſpicere teneamur, venerabilia potiſſimum loca oportune quidem ordinata & donationibus Anteceſſorum noſtrorum ſuffulta charitatis viſceribus fovere ſemper & excipere compellimur. Inde eſt, quod dilecti fratris noſtri Heinrici Formbacenſis Eccleſie Abbatis & fratrum ſuorum precibus inclinati eidem monaſterio pro remedio anime noſtre portiones decimarum noſtrarum ex his vineis indulſimus,

ſimus, que plantate ſunt in agris, in quibus ex antiqua traditione domini Conradi primi pie memorie anteceſſoris noſtri decimationes frugum ſe recepiſſe teſtificantur. Verum decimationes vinearum, que ſunt in novalibus plantate, a nobis non alienamus, ſed volumus, ut annuatim ad uſus noſtros colligantur. Quod autem hanc noſtre authoritatis inſtitutionem nemo auſu temerario violare preſumat, preſentis pagine inſcriptionem ſigillo noſtro fecimus carroborari. H. r. t. ſ. *Ekkehartus prepoſitus Eccleſie ſancte Marie in Solio*, *Arnoldus vice dominus ſalisburgenſis*, *Eberhardus de Neunekirchen*, *Albertus de Petaw Plebani.* *Capellani*, *Geroldus*, *Ceſſarius*, *Albo Conradus*, *Henricus*, *Hartfridus.* *Miniſteriales*, *Henricus Caſtellanus*, *Conradus de Friſaco*, *Wolframus & frater eius Dietmarus*, *Volkmarus de Mullberk ſalisburgenſis*, *Henricus de Moteniz*, *Durinchartus*, *Ortolphus de Capella*, *Wolframus*, *Ortolfus pueri*, *Swighardus & filii eius*, *Werntrus & Otacher*, *Ludovicus de Petovia*, & alii quam plures. Acta ſunt hec feliciter apud Petoviam V. Calend. Aprilis regnante Romanorum Imperatore Friderico Auguſto, Preſidente romane ſedi Clemente ſanctiſſimo Pontifice, anno pontificatus domini Alberti XX. dominice vero incarnationis anno M. C. LXXVVIII. indictione 3.

Num. XII. Litera Dyepoldi Epiſcopi Pat. pro Eccleſia Sulspach, Ann. 1188.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Ego *Dyepoldus patavienſis Epiſcopus* omnibus Chriſti fidelibus perpetuam in domino ſalutem. Frequenter amonitione ſacrarum ſcripturarum edocemur, & quotidianis exemplis bonorum hominum inſtruimur; quatenus monaſteriis & locis Deo dicatis intuitu divine retributionis temporalium rerum adminiculo ſubveniamus, ut pauperes Chriſti terrenis curis exutos, expeditos interceſſores quotidianis precibus habere poſſimus. Quapropter dilecto & venerabili fra-

tri noſtro *Heinrico* formbacenſi Abbati & monachis ibidem Deo ſtudioſe famulantibus contradidimus iure perpetuo Parochiam Sulzbach ipſis proximam, cum omnibus ad eandem matricem Eccleſiam pertinentibus, in capellis, & earum dotibus & cenſualibus. Nomina vero capellarum ſunt hec: Ruesdorf Rateshaim, Wihenmertin Rothoven. Prefatus vero Abbas Heinricus & omnes Succeſſores eius legittime & canonice inſtituti liberam habeant facultatem ſacerdotem ſibi utilem eidem parochie preficiendi, qui populo divina faciat, & Abbatis iuſſioni ſubiaceat. Abbas vero & prefati monaſterii fratres adhibito advocato eiusdem loci *Duce Dalmacie Perchtoldo* donaverunt nobis de prediis ſuis quatuor manſus & dimidium in medio dominicalium noſtrorum Chartenperc, Luche, Ruatarn, Chinderhaim, Penningen, appretiantes annuatim tria tallenta: quorum locorum advocatiam memoratus *Dux Perchtoldus*, ſicut prius habuerat a manu noſtra, ne detrimentum pateretur in hac donatione, recepit. Statuimus quoque ex beneplacito utrorumque, tam Abbatis quam noſtro; ut Ruſtici in eisdem poſſeſſionibus locati non inmoveantur de locis ſuis, quam diu ſtare voluerint nobiſcum, cum ſint de familia predicti monaſterii. Cum autem recedere voluerint, nulla violentia teneantur, ſed uſitato iure colonorum abire ſinantur. *Poſt diſceſſum vero cuiuslibet ruſtici unus de progenie illa, licentia Abbatis, ſuccedat in locum prioris; ut & Abbati debita iuſtitia in hominibus ſuis deferatur, & poſſeſſio noſtra ſuccedente altero eiusdem generis non facile deſoletur.* Precipue vero, & ante omnia ſumopere flagitamus, ut diem obitus noſtri predicti fratres memorabiliter & devote celebrare non negligant, & quidquid uni de fratribus ſuis in clauſtro poſitis, in vigiliis, claris miſſarum celebrationibus impendere debeant, noſtre parvitati exhibere ſtudeant. Ut autem hec inſtitutio inter nos facta, rata & inconvulſa longo permaneat tempore, preſentem paginam ſigilli noſtri

ſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. Ego Dyepoldus Patav. Epiſc. Ego Purchardus de Chambe Archidiac. &c. Layci teſtes vero ſunt hii. *Albrecht, & frater eius Allram de Chambe, Walchuin & Rapot filius eius de Stagin, Chounrat de Rotte, Dietricus de Pomgarten, & frater eius Heinricus, Poto de Maſſing, Chunradus de Ammyneſpach, Hademar de Aheſcuſen, Alber de Vihoven, Kadelhous de Valkenſtain, Waltherus de Tanniperc, Richerus de Weſen. Dux Dalmatie Perchtoldus cum ſuis teſtis eſt, Alerus cum filiis ſuis, Albero & Henrico, Eberwino de Waldekh, Arbo de Mitich, Ortolfus de Runtingen.* Acta ſunt hec patavie anno ab incarnationis Domini mileſimo centeſimo LXXXVIII. indictione VIII. XIX. Kalend. Sept.

Num. XIII. Super Eccleſia Engelbertsdorf. An. 1189.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, Theobaldus Dei gratia patavienſis Eccleſie Epiſcopus univerſis Chriſti fidelibus ſalutem in perpetuum Amen. Cum pie deſiderium voluntatis, & laudande definitionis intentio pontificalibus ſtudiis ſemper ſint adiuvanda, cura ſolicitudinis eſt adhibenda, ut ea, que ad honorem Dei & ad utilitatem religioſarum domarum ſunt diſpoſita, nec diſſimulatio negligere nec aliqua habeat preſumptio perturbare; ſed ſicut homo, quod ratio exigebat, utiliter obtinuit diffiniri, ita quod ſemel bene diffinitum eſt, nulla debet retractione violari. Ea propter memorie Chriſti fidelium preſentis ſcripti paginam comendamus, qualiter ad inſtantiam & petitionem venerabilis fratris mei Heinrici, Abbatis Formbacenſis, & ſue congregationis, quidquid iuris in Eccleſia ſancti Viti Engilbretzſtorf habuimus prefato Cenobio & fratribus ibidem Deo famulantibus in ſubſidium intuitu divine Remunerationis contulimus. Ita videlicet ut iam dictus Abbas vel ſucceſſores eius de manu noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum curam animarum cum altari & aliis ad ius ſpirituale pertinentibus recipiat, & clericum in prefata Eccleſia, qui

populo

populo divina miniſtret ydoneum pro bene placito ſuo & ſicut redditurus rationem Deo & animabus eisdem, ordinet, ac inſtituat; preſertim cum in poſſeſſione eiusdem Eccleſie ſepe dictus Abbas & predeceſſores ſui quiete, & ſine preſcriptionis interruptione uſque ad tempora noſtra fuerint, nec a poſſeſſione unquam ordine iudiciario vel ſine debito ceciderunt. Ceterum ne per inſolentiam hominum ſicut ſepe fieri aſſolet, id qnod tam inconabiliter in uſu & poteſtate eorum tam longeva poſſeſſione ab ipſis eſt detentum, & a nobis poſtmodum maturiori conſilio habito confirmatum infringi Imbeat preſentis ſcripti paginam impreſſione ſigili noſtri communimus, & teſtimonio eorum; quorum nomina infra continentur, coroboramus. Henricus prepoſitus Bamburgenſis, *Purckhardus de Chambe*, *Megenhalmus plebanus patavienſis Richerus Canonicus*, *& protonotarius curie*, *Sigilochus Rapoto Capellani*, *Perichtoldus Dux Dalmacie*, *Perichtoldus Comes de Perge*, *Thiepoldus liber de Erlache*, *Chadeholdus de Valchenſtain*, *Lewtoldus de Sauerſteten*, *Ebo de Poſſmunſtuer*, *Marquardus de Mathſco*, *Wernhardus de Traſinhuſen*, *Marchſcalchus Duringus de Strivia*, *Bernoldus Burgenſis de Patavia*, *Hermanus Cellerarius*. Acta feliciter in Patavia anno ab incarnatione mileſimo centeſimo octuageſimo nono idus May.

Num. XIV. Donatio Eccleſie Neukirchen in Foreſto, Anno 1189.

In nomine ſancte & individue Trinitatis Theobaldus Dei gratia Patavienſis Epiſcopus univerſis Chriſti fidelibus ſalutem in perpetuum. Paſtoralis officii cura nos admonet ut gregem dominicum & ptecipue viros Religioſos, & eos qui in cenobiis degunt, ſincera mente diligamus & petitionibus eorum iuſtis pietatis viſcera & aures accomodemus. Hanc igitur providentiam indagine diligenti ſecuti, inſtanciam & petitionem venerabilis & in Chriſto dilecti fratris Hainrici Abbatis Formbacenſis & ſue Congregationis

nis exaudivimus; & terminos Parochie ſue incipiendo a rivo, qui dicitur Santpach & per decurſum eius usque in Danubium & a Voglaren transverſo usque in Enum ampliavimus taliter; ut coloni intra hos terminos conſtituti eos in omni iure plebeſſano reſpiciant & tertiam portionem decimarum eis perſolventes ius baptiſandi & tumulandi pro libitu prefate congregationis, in Eccleſia Schonawe habeant. Ne autem id, quod a nobis in hac parte ob reverentiam Dei factum eſt, per ingenium alicuius retractari valeat, ſcripti preſentis paginam inpreſſione Sigilli noſtri communivimus & teſtimonio eorum, quorum nomina infra continentur, auctoritate coroboramus, *Otto Epiſcopus Wavenbergenſis*, *Heinricus Prepoptus Wavenbergenſis*, *Tegno Patavienſis Decanus*: *Purchardus de Chamte*, & quam plures alii Patavienſes Canonici. *Perchtoldus Dux Dalmacie*, *Perchtoldus Comes de Perge*, *Dietricus*, *& frater eius Heinricus de Paumgarten*, *Leutoldus de Sauerſteten*, *Chalhochus de Valchenſtayn*, & quam plures alii. Actum ſcilicet in Patavia anno ab Incarnatione Domini MCLXXXIX. Indictione VIII Kal. XVII. Iunii.

Num. XV. Conceſſio Iuris Civilis Pataviæ. An. 1196.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis, *Wolfgerus Dei gratia* Patavienſis Epiſcopus, omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum. Epiſcopalis officii eſſe dinoſcitur, loca Religioſa ſincero affectu amare, & temporalibus ea ſubſidiis, & cultum divinum diligenter exercendum ampliare. Ea propter dilecti in Domino fratris noſtri Henerici venerabilis Abbatis in Formbach & fratrum ſuorum precibus inclinati, ſimul & eorum pro bono ſtatu loci ſui ſtudium collaudantes, ius Burgenſium noſtrorum in civitate noſtra Patavia in integrum eis conceſſimus: ibi enim domum habent: ita ut de navibus ipſorum que victualia eorum portant, non exigatur petagium, ſed libere & immunes ſicut aliorum Burgenſium

noſtrorum naves pertranſeant. Et ut hec noſtra conceſſio futuris retro temporibus inconvulſa, & illibata permaneat, hanc paginam Sigilli noſtri munimine roboratam eis tradimus, & Teſtes ſubſcribi fecimus, Teſtes ſunt hii. *Henricus Decanus maioris Eccleſie, Meingotus Prepoſitus & Canonicus, Conradus Canonicus: Abbas de Sitanſteten Conradus: Vikhardus Capellanus, & de Laycis Wernhardus nobilis de Iulbach, Otto miniſterialis Ducis Auſtrie de Riede, & de miniſterialibus Eccleſie Reicherus de Weſen, Leotoldus de Sauerſteten, Manegoldus de Ahaim Heinricus Iudex, & Pabo frater eius', Albertus, qui dicitur puer, & de Burgenſibus Enichardus Walther filius Hozoni, Henricus qui dicitur Advocatus, & Chunradus qui dicitur Pruner, Henricus, qui tres ſunt Mutarii, Ulricus Brenzinger Eberhart, & frater eius Dietricus*, & alii quam plures. Si quis autem contra hanc noſtre conceſſionis paginam venire temptaverit, aut ei temerario auſu contradixerit, partem cum hiis, qui ad ſiniſtram erunt, poſſideat; omnibus autem iuſtitiam ſervantibus, ſit Pax in perpetuum. Acta ſunt hec anno MCXCVI. anno Imperii Domini noſtri Heinrici Imp. invictiſſimi anno VI. anno pontificatus noſtri VI. Indictione octava anno pontificatus Domini noſtri Celeſtini Pappe VI.

Not. Confirmatum ab eodem Wolfgero an. 1204. teſtibus *Heinrico de Rotaue, Aichero de Weſen', Alberto de Iachenſtorf, Tiemone de Schellberge &c.* itemque an. 1301. per Epſum Wernhardum, & 1399. per Epſum Georgium.

Num. XVI. Immunitas a vectigalibus An. 1196.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis. Ego Henricus Formbacenſis Abbas, notum ſit providentie future poſteritatis, quod nobis iſtius loci fundatores, ſcilicet pie memorie Ekebertus Comes, & Oudalricus cognatus eius, omni diligentia, multimodis inſtitutis, & ſagaci induſtria ſtatum iſtius Eccleſie in Dei laude perſeve-

ſeverare intenta devotione ſtatuerunt, & hoc Apoſtolica authoritate & Imperatoria Maieſtate penitus roboraverunt. Dominus Werengerus primus Formbacenſis cenobii Abbas ipſorum fundatorum iuvamine inveſtitus eſt omni libertate, & protectionis tutella a venerando Papa Innocentio ſecundo, & ab ipſo, & privilegiis apoſtolicis confirmatum, ut eadem Eccleſia ab omnium mortalium ſervitio exiſtat libera, & ſolummodo Romano Pontifici ſubiaceat: & pie memorie Lotharii tertii ſigillo prorſus confirmatum, ne aliqua perſona maior, vel minor vel mediocris in his conceſſis eam inquietare, moleſtare, diveſtire preſumat; ſi quis contra hec preſumpſerit, quod minime convenit, ſexaginta libras auri medietatem Camere noſtre, medietatem predicte componat Eccleſie. Porro iuſtitiam, quam habuimus in Aſcha in tributis firmiter ſine contradictione a venerabilibus fundatoribus noſtris nobis collatis, per violentiam ſecularium dominorum, maxime per quemdam *Hainricum*, nobis infeſtum, *de Iulbach* cognomento *Varrire* ad horam minime habere potuimus, ſed providentia Domini Hainrici Abbatis ſuorumque fratrum conſilio, & auxilio meliorum totius provincie, multis laboribus firmiter obtinueramus. In anno Incarnatione Domini M. C. XCVI. Celeſtini Pape anno VI. Henrici Imperatoris glorioſiſſimi anno ſexto Domini Wolfkeri Patavienſis Epiſcopi anno ſexto, *Comes Bernhardus de Scobenwerkh* Iudex, & Advocatus huius Eccleſie communicato conſilio, provida deliberatione, datis teſtibus conceſſit, & ſtabilivit, ut non exigatur a nobis pedagium vel naulum, ſed ſine obſtaculo & tributo liberum deinceps ſemper habeamus tranſitum & hi ſunt Teſtes effecti ipſe *Bernhardus Advocatus*, *Luitoldus Almicenſis Epiſcopus*, *Chunradus Wichtoldus Pincerna*, *Heinricus*, *Wilhelmus*, *& filius eius Rudolfus de Curia*, *Hainricus de Tobel*, *Luitoldus de Hartkirchen*, *Ulricus Eberhartus & Bernhardus filius eius*

de Frichtenbach, *Rudpertus Stal Iunior Thiemo de Puchberg*, *Dietricus de Sulze*, & alii quam plures fide digni.

Num. XVII. Immunitas a vectigalibus Auſtriacis. Anno 1204.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis, ego *Leopoldus Dei gratia Dux*, *tam Auſtrie*, *quam Styrie*, cunctis tam futuris quam preſentibus preſenti pagellula notificari curavimus, quod pro remedio anime mee, parentumque meorum N. Abbati de Formbach, & fratribus inibi Deo famulantibus intuitu pietatis divine hoc ſpecialiter contuli, ut rerum ſuarum ſive frumenti, vel vini, vel quarumcunque utilitatum per aquam transvehendarum libera prorſus facultate ſine omni inpedimento ſic perfruantur; ut nullus ab eis Theolonium exigere preſumat: ſed magis ab omni vexatione in toto poteſtatis mee dominio propter Deum largitione perpetua immunes exiſtant, ut ipſi Deo famulantes orationum ſuarum ſuffragio pro ſalute mea laborare non graventur, huius rei Teſtes ſunt *Ulricus de Peka*, *Herandus de Klamme*, *Hermanus de Buttn*, *Albero de Tuchenſtain*, *Perchtoldus de Emberhc*, *Ulricus de Schiltgraben*, *Otto de Puchpach*, *Dietmarus de Engelſchalchesuelde*, *Chadoltus de Veldeſperg*, *Ulricus Strino*, *Albertus Stugchſo*. Datum in nova civitate anno ab Incarnationis Domini. MCCIV. XVI. Kalend. Iunii.

Num. XVIII. Super Munichswalde. Anno 1208.

In nomine ſancte & individue Trinitatis Amen. Eberhardus Dei gratia Salisburgenſis Archiepiſcopus, Apoſtolice Sedis Legatus, in perpetuum. Cum inter Formbacenſe, & Voravienſe Monaſteria ſuper tribus Capellis, Munchwald, & S. Iacobi, & S. Margarethe queſtio verteretur & multis hinc inde in proſecutionibus iudiciorum partes fuiſſent gravate laboribus & expenſis,

ipſe

ipſe partes finem litis deſiderantes fide data ſe noſtro arbitrio ſubiecerunt. Ipſis itaque ad noſtram civitatem vocatis, de iure utriusque partis inveſtigavimus diligenter. Prepoſitus itaque Voravienſis de iure ſuo nos inſtruens privilegium Domini Conradi predeceſſoris noſtri felicis memorie nobis exhibuit, in quo invenimus Voravienſi Parochie, expreſſis nominibus propriis locorum, limites attributos ſub quibus predicte tres Capelle indubitanter fuerant conſtructe. Abbas vero Formbacenſis Privilegium econtra Domini Eberhardi predeceſſoris noſtri ſancte memorie allegavit, per quod videbatur, expreſſis propriis nominibus terminorum, quod Eccleſia in Munichwald per ſe eſſet Parochia, & Capelle ſancti Iacobi, & ſancte Margarete ſub eius deberent limitibus comprehendi. Sed quia illud privilegium Domini Eberhardi in quo iam dictus Abbas fiduciam poſuit, habebatur ab adverſa parte de fallitate ſuſpectum; Nos de conſenſu partium talem compoſitionem fecimus, quod ſecundum privilegium Domini Chounradi limites Voravienſis Eccleſie firmi permaneant, & due Capelle ſancti Iacobi & ſancte Margarethe cum integritate ſpiritualium & decimarum ad Voravienſem Eccleſiam pertineant; Domini Eberhardi Privilegio non obſtante: & Abbas Formbacenſis quantum ad hanc litem, beneficio & uſu eiusdem Privilegii renunciavit. Capellam vero in Munchwald Formbacenſi ſubiecimus: hoc excepto, quod duas partes decimarum Voravienſis Eccleſia ibi recipiat: & populum de Munchwald Monaſterio Formbacenſi ſubiecimus, hoc excepto, quod duas partes decimarum Voravienſis Eccleſia ibi recipiat, & populus de Munichwald ad Matrem Eccleſiam Vorau in placito Chriſtianitatis ſe preſentet, in ſignum attinentie filialis: ita tamen, quod ſi qui ex eis ibi in exceſſibus denuntiati fuerint, ad ſacerdotem in Munichwald redeant, & ſecundum illius Concilium peniteant, & a penitentiis abſolvantur. Prepoſitus vero Voravienſis iuri, quod

in Capella Munichwald habere potuit, excepto eo, quod iam dictum eſt, renuntiavit, & XXI. marcas denariorum Abbati Formbacenſi in recompenſationem Privilegii, cui idem Abbas renuntiaverat, nobis arbitrantibus reinſudit. Ut autem queſtio ſuper hoc oriri de cetero non poſſit, preſentem Chartam conſcribi fecimus, & Sigilli noſtri munimine roborari. Huius rei Teſtes ſunt, *Rudigerus Chiemenſis Epiſcopus*, *Gotfridus Admontenſis Abbas*, *Henricus Abbas de Seon*, *Fridericus Abbas de Buren*, *Carolus Prepoſitus de Sebio*, *Conradus Plebanus de Mulldorf*, *Hermanus Plebanus de Louſen*, *Waltherus Plebanus de Tafenbach*, *Saſſo Plebanus de Purchuſen*. Datum apud Salzburg per manum Magiſtri Bernhardi Notarii anno ab Incarnatione Domini M. CC. VIII. Calend. Octob.

Num. XIX. Super foro Herzogenburg. Anno 1210.

In nomine omnipotentis Dei *Lupoldus Dei gratia Dux Auſtrie, Styrieque* omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris perpetue ſalutis plenitudinem. Piorum tam preteriti quam noſtri temporis principum laudabilem benignitatem, & commendabilem conſuetudinem emulari cupientes; dignum duximus omnium gratie favorem experiri cupientium, maxime religioſarum perſonarum, in cauſis neceſſariis rationabiles petitiones admittere. Ea propter ad inſtantiam dilecti noſtri Ortolfi Formbacenſis Abbatis pagina preſenti fecimus annotari: qualiter beate recordationis Pater meus Luipoldus Dux Auſtrie & Styrie pro foro, quod erat in Nuwenkirchen pertinens ſuo monaſterio, forum in Herzogenburc cum ſubſcriptis terminis ſive reditibus in recompenſationem eiusdem fori Nuwenkirchen iure perpetuo poſſidendum tradidit. Quorum redituum ſumma hec eſt. Ipſum forum in Herzogenburc, & quoddam molendinum ibidem ſitum. In Oberndorf IV. beneficia. In Crugesberge IV. beneficia. In Ocinsdorf II. villicationes & duo beneficia, & ſilva quedam. Hec omnia pie memorie Pater

meus

thue kund männiglichen, als verſchiedener Iahren nach töttlichen Abgang des hoch-und wohlgebohrnen Grafen, und Herrn Herrn Wolfgangen Grafen zu Schaumperg, obriſten Erbmarſchals in Oeſterreich und Steyr, meines freundlichen lieben Herrn Vötter ſeeliger Gedächtnus, als des lezten des Nahmens der Grafen von Schaumberg &c. neben anderen Stücken und Güttern von dem auch hoch-und wohlgebohrnen Grafen und Herrn Herrn Iohannſen Grafen von Schaumberg &c. ſeeliglich zu gedenken herrührende, auch die Haupt-Mautt zu Aſchach mit ihren Rechten und Zugehörungen, auch mich und meine liebe Geſchwiſtrigen des Nahmens Stahrenberg durch ain ordentlich wohlgedachts Herrn Graf Iohannſen &c. aufgerichts Teſtament und Geſchäfft erblich, und aigenthumlich gefahlen, und aniezo kurz verruckter Zeit durch tödtlichs Ableiben obgedachts Herrn Grafen Wolfgangen von Schaumberg &c. verlaſſenen Wittfrauen, Frauen Anna ainer gebohrnen Gräfin zu Ortenburg &c. ſeeligen mir und anderen meinen Mitverwandten Schaumbergeriſchen Erben ſamt andern Schaumbergeriſchen Guet mehr halbe Mautt auch als ein aigenthumlich Erbſchafft ab Inteſtato zugeſtanden, alſo, das nunmahlen die ganz Mautt zu Aſchach mit aller Zugehörung, Recht, und Gerechtigkeit, mein, und mehr gedachter meiner Geſchwiſtrigen, und Mitverwandten mit angedeuter Unterſchaidung frey Erbs-Guett und Aigenthum iſt. Das darauf für mich khomen iſt der ehrwürdig, und geiſtlich Herr Leonhard Abbte des Gottshaus Formbach mit Anzaigung, wie er, ſein Convent, und das berührte Gottshaus weyland dem Grafen von Schaumberg &c. löblichen Gedachtnus vermög habender Brief Urkund, als begnadet, und fürſehen ſeyen, das ſie und ihre Nachkhomen zu ewigen Zeiten, und aines ieden Iahrs beſonders ainſt, zween, und dreyſig dreyling Weins, ſo ihnen an ihren Stöcken zu Oeſterreich

ſterreich wechſt, an bemelter Mautt zu Aſchach ungemauttet, auch ander Dingen ganz frey fürführen ſollen und mögen, welche des ernanten Gottshaus Freyhaiten am iungſten vorgedachter Herr Graf Wolfgang zu Schaumberg &c. ſeeliger, Inhalt ainnes darüber ausgangenen verfertigten Briefs, der mir fürbracht worden, confirmiert, verneuert und beſtätt hatte. Weil ſich dann nach angeregten beſchechenen Fahl, und Antrettung mein, und meiner Geſchwiſtrigen und Mitverwandten aigenthumlichen Innhabens der ganzen Mautt zu Aſchach ernenten Gottshaus von uns über ermelte ihre Freyhaiten von neuen Confirmation und Beſtatt zu erlangen gebührete, bat er mit demütigen Fleis, ime, ſeinem Convent, und Gottshaus ſolch von dem Herrn Grafen zu Schaumberg &c. habente Freyhaiten und Handveſte günſtlichen zu bekräfftigen, verneuern, und zu beſtätten geruhen wollte; welches ſein Bitten auch wohl hergebrachte Freyhaiten ich angeſehen, und ihme dem Convent, und Gotshaus Formbach, und allen ihren Nachkomen die obgemelt ihr Freihait und Gaben, ſo viel imer für mich ſelbs, und an ſtatt mehrgemelten meiner Geſchwiſtrigen, und Mitverwandten von angeregter unſer ganzen Mautt zu Aſchach wegen gebührt, bekräfftiget, verneuert, und confirmiert haben. Verneure, bekrafftige, und beſtatt ihnen die auch in aller Maynung von Worten zu Worten, als die obgenante ihr Freybrief, und Beſtatt ſagen, und als ob ſie in dieſem Brief alſo begriffen, und geſchriben wären, wiſſentlich in Krafft diſs Briefs, alſo, das ſie, all ihr Nachkomen, und das Gottshaus bey ſolchen Freyhaiten und Handveſten beleiben, und ſich den zu ewigen Zeiten an unſerer Mautt zu Aſchach brauchen, berüehmen, und genüſſen ſollen ohne alle Hindernus, und Schwechung. Doch das ſie, und alle ihr Nachkommen dasienig dagegen vollziehen, und ausrichten, was

die

die obbemelten ihre ältere Freybrief ſagen, und ausweiſen alles treulich, und ohne Geverde. Des zu wahrer Urkund ſo gieb ich vorernenter Gundacker, Herr von Stahremberg &c. für mich ſelbs, und an ſtatt offtberührter meiner Geſchwiſtrigen, und Mitverwandten Erben, mehrgedachten Herrn Abbte, dem Convent, und Gottshaus zu Formbach die Confirmation, und Beſtat mit meinen aignen heran gehengten Inſigl beſiglt, geben zu Peurbach den ailfften nach Chriſtes unſers lieben Herrn, und Heylands Geburt im fünffzechen hundert und ſibenzigiſten Iahre.

Num. LXIX. Excerpta Genealogica ex monimentis Formbacenſibus.

1292. *Gotfrid de Volchenmach, Mathild uxor.*

1293. *Conrad. de Porzs, Ortlieb & Ulr. filii eius.*

1312. *Ulr. der Chamerer, Walcun von Hader, Heinrich von Chamer, Dieterich Stettinger, Heinrich Wenger, Heinrich Grabner.*

1313. *Werner der Grans, Alram von Rotau, Ortolf von Morsbach, Dieterich von Stambach, Conrad der Ekker.*

1316. *Bernhard de Aſenheim: Kuneg. uxor.*

1318. *Peter Ruesdorfer Burgraf zu Neuburg, uxor Agnes: al. Peter de Ruesdorff.*

1322. *Leonhard Berger Pfleger zu Neuburg, Erhard de Menghofen Pfleger am Frauenhaus, Iohann Hauzenberger Burghuter.*

1330. *Conrad Zeller von Niedeau, Philipp Forſtmeiſter.*

\- - - *Conr. de Schorningen, Conr. & Marcus filii eius; Ulr. Lintheimer; Chriſt. Alpeck.*

Conr.

- - - *Conr. Schwendtner, Gotfr. Talheimer, Heinrich von Mittich.*

1333. *Weichard von Raitersberg, Gotſc. von Flachenack, Conrad de Sterndorff, Wernh. de Nuzdorff, Leben de Freundshauſen, Meinhart de Roting, Gotfrid & Leutold fratres de Einad.*

1342. *Ulr. Entheimer, Eliſab. uxor Alram de Rotau.*

1345. *Friderich de Aufhauſen, Cuneg. uxor. Ioh. Otto, & Sigehard. filii. Friderie. Æhſenheimer, Leutold Siegershofer.*

1347. *Rapot. Ulr. Conrad die Rorer, Wernh. Tobelheimer.*

1362. *Heinr. Frumeſel, ux. Demut. Wernhard de Aiſchheim, Ritter, Burgraf zu Neuburg.*

1368. *Andr. Seibolsdorfer, Ulr. de Erlheim.*

- - - *Wern. & Ulr. de Altenburg, Ulr. de Ruesdorff.*

1373. *Ioh. Oneid, Conr. Iac. die Schwenter.*

1380. *Gundak. de Tanneberg, Pfleger zu Neuburg, Dieter. Poppenberger, Ioh. Wenger.*

- - - *Pet. Ruesdorffer, Wolfhart & Rug. ſeine Vettern.*

1381. *Heinr. Zeller, Stephan Zeller Burghuter zu Neuburg.*

1382. *Wilhelm de Rotau, Ritter.*

1390. *Ioh. Tuſchel, Richter zu Griesbach.*

- - - *Ulr. der Ulrauner, Ioh. de Wart, Matthes der Boxauer, Eberh. der Cloſner, Ortlieb der Tattenbeck.*

1391. *Arnold de Frauenberg Pfleger zu Griesbach, Egkolf Schirmer, ſein Richter, Wolfh. Ruesdorfer von Ruesdorf, Friderich Ekker zu Pilnheim.*

1392. *Leutold der Mengkofer Pfleger am Frauenhaus, item 1405.*

1393. *Dieterich Poppenberger, Burghuter und Holzprobſt zu Neuburg, Bernh. der Haderer, Ritter, ſein Oheim, Heinrich Pirchinger, Iohann Poppenberger.*

1396. *Ioh. Siegershofer, Pfleger zu Schärding, Veit Reimpolzheimer, Eiſenr. Dreſſlinger, Heinr. Teuffenbeck, Heinr. Oedenwieſer, Ulr. Ottenberger.*

- - - *Frid. der Ekker zu Pilnheim, Simon Munſterer, Conr. & Nicol. de Trænbach.*

1398. *Ioh. Dreſſlinger, Conr. der Bauer.*

- - - *Peter Reimpolzheimer, Burghuter zu Schærding, ux. Margar. de Heſſt. Leutold de Menghoſen, ux. Anna de Heſſt. Fridericus de Heſſt ſocer eor. Ulr. Ottenberger.*

1403. *Ekk. Hellinsberger Pfleger zu Tanneberg, Andr. Heillensberg Ritter und Pfleger zu Neuburg, Leonh. Berger Burghuter.*

- - - *Ulr. Chleiſtentaler. uxor Dorothea. Petr. de Reimpolzheim ſein Swæher, Petr. Spritacher.*

1405. *Leutold Menghofer Pfleger am Frauenhaus, Erhard ſin Sun, Ulr. ſin Bruder, Seiz Ainsheimer.*

1407. *Peter Stadler Pfleger zu Neuenfels, Leonh. Poppenberger. Ioh. & Martin Heizenberger.*

1409. *Ioh. von der Tann Holzprobſt zu Neuburg.*

- - - *Harprecht der Stachel, Heinrich Wockinger, Ulr. Ottenberger, Erhard Raſpe, Ioh. & Carl Raſpe, Oſw. Meſſenbeck zu Schwendt, ux. Anna filia Friderici de Heſſt, Bernh. Meſſenbeck ſin Bruder.*

1411. *Pilgrim von Rotau, Georg der Cloſner Pfleger zu Griesbach, Matth. Ekker, Ioh. Gneiſtinger.*

1415. *Ioh.*

1415. *Ioh. Tattenbeck Ritter.*

- - - *Heinrich Nothafft zu Wernberg Vitztum in Niederbaiern, Erh. Raſpe Pfleger zu Schærding, Sigm. Pirchinger, Ioh. Meſſenbeck, Friderich Rot Burghuter, Ioh. ſin Sun.*

1423. *Georg Schwindaher Richter zu Griesbach, Matthes und Erhart Ekker zu Pillnheim, Thom. Muhlheimer, Georg Rusdorfer, Ruger Tobelheimer, Ioh. Schaumberger.*

1435. *Stephan Dachsberger, Burghuter zu Neuburg.*

1440. *Erhard Raſp Landrichter zu Schærding, Ioh. Raſp Pfleger am Neuhaus gegen Schærding.*

1442. *Heinrich de Mittich Burghuter, Agnes uxor. Carl von Rotaw Ritter, Taneco Hertenberger Pfleger zu Neuenburg, Petr. Czeilaher Holzprobſt, Georg Tattenbeck de Tattenbach Burghuter.*

1445. *Ioh. Raſpe Pfleger am Neuhaus, Wolfgang Berger Pfleger am Turn zu Schærding.*

1447. *Anton Ottenberger.*

1448. *Eraſm von Preiſing zu Kopfsberg Kammermeiſter, Wolfgang ſein Sun.*

1449. *Ioh. Ekker von Pillnheim.*

1451. *Georg Woppinger, Ioh. Oedenwieſer, Urban Steinwendtner Pfleger zu Eſezelberg, Heinrich Hackenbucher.*

1455. *Ioh. der Wilſer, Michel Berghofer, beid Burgſaſſen zu Neuburg.*

- - - *Georg Eichherger zu Maiering, Bernhard Seibersdorfer zu Danckelfing, Heinrich Stockher zu Uznaich, Georg Goſſenberger.*

1456. *Iobſt Leuprechtinger Landrichter zu Schærding, Eraſm Leuprech-*

tinger, Ioh. Oedenwieſer, Heinr. Petersheimer. Ioh. Lintauer zu Kuntl. Chriſtoph Schmalz.

- - - *Ulr. Hibinger, Iacob de Rotau, Dorothea uxor.*

1457. *Ioh. de Marolting, Ritter Pfleger zu Neuburg, Chriſtoph Willſer, Burgſaſſ. Ioh. Seibersdorfer von Seibolsdorf Pfleger zu Schærding.*

1470. *Matthes Geiminger zu Arnsdorff, Ioh. Wertheimer zu Walckering, ux. Barbara. Leonh. Tierlein, ux. Doroth.*

1471. *Georg Grueber Landrichter zu Griesbach.*

1477. *Leonhard Mautner Domherr zu Paſſau, Bruckmeiſter zu S. Gilgen.*

- - - *Eraſm Ottenberger Landrichter zu Schærding.*

1492. *Wilhelm von Eichberg zu Halsmos und Seldenau, Erbmarſchall des Stiffts Regensburg.*

1514. *Ioh. de Cloſen zu Gern und Arnſtorff Ritter, Ioh. Tattenbeck de Tattenbach.*

MONU-

MONUMENTA
SAN-NICOLAITANA.

PRÆFATIO.

Canonia S. Nicolaitana, proxime muros Patavienſes in Ripa Oeni fluminis amoeniſſime ſita Tetrarchiæ Landishutanæ accenſetur.

Fundatorem veneratur nobile Monaſterium B. Altmannum Epiſcopum Patavienſem, qui An. circiter 1070. ædem D. Nicolao in portu Oeni fluminis in fundo, quem ab Agnete Auguſta, Heinrici III. Imp. vidua, & Bajoariorum olim Duce acceperat, ſacravit, atque Canonicis Regulam D. Auguſtini profeſſis occupandam conceſſit. Collapſum & vaſtatum per turbas, quæ Bajoariam paullo poſt miſere afflixerunt, Monaſterium triginta poſt annos reſtauravit Ulricus Epiſcopus.

De reliquis Canoniæ celeberrimæ fatis pauca nobis dicenda ſuperſunt. Decora illius, quæ haud vulgaria ſunt, me-

memoriæ prodent Monumenta noſtra, ex ſcriniis locuptiſſimis, jam primum quoad maximam ſui partem, pertracta. Primus venit Codex nobiliſſimus Traditionum medii ſeculi XIII. ineuntis nitidiſſime exaratus, quem excipiunt Diplomata miſcella LXII. varii argumenti, ex chartulario circa An. 1450. confecto deſumta.

Bibliotheca S. Nicolaitana ſuppeditavit nobis exemplar Chronici Martini Poloni, inde ab An. 1150. varie interpolati, ſtudioque egregio ad annum usque 1438. continuati, itemque Chronicon aliud Rhytmicum, in Lothario II. Imp. pro cujus anima autor anonymus vult preces fundi, deficiens, ſeculoque XIV. in membrana elegantiſſime deſcriptum. Excerpta ex utroque exhibemus Voluмine I. Scriptorum rerum Boicarum.

Opimam hanc Monumentorum Boicorum meſſem acceptam referimus R. Præſuli *Severino*, fautori mularum noſtrarum eximio, interque primos operis, quod molimur, promotores mente gratiſſima nominando.

SERIES DD. PRÆP. AD S. NICOLAUM.

Ludgerus el. 1074. † 1090.
Adalgerus c. 1100.
Richerus † 1122.

Alber-

Not. Aſteriſco notati ſunt, quorum dubia apud nos ſtat fides.

Vol. IV. Tab. III. pag. 218.



Albertus An. 1136.
Bernhardus ref. & † 1159.
Meinhardus † 1167.
Syboto c. 1170.
Heinricus I. c. 1190. † 1216,
Ulricus I. † c. 1235.
Gerboto An. 1240.
Heinricus II. An. 1248.
Gerboto II. An. 1255.
Leopoldus † 1263.
Conradus † 1303.
Ulricus II. † 1321.
Wolfhardus † 1331.
Wernerus † 1348.
Fridericus † 1380.
Otto † 1382.
Urbanus † 1388.
Philippus † 1389.
Hertwicus † 1400.
Martinus † 1421.
Carolus † 1424.
Johannes I. 1451.
Johannes II. † 1466.
Johannes III. † 1471.
Leonardus † 1489.
Stephanus † 1506.
Georgius † 1515.

Michael † 1519.
Sigismundus † 1540.
Valentinus † 1547.
Thomas † 1560.
Mathias † 1569.
Auguſtinus † 1577.
Jeremias † 1585.
Abraham † 1599.
Michael II. reſ. 1603.
Martinus II. † 1623.
Fridericus † 1639.
Nicolaus † 1648.
Vitus † 1666.
Claudius † 1683.
Euſtachius reſ. 1689. † 1692.
Severinus I. † 1690.
Michael III. † 1712.
Joſephus † 1741.
Wolfgangus † 1754.
SEVERINUS II.

MONU-

MONUMENTA CANONIÆ AD S. NICOLAUM.

Codex Traditionum.

Incipit liber Traditionum ac capite cenſum S. Nicolai Patav. feliciter.

Num. I. circa An. 1112.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, tam preſentibus, quam futuris, quod quidam ſacerdos nomine Raffoldus nobilis & Canonicus S. Nicolai ſuper altare eiusdem S. Nicolai tale predium, quale habuit Purchardingen, & Founenbach poteſtativa manu tradidit, *Dietrico Advocato* illud ſuſcipiente. H. r. t. ſ. *Beringerus Comes, Adalbero de Staufe, Huch de Pholſu, Chadalhoch de Chirckperch, Sigeb. de Bachheim, Hartmann de Niouzdorf. Heinr. de Selihopten.*

Dietricus Advocatus ſub eisdem teſtibus dimidiam *Houbam ad Poucha* cum uno mancipio ſuper idem altare tradidit.

Num. II. circa An. 1112.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod quidam Sacerdos nomine Megingoz tale predium, quale habuit Sounemaningen, per manum cuiusdam nobilis viri *Adalrami* ſuper altare ſancti Nicolai poteſtativa manu tradidit. H. r. t. ſ. *Oudalricus de Willeheringen, Walther de Lenginoue, Sigeboto de Porinheim & filius eius Sighoto, Richer de Orto, Marchwart de Allenchoven.*

Notum ſit etiam omnibus, quod *Oudalricus de Willeheringen* iugerum unum ad Wirtingen ſuper altare ſancti Nicolai tradidit.

Huius rei Teſtes ſunt *Reginprecht de Celkingen*, *Oudalſcalch de Stille*, *Walthere de Lenginoue*, *Marchuart de Allenchoven*, *Grifo de Linza.*

Notum ſit omnibus, quod quidam nobilis *Meginhardus* tale predium, quale frater ſuus *Heimo Pollenheim* habuerat, & unam houbam Simidingen pro anima ſua, & fratris ſui poteſtativa manu tradidit. Huius rei Teſtes ſunt *Weringant*, *Piligrim de Chintheim*, *Oudalrich Nabeger*, *Werinhart de Tagebrehteshuſen*, *Walchoun de Auhalmingen*, *Marchuart de Allenchouen*, *Rihcer de Orto &c.*

Notum ſit etiam omnibus, quod idem *Meginhardus* omnia, quecunque ad Pollenhaim poſſederat culta, & inculta cum parte, quam in eadem Eccleſia habuerat, ſuper altare ſancti Nicolai poteſtativa manu tradidit. Huius rei Teſtes ſunt, *Pernhart de Scouenheringen*, *Rihpoto de Chounicen. Oudalrich*, *& Oudalrich eiusdem Pernhardi Milites*, *Gotefrit de Gottinesdorf*, *Tymo Eberhart de Tegerinwa*, *Dietmar de Chagina*, *Ezili de Hiltegeriſperch &c.*

Et ſub eisdem teſtibus quidam nobilis vir *Erminrich* tale predium, quale Preitprunen habuerat, nihil extra dimitens ſuper altare ſancti Nicolai poteſtativa manu tradidit.

Num. III. circa An. 1115.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis vir nomine *Adalram de Aſchaha* quoddam predium ad Uurgildorf poteſtativa manu ſuper altare ſancti Nicolai tradidit. Huius rei Teſtes ſunt. *Adelo de Stillin*, *Eigil de Menginhoven*, *Nendich de Tobele. Sigebotte de Galiſpach*, *Meginhart de Pollenheim. Aſcwin de Waltgeſingen. Erminrich de Preitprunen*, *Otachar de Sunemaningen.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod quidam Presbiter nomine Ekkericus, quoddam predium ad Hartheimen, & duas vineas in villa Winchelarin ſuper

per altare ſanĉti Nicolai propria manu in ſervicium fratribus poſt vitam eius in perpetuum tradidit, dedit etiam illuc ſex mancipia pro cenſu quinque denariorum. H. r. t. ſ. *Oudalrich de Willeheringen, Pernhart de Schonheringen.*

Num. IV. circa An. 1115.

Notum ſit etiam omnibus, quod prefatus Presbiter Eccericus tale predium, quale habuit ad Pouiſingen & ad Route, ſuper altare ſanĉti Nicolai per manum cuiusdam nobilis viri Egilonis poteſtativa manu tradidit, *Dietrico Comite advocato* eiusdem Cenobii illud ſuſcipiente. H. r. t. ſ. *Reginprecht de Celkingen, Egeno de Owe, Albuin de Steine, & Cognatus eius Albuin, Starfrid de Sewaren, Adalram de Chalewenheim, Porhtolt de Salmanesliten, Piligrim de Grie, Wichart Eigil Heinrich de Geilespach, Ermenrich & Cognatus eius Timo, Proun & Piligrim Miniſteriales eiusdem prefati Dietrici, Marchwart de Sulzpach.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Adalram de Pleichenpach* tale predium, quale nobilis quidam Aſcwin ad Walcheſingen ſibi tradidit rogatu eiusdem ſuper altare ſanĉti Nicolai poteſtativa manu tradidit pro remedio anime ſue, uxoris ſue, & filiorum ſuorum. H. r. t. ſ. *Eppo de Smidingen, & frater eius Aſchwin, Meginhart de Pollenheim, Tiemo de Evo, Gerunch de Haſelroutte, Geppo de Malchingen, Egilolf de Matiche, Salman.*

Num. V. circa An. 1120.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod quedam nobilis Matrona nomine *Adalhait de Tanne* tale predium, quale erga Marchionem Diepoldum cum concambio acquiſivit nomine Peneuentenroutte, poteſtativa manu ſuper altare ſanĉti Nicolai tradidit, Oudalrico Patavienſe Epiſcopo, & Dietrico Comite Advocato eiusdem Cenobii illud ſuſcipienti-

bus cum omnibus, que ad Concambium eiusdem predii pertinent. H. r. t. ſ. *Mazilie de Moulheim, & frater eius Adalram de Pleichenpach, Routprecht de Palſenza, & filii eius Dietherus, & Baldmarus Pezilie de Hatindorf, Hietepolt de Gaginhartisdorf, Eppo, & Bruno Miniſteriales eiusdem prefati advocati Comitis Dietrici.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod quidam nobilis vir nomine Rapoto, cum filiis ſuis tradidit ſancto Nicolao unum Manſum cum duabus Vineis in loco, qui dicitur Ruſt ad uſum fratrum inibi Deo ſervientium. H. r. t. ſ. *Otachar Marchio, Dietricus eiusdem Eccleſie Advocatus, Gebehardus de Bingen, Meginhart de Brukaberch, Hartwicus, & frater eius Waltherus, Werigandus Comes Wolfkerus de Aliub, Gebehardus de Adalgerispach, Manegolt de Werde, & filius eius Manegolt, Hartwicus de Lengenbach, & Otto frater eius, Dietrich de Laichelingen, Dietmarus de Rechperge, Chadolt de Gelanesdorf, Starfrit de Panſewe, Heinricus do Erneſungen.*

Notum ſit omnibus Catholicis preſentibus ac futuris, quod *Reginhard de Geilespach* tale predium, quale nobilis quidam Reginprecht nomine in eodem loco habuit, in manum ipſius ab eo delegatum rogatu eiusdem Reginberti ſuper altare ſancti Nicolai tradidit.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod Canonicus ſancti Nicolai, Alphardus nomine tale predium, quale in loco Mitiche habuit, & famulum ſuum Pertholdum, ancillamque ſuam Luitkardam cum filiis ſuis tradidit ad altare ſancti Nicolai preſente *Dietrico Advocato* pro remedio anime ſue, & parentum ſuorum. H. r. t. ſ. *Gottefrid de Goulinesdorf, Huch de Pfolſu.*

Num. VI. circa An. 1120.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod quidam nobilis Homo *Oudalricus de Willeheringen*

tradidit

tradidit ad altare ſancti Nicolai, quandam Eccleſiam in loco, qui dicitur Haginbouch dotatam cum *Houba nobilis viri*, & vinea, & mancipiis, & omni utilitate ſua pro remedio omnium parentum ſuorum. H. r. t. ſ. per aurem tracti, *Hadamarus de Huſrukke*, *Amelbertus de Preitenwiſen*, *Waltherus*, *& frater eius Pruno de Lenginnoie*, *Waltherus de Uiuſſe*, *Wigandus de Hageningen*, *Oudalſcalchus de Tagedineſchirchen*, *Eigil de Hartheim*, *Huch de Pholſu*, *Heinricus de Huſrukke*, *Ekkericus de Menna*, *Pernhart de Trune*, *Rahewin de Honegenpach.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, tam futuris, quam preſentibus, quod quidam homo nomine Dietpoldus, quoddam predium per manum cuiusdam Adalrami tradidit ſuper altare ſancti Nicolai. H. r. t. ſ. *Adalram de Aſchaha*, *Eigil de Hartheim*, *Razilie de Piurpach*, *& frater eius Erniſt*, *Dietpolt de Sunemanningen.*

Num. VII. circa An. 1120.

Notum ſit omnibus, quod *Reginpoldus de Spahingen*, tradidit quoddam predium ad Spahingen ſuper altare ſancti Nicolai. H. r. t. ſ. *Adalram de Aſchaha*, *Eigil de Hartheim*, *Roudolf de Spahingen*, *Roudprecht de Soumoutingen.*

Quidam nobilis vir nomine Waltchoun tradidit duo Mancipia per manum cuiusdam nobilis viri nomine Roudperti ſuper altare beati Nicolai, Roudpertum, & Adelbonem, Roudpertum pro cenſu quinque Denariorum, Adelbonem in ſervicium fratrum. H. r. t. ſ. *Meginhart de Pollenheim*, *Luitwinus de Schiltorff.*

Num. VIII. circa An. 1120.

Gebehardus Comes tradidit ſuper altare ſancti Nicolai IX. Mancipia pro cenſu quinque Denariorum, & poſteros eorum.

Notum

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, tam preſentibus, quam futuris, quod quedam nobilis mulier nomine Gotta libere ſe ipſam tradidit ſuper altare ſancti Nicolai pro cenſu quinque Denariorum.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis vir nomine *Erchangerus* predium quoddam ad Sunemanningen, quod Giſila, & filia eius, & Oudelrich in manu eius rogatu Hartwici delegaverant, manu tradidit ad altare ſancti Nicolai. H. r. t. ſ. *Adalram de Aſchaha.*

Sub eisdem Teſtibus predictus *Erchangerus* predium, quod quidam Radolfus nobilis vir in eodem loco ſitum in manu eius delegavit, rogatu ipſius Radolfi tradidit ad idem altare pro remedio anime ſue, & parentum ſuorum.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis vir nomine *Ekkepolt* tradidit ad altare ſancti Nicolai agrum unum ad Oſterenuelde pro remedio anime ſue, & Parentum ſuorum.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, tam futuris, quam preſentibus, quendam virum nobilem Meginhardum nomine, predium quoddam in loco, qui dicitur Moſe ad altare ſancti Nicolai tradidiſſe, & poſt obitum ipſius eandem traditionem, ut eo firmius perduraret, ab uxore ſua nomine Touta denuo factam eſſe.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, tam futuris, quam preſentibus, quod quidam nobilis vir nomine Erchenprecht tradidit ſancto Nicolao unum predium ad Noſpach ſitum, ad uſum fratrum inibi Deo ſervientium pro remedio anime fratris ſui Egenonis. H. r. t. ſ. *Roudolf de Perge, Adalbero Chelbergras, Albvinus de Steine.*

Timo converſus tradidit ad eandem aram, ſervum quemdam nomine Waſigrim pro cenſu quinque Denariorum & inſuper tria

Manci-

Mancipia, *omnino in proprietatem cottidiane ſervitutis, exceptis tamen duobus diebus in ſingulis ebdomadis.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam homo nobilis *Meinhart de Phollenheim* delegavit ſex mancipia pro remedio anime ſue ad altare S. Nicolai pro quinque denariis.

Num. IX. circa An. 1120.

Dietricus Comes tradidit ad altare S. Nicolai Hizilam pro cenſu quinque denariorum. H. r. t. ſ. *Albwin de Steine, Adalbero Chelbergras, Eberhart de Pocheſrukke.*

Sub eisdem teſtibus quedam mulier Iuditta nomine tradidit ancillam ſuam Iuditam omnino in proprietatem cottidiane ſervitutis, exceptis tamen duobus diebus in ſingulis ebdomatis.

Num. X. circa An. 1120.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, tam futuris, quam preſentibus, quod *Dietricus Advocatus* tradidit duos manſos ad Rezzi ſuper altare S. Nicolai pro remedio anime ſue. H. r. t. ſ. *Mazilimus de Muleheim, Dietmarus de Waninesdorf, Amelbret de Praitenwiſen, Eppo de Ekke, Dietherus de Halſe, Gerhart de Winchelarin, Chounrad de Piutelſpach, Otachar de Wenge, Hug de Atinpach, Gerolt de Ezinbach. Reginbolt de Route. Rudolf de Pircha.*

Quidam nobilis homo nomine Hoholdus quoddam predium ad Cidelhaim, & vineam ad Aſcha tradidit ſuper altare S. Nicolai pro remedio anime ſue, h. r. t. ſ. *Dietricus Advocatus, Amelbret de Praitenwiſen, Eppo de Ekke. Eberhart de Pocheſroukke, Arnold de Niuheim.*

Quedam Matrona nomine *Hazicha de Roſſepach* tradidit ſuper altare S. Nicolai predium ad Smidedorf. H. r. t. ſ. *Poppo de Gralesdorf &c.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis nomine *Reginolt de Aſcha* tradidit ſuper altare S. Nicolai unum manſum pro remedio anime ſue per manum Raffoldi. H. r. t. ſ. *Diethmar de Taibreteshuſen &c.*

Num. XI. circa An. 1130.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod Patavienſis Epiſcopus Reginmarus tradidit ſuper altare S. Nicolai vineam ad Mutaram in uſum fratrum inibi ſervientium. H. r. t. ſ. *Dietmarus de Pachilingen, Eberhardus & Otto filii Epponis de Ekke, Manegoldus de Weſene. Waltchoun de Poumilingen, Porn de Chrancingen, Aſchuin de Widaha, Heinrich de Iſſansdorf, Geroch de Iph, Wolther de Linx.* Inveſtiture teſtis eſt *Dietmarus de Pachilingen.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo nomine *Eppo de Ekke* tradidit duas Houbas pro remedio anime uxoris ſue unam ad Route, & aliam ad Chophingen. H. r. t. ſ. *Arnolt de Niuheim, Eberhardus filius ipſius Epponis, Reginpolt de Tirſpach, & Richer.*

Num. XII. circa An. 1130.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod *Comes Ekkebertus* tria mancipia pro remedio anime ſue tradidit ſuper altare S. Nicolai propria manu in ſervicium fratrum, Adelberonem, Giſilam, Hiltigardam. H. r. t. ſ. *Erchinbertus de Moſepach, Heremannus de Routingen, & filius eius Heremannus. Einwicus de Merginswanch, Gerunch de Badingen. Pernhardus de Ininchoven.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod quidam nobilis homo *Aribo* nomine *de Ecchenberge* agrum unum in loco Aſcha pro remedio anime ſue ſuper altare S. Nicolai in uſum fratrum propria manu tradidit. H. r. t. ſ. *Heitfolch, Otto de Werdarin, Roudmar.*

Notum

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod quidam miniſterialis *Dietmari de Dorinperch* Eppo nomine, tale predium, quale ipſe habuit in loco Ezemaneswinchel pro redemptione anime uxoris ſue Adele, & aliorum parentum ſuorum per manum cuiusdam nobilis viri *Eglonis de Hartheimen* in ſervitium fratrum tradidit.

Num. XIII. circa An. 1130.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod quidam ſervus *Marchionis Otacharii de Stire*, Azilinus nomine in villa Chrebezbach iugerum unum per manum cuiusdam nobilis viri Marchwardi de eadem villa S. Nicolao in ſervicium fratrum tradidit.

Idem Marchwardus iugerum unum propria manu ſuper altare S. Nicolai in ſervicium poſt vitam ſuam tradidit.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod quidam homo nomine Penzo tale predium, quale ipſe habuit ad Route, per manum cuiusdam nobilis viri *Eiglonis* ſuper altare S. Nicolai tradidit. H. r. t. ſ. idem *Eigilo*, *& idem Penzo*, *Gotefrid de Pinzheimen.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod ſacerdos quidam Wolfgangus nomine de Ourolfismunſtuire tradidit quoddam predium in loco, qui dicitur Senftinpach, ſuper altare beati Nicolai per manum Erchingeri, inſuper & quatuor mancipia Arnoldum & Himicelam cum duobus pueris pro cenſu quinque denariorum. H. r. t. ſ. *Albwinus de Steine*, *Eppo de Ekke*, *Werinherus de Lochheimin*, *& frater eius Gozwinus. Pruno de Anteſin*, *Adalprecht de Mounſture*, & alii.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo *Outo de Luterpach* tradidit ſuper altare S. Nicolai mancipium

unum Chunigunt nomine, pro cenſu quinque denariorum. H. r. t. ſ. *Adalbrecht de Gerin, Hartlieb.*

Quidam liber homo Marchwardus nomine tale predium, quale iple & uxor eius habuerunt, iuxta Michilpach tradidit ſuper altare S. Nicolai pro remedio anime ſue, parentumque ſuorum. H. r. t. ſ. *Otachar de Sunimaninen &c.*

Num. XIV. circa An. 1130.

Engilbertus de Schouneringen tradidit ad altare S. Nicolai pro remedio fratris ſui *Pernhardi* Houbam unam in duobus locis ſitam, Chounicin & Windiberc in preſentia *Regimari Epiſcopi, Dietrico Advocato* accipiente cum decem mancipiis. Sub his teſtibus: *Heriborth de Schierolfingen, Heinrich de Husrukke, Eppo de Ekke, & duo filii eius Eberhard, & Otto,* & alii.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quedam nobilis Matrona nomine Hazicha tradidit ſuper altare ſancti Nicolai duas Houbas, integram & dimidiam ad Machingen, medietatem aliam Heiegeran *Dietrico Advocato* illud ſuſcipiente. H. r. t. ſ. *Eppo de Ekke, & duo filii eius Eberhart & Otto, Baldmarus & frater eius Diethere de Palſenze. Otto miniſterialis S. Stephani.* Tradidit etiam duo mancipia pro cenſu quinque denariorum.

Num. XV. circa An. 1130.

Ratisponenſis Advocatrix nomine *Liukard* in diſpoſitione predio-rum ſuorum tradidit Eccleſie S. Nicolai curtim unam in loco, qui dicitur Grintdorf apud Chamba, inſuper tres Houbas Hohinwartin. H. r. t. ſ. *Dietricus Advocatus eiusdem loci, Engilbertus Dux & Engilbertus Marchio filius eius, Engilbertus de Scounheringen, Adalram de Moulheimen, Albwin de Steine, Baldmar & frater eius Diethere de Halſe, Sigehart de Chrumbenmuzhoven.*

Notum

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, tam futuris, quam preſentibus, qualiter *Gotifridus* quidam nobilis homo *de Goutinisdorf* tradidit ſuper altare S. Nicolai predium apud locum qui dicitur Dietricheſpurch, in reditu XX. modiorum. H. r. t. ſ. *Liupolt de Rute, Meginhart Gotiſcalch, Eckerich Erchinger.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, tam futuris, quam preſentibus, quod quidam regularis S. Nicolai, Adalricus nomine tale predium, quale ipſe Reinpach habuit, cum mancipiis ut poſſeſſum fuit, tradidit ſuper altare S. Nicolai Adalfrit cum poſteris ſuis. H. r. t. ſ. *Egil de Hartheimin, Adalram de Aſcha, Reginolt, & filius eius Walther de Aſcha, Dietker de Piurpach. Oudalſcalch, & frater eius Arnolt de Tagidiſchirchin.*

Num. XVI. circa An. 1130.

Chriſti fidelibus inſinuamus, quod *Comes Gebehardus de Purchouſin rogatu Diepoldi de Lochemin* miniſterialis ſui tradidit ſuper altare S. Nicolai Hartwicum, & predium, quod poſſederat cum aliis poſſeſſionibus, & omnibus utenſilibus eius Oſterinperch ad concambium duarum Houbarum, quas tradidit nobilis Matrona Hazicha nomine. H. r. t. ſ. idem *Gebehardus & frater eius Sigehardus, Comes Marchwart de Ernſtingen, Huch de Liuprechtisheimin. Werinher, Dietpolt Gozwin de Pholshou, Magin de Prule, Oudelſcalch de Machingen, Richer de Iersheimin.*

Giſiloldus quoque de Mitiche rogatu predicti Dietpoldi predium a fratre ſuo Gozwino acceptum in eodem loco ad expletionem ſuperioris concambii ſub eisdem teſtibus tradidit.

Ad notitiam poſteritatis mittere curamus, qualiter *E. Sonheringenſis* cum fratribus cenobii S. Nicolai iuſto concambio concambivit Awam, apud locum, qui dicitur Altheimen, dimidio man-

ſo apud Mitichen. H. r. t. ſ. *Wilhalm & frater eius Hartlip de Chuncen*, & alii.

Num. XVII. circa An. 1130.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo nomine *Baltmarus* tradidit ſuper altare S. Nicolai, unum mancipium nomine Arnoldum cum predio ad Hardiesdorf, comparatum a fratre ſuo Diethero pro remedio anime ſue, & uxoris ſue Mathildis, & omnium parentum ſuorum. H. r. t. ſ. *Albwinus de Stein*, *Dietherus de Halſa*, *Heinricus de Richerſedorf*, & *Heinricus de Niunhoven*, *Arnolt de Gotiſcalchisroute*, *Wolframus de Scellena*, & *Chadelhoch de Steine*.

Notificamus Chriſti fidelibus, quod *Erneſt de Hartheim* tradidit ſuper aram S. Nicolai predium, quale habuit Hartheim preſente *Advocato Dietrico de Viellenſtein*. H. r. t. ſ. per aurem tracti idem *Dietricus*, *Baldmarus*, & *Dietherus frater eius de Halſe*, *Eberhardus*, & *frater eius Otto de Ekke*, *Albwinus de Steine*, & *nimiſteriales Advocati Dietrici Gebhardus*, & *frater eius Goteſridus de Prame*, *Purchardus de Wazzerburch*, *Imizo de Hartheim*, *Dietmarus Cognatus ipſius Imizonis*, & ex familia huius Eccleſie.

Num. XVIII. circa An. 1130.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo *Otto de Tanna* tradidit ſuper altare S. Nicolai pro remedio anime ſue, & uxoris ſue Richizin, & omnium debitorum ſuorum curtim unam ad Priempach cum vinea una in eodem loco, & decem mancipia Adelberonem, & Peringerum, Dietericum, & uxorem eius Hildigundam, & filios eorum. H. r. t. ſ. *Hartmann de Tanna filius eiusdem Ottonis*, *Chounrat de Poutiliſpach*, *Chounrat de Anzinchirchin*, *Chounrat de Goppingen*, *Chounrat de Tourtin*, & *frater eius Engilbertus*, *Chouno de Hochſtat*. *Wolfgrim de Hocholtingin*, & *frater*

eius

eius Oudalricus, Engilſcalch de Liutprantingin, & frater eius Herwicus Sigiboto, & frater eius Hartwich Eppo, & frater eius Hermannus Gotteſcalch de Turtin.

Num. XIX. circa An. 1135.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Heinricus de Tanna* manu ſua, & manu uxoris ſue *Perhtin*, & filiorum ſuorum *Heinrici, & Potonis*, & filie ſue *Adalheidis* delegavit ad aram ſancti Nicolai vineam unam ad Elſnau, & Oudalricum ad eandem vineam pertinentem, cum uxore ſua Gnanna cum omni poſteritate ſua, & unum predium ad Roſpach, & unum ad Tamirichingen, & dimidiam Houbam ad Tanna. H. r. t. ſ. *Hartman de Tanna, Heinricus, & Poto filii Heinrici de Maſſingen, Pruno de Anzinchirchen, Otto de Witigowingin, Piligrim de Herigerſperge, Chadelhoch de Dietfurtin, Roudiger de Sprinzinperge, Chounrat de Turtin, Sigeboto, Piligrim, Heinrich, Sigehart, Chounrat de Tanna, Werinhart, Babo Wintheri de Roſpach, Liupolt de Irinpoltingen, Ortlieb, & Ekkerich de Riede, Piligrim de Wintpozingin, Ebo de Tiemindorf, Roudiger de Houbin, Heribort.* &c.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, tam futuris, quam preſentibus, quod Gumpoldus Diaconus & Prepoſitus ſancti Stephani Patavie tale predium, quale habuit ad Riſchermin, tradidit ſuper altare ſancti Nicolai per manum nobilis viri Erchinberti. H. r. t. ſ. *Hartwicus de Hagenau, Albwinus de Steine, Babo de Zollingen, Eberhart de Ekke, Ortwin de Richersdorf, Eberhard de Siginheimin, Hartwicus de Ubrachie, Peringer de Vichtin, Heinrich de Niunhoven, Chadelhoch.* &c.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Arnoldus de Pornheimin* tale predium, quale habuit ad Sluphingen, tradidit ſuper altare ſancti Nicolai per manum Marchwardi de Iſſansdorf miniſterialis

ſterialis ſancti Stephani. H. r. t. ſ. *Gebehart de Appatisdorf, Reginhart de Iſſansdorf, Marchwart, Adalbrecht de Enzenwis, Chounrat de Odenprunen, Chounrat de Persnich, Gundachar de Weſtrinpach, Gunther de Prunnin*, & alii.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod duo fratres nobiles viri *ſcilicet Eberhartus, & Otto de Ekke*, tradiderunt ſuper altare ſancti Nicolai ſervum quemdam nomine Heribordum pro cenſu quinque Denariorum.

Num. XX. circa An. 1135.

Ego Gumpoldus rogo te Erchinprecht, vel heredem tuum, ut bona mea, que in manu tua tenentur, ſicut ego decrevi in honore & charitate Dei omnipotentis, & Dei genitricis Marie perpetue Virginis, & omnium Sanctorum, ad remiſſionem omnium peccatorum meorum, & ad remedium animabus parentum meorum, & omnium fidelium defunctorum, tradas predium meum apud Richerishaim longe lateque ſitum, ſimiliter predium meum apud Ezimpach, & predium meum Pergarin, & Enzinkirchin cum adiacenti predio Haſelpach. Hec ſimul ad altare ſancti Stephani Patavie tradas, hac ſcilicet lege, ut quicquid utilitatis ex his provenire poterit, diligenter coligatur, ac pro peccunia vendatur, & illa peccunia in tres partes dividatur, una pars in anniverſario die obitus mei ſingulis annis fratribus ad ſanctum Stephanum in oblationem offeratur, altera pars egenis, & Chriſti pauperibus eodem tempore erogetur, tertia vero pars in duas partes dividatur, una pars ſororibus ad ſanctam Mariam, ſecunda fratribus ad ſanctum Nicolaum diſtribuatur. Ad huius autem diſpenſationis curam, aut de noſtro clauſtro, aut clauſtro ſancti Nicolai, aliquis probabilis frater eligatur, cui hoc negotium committatur, & ut idem frater in hac procurratione non tedioſe, ſed ſtudioſe laboret,

ret, & noſtri memoriam in ſuis orationibus habeat decrevimus, ut ipſe quoque anno de colligenda pecunia X. partem ad ſingularem uſum ſibi ſummat, at ſi forte, quot non optamus, hec inſtitutio, ſive ordinatio neglecta fuerit, tam fratres, quam ſorores ad Epiſcopum loci proclamationem faciant, ut ipſe illis inde iuſticiam faciat poſcant, Dominus dedit Dominus recipiat.

Num. XXI. Anno 1135.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam homo Tiemo nomine, & uxor ſua Dietpurch tradiderunt tale predium, quale habuerunt apud Huſerach cultum, & incultum ſancto Nicolao. H. r. t. ſ. *Heinricus de Tanne, Wiganth de Anteſen, Eberhardus, & Otto fratres eius de Ekke, Werenherus de Polenchoven, Megenhardus de Madegerſtorf, Pabo, & Ekkericus de Tanne, Engelmarus frater eiusdem mulieris, Walchoun de Reniſpach.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo nomine Dietherus tradidit tale predium, quale ad Wilpach habuit, ad aram ſancti Nicolai. H. r. t. ſ. *Rapoto de Suffingen, Eberhardus, & frater eius Otto de Ekke, Irinch de Friginberge, Gerhart, Adalram, & frater eius Adelbero.*

Num. XXII. circa An. 1136.

Ad notitiam poſteritatis mittere curamus, qualiter fratres ſancti Nicolai iuſto concambio concambiunt predium cum tribus vineis, quod ſitum eſt in villa Sanctmarienchirchen, cum Adelberone, & Adalramo fratre eius pro tali predio, quod ipſi habuerunt Winchelaren cum vinea, preſente advocato noſtro Dietrico. H. r. t. ſ. *Rapoto de Suffingen, Paldmarus, & frater eius Dietherus, Chadelhoh, Wernherus, Chounrad de Meſteiningen, Gerhart, Durinch de Erloveſtorf, Heinrich de Grauindorf.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam vir nomine Purchardus, & ſoror ſua Diemout tale predium, quale ipſi ad Roſpach habuerunt, tradiderunt ad aram ſancti Nicolai tali conditione, ut poſt vitam Chadelhohi filii eiusdem Diemoudis libere ſerviret Eccleſie. H. r. t. ſ. *Gundacher de Roſpach*, *Walto de Ratenheim*, *Hartman de Chesdingen*, *& quatuor filii eius Meginhart*, *Oudalchalt*, *Liupolt*, *Hartman*, *Erchenger de Chirheim*, *Otpret de Troupach*, *Roudolf de Rotenheim*, *& filius eius*, *Werinhardus de eadem Villa*, *Otto de Amphenheim*, *& Reginbertus de eadem Villa*, *Regingerus de Straze*, *Arnolt de Noulingen*, *Poto de Troupach*, *Walther*, *& Gebolt de Friheim*, *Arnold de Roſpach*, *Engilbertus de Iudingen*, *Epo de Iſimgrimesheim*, *Sibotus de Roſpach*, *& Wilibertus de eadem Villa*, *Routmar de Frechelineſpach*, *Altman de Pouch*, *Oudalrich*, *& Reginhart de Triupach*, *Sibotus de Roſpach*, inſuper & omnes Concives, affinesque eius.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter *Roudolf de Mitiche* tradidit ſuper altare ſancti Nicolai Oudelſcalchum pro cenſu quinque Denariorum. H. r. t. ſ. *Oudelſchalch*, *& filius eius Oudelſchalch de Vimſeche*, *Volrat de Ahtal*, *Rouprecht de Gurten*, *Perthold de ſancto Georio.*

Num. XXIII. circa An. 1145.

Omnibus Chriſti fidelibus innoteſcere curamus, qualiter quidam homo miniſterialis ſancti Stephani *Marquardus* nomine *de Sconenpuhle* concambivit cum fratribus ſancti Nicolai duas vineas cum houba adiacente inculta ſitas in loco, qui dicitur Hundisheim, & mutuo receptis ab eis duabus vineis adiacentibus in confinio proprie manſionis ſue Sconenpuhle reſignavit, & iam predictas vineas Reginberto Patavienſi Epiſcopo, a quo in beneficium habebat, tali facta conditione, ut *Ditericus* eorundem fratrum Advocatus

catus ſuſceptas a prefato Epiſcopo libere delegaret eidem Eccleſie, ipſe autem alias duas vineas a fratribus receptas predicto confirmaret Marquarto pro reſtitutione. H. r. t. ſ. *Eberhardus, & Otto de Ekke, Baldmarus, & Dietherus de Halſa, Erniſt de Hartheim, Wernhardus, & Richer de Oſternach, Wicpoto de Orte, Manegoldus de Weſene, Chadelhoch de Rore, Sigboto de Matſch.*

Num. XXIV. circa An. 1145.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Ratisbonenſis Comes Heinricus*, & uxor eius *Pertha* tradiderunt ſuper altare ſancti Nicolai houbam ſilve in loco, qui dicitur Suarza. H. r. t. ſ. *Adalbertus de Prunnen, Oudalrich de Izinbrunnen, Sifrit de Heikinprunnen, Roudiger de Houzindorf, Pilingrim, Erchinger, Hartwich, Richolf, Meriboto, Oudalrich.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quedam mulier nomine *Liupurch*, tradidit unum Mancipium nomine *Richardum* ſuper altare ſancti Nicolai, in ſervicium fratrum in manu Dieterici advocati. H. r. t. ſ. *Sterfrit de Pecelinſtorf, Heinricus de Husrucce, Manegoldus de Wſene, Wernher de Reinaha.*

Notum ſit omnibus, quod quidam nobilis homo nomine *Albinus de Steine*, tradidit ſuper altare ſancti Nicolai manu ſua, & manu uxoris ſue *Suenehilta* ſuper altare ſancti Nicolai tale predium, quale ipſe habuit Hergoltingen. H. r. t. ſ. *Erchinprecht filius eiusdem Albini, Chadelhoch, Waltherus de Sucbildorf, Adalram de Lobembach, Sifridus de Niuenhoven, Hartwicus, Meginhardus, Waltherus Gernot.*

Tradidit etiam uxor eiusdem Albini nomine Suenehilt dimidiam houbam in ſuperiori villa Chingen eidem Eccleſie. H. ſ. t. *Erchimprecht, filius eius Pilgrimus de Anteſen, & filius eius Albwinus,*

Peringerus de Uchte, Timo de Reinpach, Adalpreckt de Munſture, Wolfgrim Siboto.

Num. XXV. circa An. 1145.

Ad noticiam poſteritatis mittere curamus, quod quidam miniſterialis ſancti Stephani nomine *Otmarus* cum uxore ſua nomine *Wilbirch*, & filius eius tale predium, quale ad Harthemin habuit, tradidit ſuper altare ſancti Nicolai, comparatum ab eo quatuordecim talentis preſente Epiſcopo Reginberto, & ſuſcipiente Dietrico advocato. H. r. t. ſ. *Dietricus Comes, Otto & frater eius Hartwich de Burcſtal, Starfrid de Pecelinisdorf, Paldmar, & Diether de Halſa, Manegoldus de Weſene, Herman de Ruripe, Meginhardus de Wileberch, Eberhardus, & Otto de Ekke, Rapoldus de Rore.*

Omnibus Chriſti fidelibus inſinuatur, quod quedam matrona nomine *Berta*, tradidit ſuper altare ſancti Nicolai Houbam in loco Priembach, & quinque iugera ſilve, preſente Epiſcopo Reginberto, ſuſcipiente Dietrico advocato. H. r. t. ſ. *Dietricus Comes, Heinrich de Huſrukke, Adalram de Chambe, Werinhardus de Iulbach, Wernhardus de Horpach, Baldmarus, & frater eius Dietherus de Halſe, Eberhardus, & Otto de Ekke*, & alii.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis nomine *Hartmann de Tanne*, tradidit ſuper aram ſancti Nicolai Richizam, & poſteros eius ad cenſum quinque Denariorum. H. r. t. ſ. *Hartman, Sifridus de Wazeberc, Roudiger de Sprincenberch.*

Num. XXVI. circa An. 1150.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quedam matrona nomine *Benedicta de Sconheringen*, tradidit ſuper altare ſancti Nicolai manu filii ſui *Engilberti*, & filie ſue *Chunigundis* pro remedio anime viri ſui *Engilberti* duas hubas, unam ad Winchil,

aliam

aliam ad Windiberge cum ipſis Mancipiis, quorum nomina ſunt Liucart cum filiis, & filiabus, Chunizonem cum filiis, & filiabus. H. r. t. ſ. *Hecil de Tiuhtinpach, Egeno de Poſenpach, Heimo Gerich, & filius eius Albrant, Ekkehardus, Chunrad de Oberndorf, Helmwich, Aſcwin.*

Notum ac memorabile ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod ego Adalricus edituus Eccleſie ſancti Nicolai predium quoddam Roudleichingen ſitum, a fratribus meis Oudalſcalcho, & Erneſto. XXI. talento redemi, ea videlicet conditione, ut ipſi prefatum predium ſuper altare ſancti Nicolai delegarent, & ipſius predii uſus ad opus & ad ornatum Eccleſie perpetuo reſpiceret, Huius igitur predii partem Oudalſcalcus rogatu uxoris ſue Haciche dedit in manum cuiusdam nobilis viri Adalrami de Oſtheringen, & ille conditione ſuperſcripta delegavit poteſtative ſuper altare ſancti Nicolai, alteram vero partem predii Ernuſt propria, & poteſtativa manu, ſimili conditione ſuper idem altare ſancti Nicolai tradidit. Hanc igitur traditionem veriſſima aſſertione teſtes approbant ſubſcripti: *Adalramus de Oſtheringen, Eberhart Herdie, Lantfrit fratres nobiles viri de Hartheimin, Adalram de Emilingin miniſterialis ſancti Stephani, Gotefrit, & filius eius Gerhoch, Selpker de Widahe, Oudalrich, & fratres eius Friderich & Porno, Imiczo de Hartheimin, Porno de Hartheimin, & filius eius Waltchoun, Megenhart de Perge, Porno de Allenchoven, Wirint de Stoude, Waltchoun de Straze, Rouzo, Marchwart*, & alii.

Num. XXVII. Anno 1150.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Waltherus de Legnou*, dedit tres agros ad Roudleichingen ſuper reliquias ſancti Nicolai, pro reconpenſatione furti, quod fecerunt ſervi ſui, ſervis predicte Eccleſie in eadem vinea collocatis. H. r. t. ſ. *Eber-*

Hartus de Hærtheimen, Chounrat de Chourinperge, Gupolt & Werinhart de Galiſpach.

Nec hoc oblivioni tradendum eſt, quod quedam nobilis femina Chouniza nomine tradidit tale predium, quale ipſa habuit Roudleichingen ſuper aram S. Nicolai per manum *Linperti de Offenhuſen*, comparatam ab ea tribus, & dimidio talento conſenſu viri ſui Wolframi, & filiorum ſuorum. H. r. t. ſ. idem *Liupertus & frater eius Ludwicus, Reginhardus, & filius eius Hetil de Geliſpach, Hiltigerus de Gateringen, Altmanus Perngerus de Wihten, Burchardus Ekkehardus*, & alii.

Ad notitiam poſteritatis transmittere curamus, quod quidam nobilis Hiltiger nomine tale predium, quale ipſe Kateringen habuit, ſub eisdem teſtibus tradidit ſuper altare S. Nicolai propria & poteſtativa manu rogatu uxoris ſue.

Num. XXVIII. circa An. 1150.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo *Adelbero de Prambach* per manum cuiusdam nobilis viri Ernuſti tradidit ſuper aram S. Nicolai tale predium, quale habuit Stoizin comparatum ab eo duobus talentis, teſtes ſunt hi: *Gotefridus Adelhalmus de Percheimin, Fridericus de Hartheimin, Boren de Widen, Oudelſchalcus de Hartheimin, Pernolt de Strazheimin, Meginhardus de Taleheimin, Pezilo de Strazheimin.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nomine Adalbertus tradidit ſuper altare S. Nicolai predium apud Suarzha datum ſibi a *Marchione Luipoldo*, pro detruncatione pedis, comparatum autem a prefato Adalberto quatuor talentis & dimidio. H. r. t. ſ. duo fratres ipſius *Pitterolf & Friderich, Heinricus de Chuleub, Luitwinus de Ibiſa, Chonradus de Leubis, Ermprecht Friderich de Chuleub, Adalram Marchuart, Pruno Sizineus, Zeziman Winigoz*, & alii.

Notum

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quedam nobilis matrona *ſoror noſtra*, nomine *Benedicta de Sconheringen* tradidit ſuper altare S. Nicolai tale predium, quale habuit Corinthi iuxta flumen qui dicitur Cheina ad villam nominatam Sazlauvesdorf. H. r. t. ſ. *Ekkehartus, Chunradus, Gebehardus hi tres de Sconheringen miniſteriales eiusdem Benedicte, Matfridus Medicus, Chunradus de Grube.*

Num. XXIX. circa An. 1140.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Dietricus Comes Formbacenſis* Advocatus noſter, tradidit ſuper altare S. Nicolai per manum *Comitis Liutoldi de Pleigen* quinque Houbas, Adilgerisdorf dimidiam Houbam cum ipſis mancipiis, Chuncingen dimidiam Houbam cum eisdem mancipiis, Razimanisdorf integram Houbam cum ipſis mancipiis, Reginhalmingen integram Houbam cum ipſis mancipiis, Heicingen dimidiam Houbam cum isdem mancipiis, Diſinperge dimidiam Houbam cum ipſis mancipiis, Staemphingen dimidiam Houbam, cum ipſis mancipiis. H. r. t. ſ. *Luitoldus filius eiusdem Luitoldi Comitis, Sigifridus Comes de Liubenawe, Oudelricus de Tecendorf, Adalram de Chambe, Werinher de Weninesdorf, Chounrat de Aſparin, Dietericus de Adilgeriſpach, Hadamar de Chuffarn, Regingerus de Riede, Wilehalm de Chemnaten.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod Luitoldus & ſoror eius Meregart, tradidit ſe libere ſuper altare S. Nicolai pro cenſu quinque denariorum. H. r. t. ſ. *Erchengerus, & frater eius Hartwicus, Adelbrecht de Perbibingen, Liucozn. Oudalrich Eberhart, & frater eius Otto de Ekke.*

Notum ſit omnibus, quale concambium egerunt fratres ſancti Nicolai cum quodam nobile *Oudalſcalcho de Hartheimin* tali predio, quale habuerint his locis Route, Zidelhemin, & apud ſanctum Dioniſium, pro predio, quod ipſe habuit Aſcha, in loco qui dicitur

Mani-

Manigengatern, hoc predium delegatum eſt ſuper aram S. Nicolai per manum Ernuſti fratris ipſius Oudalſchalchi. H. r. t. ſ. *Adalprecht de Malchingen*, *Engilſchalch de Prencingen*, & alii.

Sub eisdem teſtibus delegavit ſuper idem altare prefatus Erneſt predium, quod Adalricus Cuſtos eiusdem comparavit pecunia a Wernhardo de Prambach, quod iacet in loco qui dicitur Roudleichingen.

Idem Erneſt delegavit ſuper eandem aram ſub ipſis teſtibus pratum apud Pouſingen, quod tradidit *Siveridus de Sconheringen.*

Nec hoc oblivioni tradendum eſt, quod quidam miniſterialis S. Stephani, Azilin nomine tradidit ſuper aram S. Nicolai VII. iugera, per manum cuiusdam Friderici pro peccunia, quam debuit reddere pro filio ſuo octo annis.

Num. XXX. circa An. 1150.

Chriſti fidelibus inſinuamus, quod quidam nobilis homo *Baldmarus de Halſe* tradidit ſuper altare S. Nicolai duo mancipia in cottidianum uſum. H. r. t. ſ. *Dietherus frater eiusdem Baldmari*, *Otto de Ekke*, & alii.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo *Dietherus* tradidit ſuper aram S. Nicolai poteſtativa manu curtim unam in loco qui dicitur Wilpach dimidiam, pro remedio anime ſue, alteram partem comparatam ab eo tredecim talentis. H. r. t. ſ. *Baldmarus frater eiusdem Dietheri*, *Oudalſchalchus de Fridesdorf*, *Dietker miniſterialis S. Stephani*, *Luitoldus de Stulperch*, *Wiegnant de Halſe*, *Adelbero de Kelcperch*, inveſtiture teſtis idem Dietherus.

Ad notitiam poſteritatis transmittere curamus, quod quidam nobilis homo Timo tradidit ſuper altare S. Nicolai mancipia Richpurch

purch, & generationem eius. H. r. t. ſ. *Eberhardus de Ekke, Marchwardus filius eiusdem Timonis, Engilmarus, Peringerus, Heinricus de Holzhuſen, Oudalricus, & frater eius Wernherus de Rulleſtorph.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo nomine *Adalbero de Prampach*, tradidit ſuper altare ſancti Nicolai per manum cuiusdam nobilis viri Erniſtonis tale predium, quale habuit ad Stodize poteſtativa manu. H. r. t. ſ. *Oudelſcalcus de Harthaimen, Gotefridus de Houzingen, Adalhalm de Percheimin, Pernolt de Strazheimin, Fridericus de ſuperiori Hartheimin, Oudalricus de Wida, Adalramus de Emilingen, Herdie, & frater eius Lantfrid de Hartheimen, Meginhart de Taleheimen, Piligrimus de Taleheimen, Eppo de Opprechtiſperge, Ermprecht de Ow, Erniſt de Gumpoltigin.*

Num. XXXI. circa An. 1150.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo nomine *Pernoldus*, tradidit ſuper altare ſancti Nicolai pratum quoddam per manum cuiusdam nobilis viri *Oudalſchalci* ipſe, & uxor ſua *Adalheit*, conſenſu filii ſui *Ernuſti*, & filie ſue *Adalheit*. H. r. t. ſ. *Adalolt de Werde, Adalo de Wagraim, Walchoun filius Waſigrimi, Waltherus de Roudlechingen, Roudigerus de Groube, & frater eius Roudprecht, Ortwinus de Wachirſpach, Wiziman de Grizchirchen*, & alii multi.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo *de Grube*, tradidit ſuper altare ſancti Nicolai partem agri. H. r. t. ſ. *filius eius Leo. &c.*

Num. XXXII. circa An. 1150.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam ex familia ſancti Stephani nomine Meginhart, tradidit ſuper aram ſancti Nicolai tale predium, quale habuit apud Harthemen pro re-

medio anime ſue, & parentum ſuorum. H. r. t. ſ. *Aſwin de Wida*, *Gerhoch de Pinzhemin*, *Roudiger Camerarius Epiſcopi Sigehard frater eiusdem Meginhardi*, *Heriman Iſimgrim*, *Rudolf de Geizza*, *Poppo de Erbach*, *Adalrich Ekkolf Monetarius*. Hi omnes Miniſteriales ſancti Stephani, & alii.

Sub eisdem teſtibus, Sigehart frater ipſius Megenhardi delegavit ſuper idem altare predium ſuum, quale habuit Harthemin, & apud Adelgerſtorf ita dumtaxat, ſi ſine ſue conditionis herede obierit, liber ſerviat illi Eccleſie.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis nomine Meginolt, tradidit ſuper altare ſancti Iacobi quoddam predium Dizingin in Elemoſinam egentium ibi manentium, vel venientium, & in ſuffragium filio ſuo Einwich, fecit hoc itaque per manum cuiusdam nobilis viri nomine *Piligrim de Lachingen*. H. r. t. ſ. *Idem Pilgrimus*, *Trouthlipt de Tizingen*, &c.

Num. XXXIII. circa An. 1150.

Non lateat ſanctitatem tam future quam preſentis Eccleſie, quod quidam confratres *Walchounus*, *& Oudelſcalcus de Puchouin* pro religione & concordia anime ſue predium quoddam Dizingen precio trium talentorum redemerunt, quod etiam tradiderunt ſuper altare ſancti Iacobi tali conditione, ut ipſis prenominatis, & fratri Marcwardo, qui tunc temporis huic prefuit loco, per longanimitatem vite ſue deſerviat, ſi vero ſpiritu pietatis commoniti frugalitati ipſius predii renuntiaverint, ipſum predium Deo in domo ſancti Iacobi ſervientibus perpetuo ſubminiſtret.

Num. XXXIV. Anno 1150.

Noverint omnes Chriſti fideles, quod ego *Wergandus Liber de Roumting*, tradidi per manum *Dietrici Comitis Formbacenſis*

ſuper

ſuper altare ſancti Nicolai apud Pataviam pro remedio anime Mechtildis uxoris mee ibidem ſepulte, de hereditatibus & poſſeſſionibus meis duo predia unum in Mortkazze, & aliud ad Daubenford, ut ex his mee uxoris agatur memoria. Huius traditionis teſtes ſunt predictus Comes eiusdem Eccleſie advocatus, *Leutoldus Comes de Pleigen*, *Sifridus Comes de Luitenawe*, *Baldmarus de Halſe*, *Hadmarus de Chuffarn*, *Wilhalmus de Chemnaten*, & plures alii.

Num. XXXV. Anno 1150.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo Waltfridus delegavit tale predium, quale habuit Chaltenpach preſente Rapotone Advocato. H. r. t. ſ. *Idem Rapoto*, *Comes Dietricus de Poumgarten*, *Engilſcalcus de Roumtingen*, *Wernhardus de Oſterna*, *Wernhardus de Engilhartsheim*, *Pilgrimus Babo*.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod *Baldmarus de Halſe* tradidit duo Mancipia pro cenſu quinque Denariorum ſuper altare ſancti Nicolai, Roudigerum & Chazilinum.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam miniſterialis S. Mauricii Chounradus nomine de Nuinmiche, tradidit ſuper altare S. Iacobi quatuor mancipia pro cenſu quinque denariorum. H. r. t. ſ. idem *Chunradus Cumpoldus de Walzingen*. *Axilinus Megnolt de Diecingen*, *Pernhart de Hage*, *Erchengerus Gemmunt*.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter *Pilgrimus* nobilis homo *de Iakkigen* tradidit ſuper altare ſancti Iacobi tale predium, quale habuit *Megenolt de Diecingen* poteſtativa manu comparatum ab eo & uxore, & a filiis ſuis VI. talentis, & ſexaginta denariis queſita, & inquiſita, culta & inculta, h. r. t. ſ. idem *Pilgrimus de Iakkingen*, *Tiemo de Diecingen*, *Sizo de Walzingen*, *Penzo Gemmunt*, *Engilſcalch filius fratris Marcwardi*, *Marcwart de Diecingen*, *Eberhart Oudelſcalch*, *Chadelhoch de Swainperge*, *Wernher de Iakkingen*.

Num. XXXVI. circa An. 1150.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam Chounradus nobilis cum uxore ſua Waltrat tradidit ſuper altare S. Nicolai XII. mancipia pro cenſu quinque denariorum.

Inſuper tradidit tale predium, quale habuit Randolfigen per manum nobilis viri *Eberhardi de Ekke.* H. r. t. ſ. *Erchenbertus de Steine, Chadelhouch, & frater eius Siboto.*

Chounigunt converſa S. Nicolai tradidit ſuper altare S. Nicolai pro cenſu quinque denariorum quatuor mancipia.

Num. XXXVII. circa An. 1137.

Ego Oulricus Prepoſitus cum diſtinguerem quedam predia pro veſtibus fratrum, quibus prius de Camera Prepoſitorum providebatur, conſervavi michi, & ſucceſſoribus meis minora ſervicia, & inſtitutiones excepto lino & pullis, qui in autumpno cum ſtatuto ſervicio dari ſolent.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo *Eberhardus de Ekke* tradidit dimidiam Houbam ad Phafigne, & curtim ad Noſipach in preſentia uxoris ſue Adelheit pro remedio anime ſue, & omnium parentum ſuorum.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo *Marewardus de Creuzbach* tradidit ſuper altare S. Nicolai predium, quale habuit Creuzbach, ſilvis, pratis, cultis & incultis.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod Adalricus Cuſtos huius Eccleſie comparavit tale predium, quale habuit *Loutfridus Rantolfingin* duobus talentis, & ſexaginta nummis.

Inſuper comparavit idem Adalricus tribus talentis dimidiam Houbam Phafigne, quale habuit *Eberhardus de Ekke.*

Notum

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo *Adalramus de Frigendorf*, tradidit quoddam predium Talheim ſitum ſuper altare S. Nicolai.

Num. XXXVIII. circa An. 1150.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo *Roudpertus de Huzingen* conſenſu uxoris ſue Agathe tradidit ſuper altare S. Nicolai mancipium ad cenſum quinque denariorum nomine Hailca.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod quidam ſacerdos nomine Megingoz tradidit ancillam ſuper altare S. Nicolai pro cenſu quinque denariorum. H. r. t. ſ. *Oudalricus de Willeheringen, Waltherus de Lenginoue, Siboto de Porinheim, & filius eius Siboto, Rikker de Orto, Marcwardus de Allenchoven*, de quibus ſupra dictis mancipiis fuit Hartwicus Magiſter eorundem.

Noverint tam preſentes, quam futuri, quod quidam Machalmus tale predium, quale habuit in Borzze, ſuper altare S. Nicolai per manum cuiusdam Ekkerici pro remedio anime filii ſui Wernhardi tradidit. C. r. t. ſ. *Rikkerus de Weſen, Ekkericus Manegoldus de Ahaim, Dietricus Poppo de Niwinchirch, Heinricus Chunradus frater eius de Eichinberch*, & alii quam plures.

Noverint omnes Chriſti fideles, quod quidam *Sigefridus de Swerttegern* quinque mancipia ſuper altare ſancti Nicolai manu poteſtativa tradidit.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod *Herrant de Oſterna* tradidit quoddam mancipium Heinricum ſuper altare S. Nicolai ad cenſum quinque denariorum.

Num. XXXIX. circa An. 1150.

Notum ſit Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, *Oudalricum de Beuevenrout* patre ſuo adhuc vivo rogante, pre-

dium Mezenbach ſitum tradidiſſe ſuper altare S. Nicolai ea videlicet conditione, ut eo, & filio ſuo *Roudigero* vivente annuatim quinque nummos debeant perſolvere, poſt mortem vero amborum, vel ſi prius diſpoſuerint fratres, in uſum eorum non parvipendent redigere.

Sub eisdem teſtibus frater Waltfridus pratum, quod accepit de manibus *Comitis Ekkeberti* miniſterialibus ſuis preſentibus *Rapotone de Suawedorf*, *Oudalrico de Eſcenpach* cuius pratum fuit, tradidit ſuper altare S. Nicolai.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, tam preſentibus, quam futuris, quod quidam nobilis homo *Gebehardus de Appetesdorf* tradidit tale predium, quale habuit *Appatesdorf* ſuper altare S. Nicolai queſitum, & inquiſitum, cultum & incultum cum molendino, & cum omnibus mancipiis ſuis excepto Adalberto & fratre ſuo Sigifrido, & Heinrico per manum cuiusdam nobilis viri *Wilehalmi de Gamhartesdorf* pro remedio anime ſue & parentum ſuorum. H. r. t. ſ. ipſe traditor *Willehalmus Adalramus de Frigendorf*, *Roudigerus Judex*, *Roudigerus de Holceshuſen*, *Siboto de Tanperch.*

Noſcant fideles Chriſti, tam preſentes, quam futuri, *Manegoldum de Mitich* cum uxore ſua tradidiſſe ſuper altare S. Nicolai pratum pro remedio anime ſue.

Hi ſunt teſtes abnegationis, quam fecit Dominus *Heinricus de Rotingen* predii ibidem ſiti, *Oudalricus de Ezinbach*, *Erbo de Mitiche*, *Herrant*, *Routmar*, *Winther*, *Rgeinhart*, *Gemmunt*, & alii.

Num. XL. circa An. 1150.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter Gertrut, & ſoror eius Adalheit tradiderunt ſuper altare S. Nicolai quoddam mancipium nomine Peringerum ad cenſum quinque denariorum.

Huius

Huius r. t. ſ. *Pabo de Chalchgrube, Erchinger & filius eius Ereſinger & Penvin de Gotinsdorff.*

Noſcant fideles Chriſti tam preſentes, quam futuri, quod quidam nobilis homo *Meingozus de Pergen* VIII. mancipia, ſicut de manibus Domini *Marcward de Sluinze*, ex cuius familia erant, apud Subene preſente Domino Chounone ibidem Prepoſito cum fratribus ſuis Domino Rudolfo & Dietwino, & preſentibus Domino *Hermano de Lochheimen*, *Heinrico de Swente*, *Hartwico de Scrotſperge*, *Diemaro de Alhartingen*, *Iſinrico*, & aliis quam plurimis huius ſuſceptionis teſtibus ſuſcepit, & fide dictavit, tradidit ſuper altare S. Nicolai cum omni poſteritate ſua ad cenſum quinque denariorum.

Hi ſunt teſtes cuiusdam nobilis viri *Erniſtonis*, qui ſe ipſum tradidit ſuper altare S. Nicolai ad cenſum quinque denariorum, Alberich pater eiusdem Erchinger Ekkerich, & alii plures.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Pertoldus de Reimpach* tradidit quoddam predium Randolvinge ſuper altare S. Nicolai.

Noſcant Chriſti fideles, quod quedam nobilis mulier Liukardis legitima traditione ſemetipſam Cenſualem fecit, ſub cenſu quinque denariorum ſuper altare S. Nicolai. H. r. t. ſ. *Irmprecht de Mitiche*, *Chounradus*, *Woubile*, *Arnoldus*, & alii plures.

Ad notitiam poſteritatis transmittere curamus, quod *Roudigerus de Holzhuſen* tradidit ſuper altare S. Nicolai predium, quod habuit *Hartheimin*, ipſo teſte *Roudigero* & ceteris adhibitis, *Ougo de Bazcricheſwanne*, *Rickerus de Lengenmawe*. &c.

Num. XLI. Anno 1150.

Notum ſit omnibus Eccleſie filiis, tam futuris, quam modernis, Concambium inter Canonicos Eccleſie ſancti Nicolai, & fratres

tres de Alderſpach. Nam prefati fratres tradiderunt ſuper altare ſancti Nicolai predium, quod habuerunt Appatesdorf, pro commutatione decimationis recepte ab Eccleſia ſancti Nicolai in loco nuncupato Gumbrechtingen. H. ſ. t. *Adalramus de Chambe, Erchinprecht de Moſepach, Wergant de Roumtingen, Diterich de Paumgarten, Adelber de Zeholſingen, Heinrich de Helphawe.*

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod quedam nobilis mulier Mathildis nomine, & liberi eius Roudigerus, Arnoldus, Hadewig legitima traditione ſe ipſos cenſuales fecerunt ſuper altare ſancti Nicolai ſub cenſu quinque Denariorum.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod Wezela ſoror noſtra tradidit ſuper aram ſancti Nicolai rogatu ſororis eius Adalheit, ad cenſum quinque Denariorum Pertham, & filias eius Elliſam, & Adalheit. H. r. t. ſ. *Fridericus de Selhoube, Aribo de Wolfpazzinge.*

Ad notitiam poſteritatis transmitimus, quod quidam nobilis *Otto* nomine *de Ekke*, tradidit ſuper altare ſancti Nicolai pro remedio anime ſue predium, quod poſſedit Salmam cum Mancipiis predictis ſcilicet Salmanum cum liberis ſuis, hec traditio facta eſt per manum fratris predicti Ottonis, *ſcilicet Eberhardi de Ekke.*

Num. XLII. circa An. 1150.

Ad memoriam omnium revocamus, quod *Gumpoldus de Pornheime* tradidit ad aram ſancti Nicolai predium apud Rotingen, quod a fratribus eiusdem Eccleſie Concambio acquiſierat cum predio, quod commutatione ſibi tradiderunt apud Wilheimen. H. r. t. ſ. *Gotfrit Briſenouz, Wernher de Aſenheimen*, & alii ex familia Eccleſie.

Noverint univerſi Chriſti fideles, quod ego *Wergandus Liber de Roumting*, tradidi pro ſalute anime mee ſuper altare ſancti Nicolai

colai apud Pataviam de hereditalibus poſſeſſionibus meis duo honeſta predia, quorum unum vocatur Morkazze, & aliud Paubendorf. Huius traditionis teſtes ſunt: *Dietricus Comes de Formbach, Advocatus Eccleſie, Liutoldus Comes de Plain, Sifridus Comes de Liubenawe, Balmarus de Halſe, Hadmarus de Chuffarn, Wilhelmus de Chemnaten.*

Num. XLIII. circa An. 1170.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod nos Siboto Dei gratia Prepoſitus, & Conventus Eccleſie ſancti Nicolai Patavie, comparavimus apud *Rudolfum de Hetzmanſtorf* predium quoddam, quod ipſe habebat ibidem. H. r. t. ſ. *Eberwinus de Hetzmansdorff, Oulricus, Dietricus de Ekke*, & alii quam plures.

Memorie tam futurorum, quam preſentium committimus, qualiter fratres de ſancto Nicolao, & quidam Pilgrimus, & uxor eius Gerdrudis nomine de Smidingen inter ſe convenerunt, ſuper quadam curia, quam iidem fratres ſancti Nicolai in Lintheimen poſſident; ſupradictus ſiquidem Pilgrimus datis quatuor talentis eisdem fratribus eandem curiam ad dies vite ſue, & uxoris ſue, & cuiusdam filii ſui Herbordi nomine hac conditione obtinuit, ut annuatim viginti ſolidos in feſto omnium Sanctorum inde ſolvant, & ſexaginta denarios Prepoſito ſingulis annis conferant, propterea bis in anno ad placita legitime ſibi indicta veniant.

Num. XLIV. circa An. 1170.

Notum ſit omnibus, tam futuris, quam preſentibus, quod domina *Chunegund de Planchenberge*, tradidit poteſtativa manu ſuper aram ſancti Nicolai predium in Agilsberge, quod poſſident Hebert, & Pernger. H. r. t. ſ. *Oulricus de Luibolvingen, Otto de Planchenberge, Liutolt de Berbingen, Alram de Birchenſtaine, Pabo de*

Libenſtaine, *Hildebrant*, *Albrant*, *Geriche de Planchenberge*, *Chaloch de Walde*, *Diether de Sconering*, & alii de familia ſancti Nicolai.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod quidam *Pezelinus de Straxzeheim* tradidit ſuper aram S. Nicolai quinque mancipia ad cenſum quinque denariorum. H. r. t. ſ. *Gotefridus Meginhardus de Hartheim*, *Oudalrich de Gumpotinge*, *Marcwardus frater* eius, & alii.

Num. XLV. circa Annum 1170.

Noſcant omnes Chriſti fideles tam futuri, quam preſentes, quod nobilis vir *Engilhertus de Planchenberch*, tradidit ſuper altare ſancti Nicolai predium, quod *Marchwardus* converſus emit *a Chadelhoho*, & matre eius *Pezela Parſchalchingen*. H. r. t. ſ. *Adelram de Chambe*, *Chraft de Richenbach*, *Otto & frater eius Engilbertus de Stuben*, *Roudiger de Aheim*, *Dietmarus de Eccleſia S. Marie*.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Engilboldus de Perndorf* tradidit ſuper altare S. Nicolai predium *Perndorf*, quod comparavit a fratribus *Alderſpach*, per manum cuiusdam nobilis viri *Hilpoldi de Einrichsdorf*. H. r. t. ſ. *Heinricus & filius eius Heinricus de Perndorf*, *Pertholdus de Einhartesdorf*, *Siboto de Oulhalmingen*, & alii.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod quidam liber vir nomine *Otto* ſe ipſum tradidit ſancto Nicolao, ſine omni contradictione, ea conditione, ut ſingulis annis cenſum quinque denariorum perſolveret. H. r. t. ſ. *Counradus & frater eius Oudalricus de Oſternperch*, *Eberwinus*, *Ekkericus*, *Erchingerus*.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quedam Domina de miniſterialibus nomine *Adalbirn* tradidit agrum unum ſuper altare S. Nicolai pro remedio anime ſue. H. r. t. ſ. *Oudalricus maritus eius & filius eius Oudalricus*, *Erneſte de Hartheim*.

Notum

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam miniſterialis ſancti Stephani nomine *Porno de Holzhuſen* delegavit ſuper aram S. Nicolai iugerum, ſitum in loco qui dicitur Hartheimen, petente, & tradente illud manu ſua Domino *Porno de Widehe*. H. r. t. ſ. idem *Porno Erneſt de Hartheim*.

Num. XLVI. circa An. 1165.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis *Hermannus* nomine *de Tanna* tradidit ſuper aram S. Nicolai Liutoldum & uxorem eius, in ſervicium Eccleſie. H. r. t. ſ. *Rapoto de Ramiſawe*, *Gerolt Oudalrich*, *Walto & Ëigil de Primpach*.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo *Siboto de Steinperch* tradidit ſuper aram S. Nicolai tale predium, quale habuit frater ſuus *Oudalricus Steinperch*, comparatam a filiis ſuis quinque talentis. Inſuper idem Siboto tradidit predium, quod ipſe habuit Steinperch, tradidit etiam ſex mancipia, ad cenſum quinque denariorum. H. r. t. ſ. *Siboto*, *Erneſt de Hartheim*, *Dietmarus de Tabrethshuſen*, *Siboto de Ouhalmingen*, *Erchengerus*, *Sirolo*, *Luitoldus*, & alii plures.

Sub eisdem teſtibus ſupradictus Erneſt, quidam nobilis homo de Hartheim tradidit ſuper aram S. Nicolai predium quoddam Lintheim comparatum ab Adalberto viginti duobus talentis.

Num. XLVII. circa An. 1160.

Notificamus cunctis Chriſti fidelibus, qualiter miniſterialis Eccleſie Patavienſis Wezel nomine, reſignavit domino ſuo *Albuoni Epiſcopo* quinque mancipia, ea conditione, ut ſancto Nicolao in proprium iure perpetuo ab ipſo darentur, quod & factum eſt iuxta petitionem ipſius Wezelonis. H. r. t. ſ. hic ipſe *Wecel*, *Goteſcalcus de Halenchoven*, *Adalramus*, *& frater eius Adalbertus de Chambe*, *Roudegerus de Aheim*, cum univerſo Capitulo.

Notificamus etiam posteritati nostre, quod quidam nobilis vir Oudalricus nomine, filius videlicet *Ottonis de Struben*, tradidit super altare S. Marie in superiori Capella mancipium unum, Elisabet nomine, cum predio suo, quod habuit Chozivvenheim. H. r. t. s. *Otto Pater ipsius Oudalrici, Aribo de Newenhoven, Pabo & Walquinus de Gazehwis, Karvrus & Albwinus de Amharstorf, Siboto*, & alii.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod quidam nobilis homo *Richherus de Lengennowe* tradidit per manum cuiusdam nobilis viri *Wernhardi de Prampach* super aram S. Nicolai Adalrammum, & liberos eius. H. r. t. s. per aurem tracti. *Wernhardus idem*, qui delegavit, & alii plures.

Num. XLVIII. circa An. 1165.

Notum sit Christi fidelibus, quod *Gumpoldus de Pollenheim* abdicavit duo predia, scilicet Caroli cuiusdam Sacerdotis & Waltfridi fratris nostri super aram sancti Nicolai, presente *Comite Rapotone, & Advocato nostro*. H. r. t. s. per aurem tracti, *Engelscalcus de Roumentingen, Pernhardt de Lerchenvelde, Wernhart, & frater eius Richkerus de Rotowe, Siboto de Ainhartesdorf, Altman de Liubolvinge, Chounrad, Hademar*, & alii.

Num. XLIX. circa An. 1160.

Notum sit Christi fidelibus, quod *Hallenses Comites Gebehardus, & frater eius Dietricus*, tradiderunt super aram sancti Nicolai Wernhardum, & fratres eius Oudalricum Pernhardum in servicium fratrum iure perpetuo. H. r. t. s. per aurem tracti, *Richkerus, & filius eius Richkerus, Engelscalcus de Roumentingen, Heinricus de Gravindorf, Gumboldus de Pornheim*, & ali.

Insinuamus etiam posteritati nostre, quod *dominus Manegoldus de Mitichen, & uxor sua Outa*, tradiderunt super aram sancti Nicolai

colai per manum cuiusdam nobilis viri *Dietrici de Houttingen* pro remedio anime ſue & parentum ſuorum tale predium, quale habuit *Hauſheim*. H. r. t. ſ. ipſe *Dietricus* qui delegavit, *Scroto*, *Oudalricus preco & filius eius Eberwinus*, & alii plures.

Tradidit etiam idem *Manegoldus* per manum Domini *Wilehalmi* unam *Hofeſacham*. H. r. t. ſ. *Fridericus de Pezenbach*, *Leutoldus de Vilſe*, *Chounradus*, *Werenhardus*, & alii ſupra dicti teſtes.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod Dominus *Fridericus de Pezenbach* tradidit ſuper aram S. Nicolai tale predium, quale habuit *Perbubingen* unum apud ripam per manum *Leutoldi* cognati ſui.

Notificamus Chriſti fidelibus, quod *Arbo de Mitiche* tradidit ſuper aram ſancti Nicolai quoddam predium *Mitiche* pro remedio anime ſue. &c.

Num. L. circa Annum 1165.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam Sacerdos *Wintherus* tradidit predium *Wiſchilburch* ſuper aram ſancti Nicolai per manum *Wolframmi de Perchem*, *preſente Epiſcopo Diepaldo*, & Canonicis & miniſterialibus. H. r. t. ſ. *Oudalricus comes frater Epiſcopi*, *Amelbertus*, *Reginhardus frater predicti Wintheri*, *& filius eius Chounradus*, *Arbo de Mitiche*, *Marcwardus de Swiber*, *Waltherus Judex*, *Wernhardus & frater eius Wergandus*, & alii plures.

Prefati *Wintheri* ſorore *Wentelburg*, filiisque ſuis *Adalramo & Roudberto* preſentibus & annuentibus, & ſi quid ſue partis erat renuntiantibus, dato ſibi *ab Hermone* prepoſito eiusdem Eccleſie talento. &c.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod quidam *Albero de Widingen* tradidit ſuper altare S. Nicolai quoddam predium, nomine *Re-*

ginhalminge pro remedio anime ſue, & hoc ſub his teſtibus, *Arbo de Mitiche*, *Reginhardus & frater ipſius Alberonis*, *Erckengerus. &c.*

Omnibus Chriſti fidelibus notificamus, quod quidam *Caſtil* nomine *de Naumaringen* ttradidit ſuper aram ſancti Nicolai Ancillam ſuam nomine *Ruzilam*, & filiam eius *Liudegart*, & cum omni poſteritate ſua ad cenſum quinque denariorum. &c.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod quidam *Chadelhous* nomine ex familia ſancti Nicolai tradidit predium quoddam *Hartheim* per manum *Erneſti de Hartheim* ſuper aram ſancti Nicolai. H. r. t. ſ. *Arbo de Mitiche*, *Fridericus*, *Hartwinus & Wernhardus de Aniſize*, *Oudalricus*, & alii plures.

Sub eisdem teſtibus idem *Erneſt* tradidit aliud predium ſitum in loco, qui dicitur *Herdinſtorf* ſuper aram ſancti Nicolai.

Num. LI. circa Annum 1165.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Engelbertus de Stuben*, miniſterialis ſancti Stephani tradidit ſuper aram ſancti Nicolai quatuor manſos per manum cuiusdam nobilis viri nomine *Roudberti*, unum *in Aſcha*, alium *Stemprokke*, tertium, in *Entisgraben*, quartum *Ekrisdorf*. H. r. t. ſ. idem *Roudpertus*, *Gumpoldus de Pornheim*, *Heinricus de Echenheim*, *Marchwardus & filius eius Chounradus de Swiber*, *Willehalmus Monetarius*, *Walchoum & frater eius Waſigrim*, *Roudpertus*, *Pertoldus*, *Frideritus*, & alii plures.

Omnibus Chriſti fidelibus inſinuamus, qualiter *Wirat* miniſterialis ſancti Stephani, ſoror *Alberonis* Plebani *de Wachinchirchen*, tradidit ſuper altare ſancti Nicolai predium in loco, qui dicitur *Ditensheim*, per manum *Heinrici*, qui dicitur *Amaizze* pro redemptione anime ſue, & omnium parentum. H. r. t. ſ. *Engelbertus de Plangenberg*, *Wernherus de Grizzebach*, *Adalbertus & frater eius Adal-*

ramus

ramus de Chambe, Roudiger de Holcehuſen, Walchoun de Schledorf, Heinrich de Spileberch, Siboto de Blanchenberge, Immo Urbanus de Civitate, & alii.

Notum ſit Chriſti fidelibus, tam futuris, quam preſentibus, qualiter fratres ſancti Nicolai comparaverunt predium, quod dicitur *Riſcherm* octo libris, ad hominem, qui dicitur *Adalgotus*, quod poſtea petitione ipſius *Adalgoti* filiorumque ſuorum, *Marchio Pertoldus Iunior* delegavit in manum cuiusdam nobilis viri, *Oudalrici*, eo tenore, ut idem *Oudalricus* perſolvat eandem delegationem huius predii ſuper altare ſancti Nicolai. H. r. t. ſ. *Arbo de Houcebach*, *Arbo de Mitiche*, *Oudelſchalcus*, *& Oudalricus*, *miniſteriales Marchionis*, *Reginoldus de Niwenburch*, *Wikkerus de Vogelharen*. Quod poſtea idem *Oudalricus* delegavit poteſtativa manu ſuper aram ſancti Nicolai. H. r. t. ſ. *Arbo de Mitiche*, *Hermannus*, & alii conplures.

Num. LII. circa Annum 1170.

Noſcant Chriſti fideles, quod quidam *Pabo* nomine tradidit ſuper aram ſancti Nicolai ſervum nomine *Alberonem* in cottidianum ſervitium fratrum ibidem degentium, pro ſervo, quem frater ſuus occidit, per manum *Engilſchalci de Roumentingen*, preſente advocato *Comite Rapotone*. H. r. t. ſ. *Engilſchalcus de Roumentingen*, *Fridericus de Sigenheim*, *Chounradus de Harbach*, *Henricus de Sigenheim*, *Gebehardus de Brambach*, *Chounradus de Pouirpach*.

Memorie omnium Chriſti fidelium tam preſentium, quam futurorum tradimus, quod quidam venerabilis Sacerdos nomine *Herbertus* quoddam predium *ad Heingen*, atque eiusdem predii aream, pro qua ſibi opitulariam aliam reſtituit ſub cenſu duorum denariorum diebus vite ſue, & quicunque de fratribus ſuis unus tantum ſucceſſerit, annuatim quindecim numos perſolvat, tradidit ſuper altare

tare ſancti Nicolai pro remedio anime ſue & ſalute omnium debitorum ſuorum tam vivorum, quam mortuorum, quibus defunctis predium redigatur in quantoscunque uſus terra perſolvere potuerit. Huius vero traditionis delegator fuit *Roudbertus Avunculus ſuus de Puchperch*, qui etiam delegavit eo tenore, ut ſupra dictum eſt. Cuius traditionis teſtes denotantur idem *Roudbertus*, *Arbo de Mitiche*, & alii.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Gumpoldus* miniſterialis ſancti Stephani tradidit ſuper aram ſancti Nicolai ſervum nomine *Sibotonem* in cottidianum uſum fratrum. H. r. t. ſ. *Heinricus de Tutilingen*, *Sibotho*, & alii.

Num. LIII. circa Annum 1170.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod Dominus *Porno de Holchuſen frater Roudgeri* tradidit ſuper aram ſancti Nicolai partem agri ad Studa, pro remedio anime fratris ſui.

Omnibus Chriſti fidelibus inſinuamus, quod quedam Matrona Iudita nomine miniſterialis ſancti Stephani tradidit ſuper aram ſancti Nicolai unam curtim *Untelingen*, & unam Houbam *Wanheim* per manum cuiusdam nobilis viri *Wolfganki de Riede*. H. r. t. ſ. ipſe qui delegavit *Engilſchalcus de Roumentingen*, *Eberhard de Ancwaltesdorf*, *Fridericus de Mouleheim*, *Marcwardus de Otelingen*, *Dietmarus de Hage*, *Pilgrimus de Houſheim*, *Roudolfus & frater eius Heinricus de Unteling. &c.*

Sub eisdem teſtibus tradidit quidam miniſterialis ſancti Stephani nomine Gumpoldus filius predicte Judite ſuper aram ſancti Nicolai predium, quod habuit *Frigindorf & Erpurch*, cum vineis ibidem ſitis, & unam ſtabulariam curtim per manum ſupradicti Wolfkangi.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod *Oudalricus de Pollenheim* tradidit ſuper aram ſancti Nicolai Leniam cum liberis ſuis ad cen-

ſum

ſum quinque denariorum pro remedio anime ſue. Huius rei Teſtes ſunt: *Chadelhous Iudex de Valchenſtein, Albrant de Visbach, Giſilolt de Hugenberge, Pertholdus Stale. Rapoto de Steinchirch, Siboto de Raine.*

Noverint omnes Chriſti fideles, quod quedam Berta tradidit ſuper altare ſancti Nicolai de Patavia manu ſua predium, quod habuit Chophingen, per manum cuiusdam liberi nomine Hecke ſub his Teſtibus: *Alram de Spaningen, Oulrich de Gumtingen*, & alii plures.

Num. LIV. circa An. 1190.

Significamus omnibus Chriſti fidelibus, quod Rikkerus de Wilpach conſenſu Comitis *Rapotonis* cum uxore ſua, & filio id ipſum conſentientibus tradidit dimidiam houbam Eccleſie ſancti Nicolai, pro remedio animarum ſuarum. Eſt autem in eodem predio molendinum unum, quod Dominus *Engilmarus* Prepoſitus ſancti Nicolai cum conſenſu fratrum ſuorum *Hezeloni de Talheim* in beneficium conceſſit hac interpoſita conditione, ut ipſe ad tempus vite ſue molendinum habeat, & poſt mortem ſuam idem molendinum & dimidia houba, quam a prefatis Canonicis quinque talentis comparaverat, in poſſeſſionem Canonicorum rediret. Reſignavit etiam dimidiam houbam in manus predicti Prepoſiti, & eam ab ipſo in beneficio accepit, ad tempus vite ſue hac lege, ut ſingulis annis cenſum in teſtimonium Eccleſie ſancti Nicolai deferat. Horum omnium Teſtes ſunt, *Wernhartus de Rotowe, Wernhardus de Orte, Arbo de Mitiche, Chounradus de Merſiwanch, Hermannus de Sazebach, & idem Hezelo de Talheim. Oudalricus de Ahtail & filius eius Heinricus Richkerus, Roudmarus de Mitiche, Chounradus de Giſenperge, Chunradus Mannel. Dietmarus Erchengerus, Albrandus Roudolfus Heinricus Plaſſe.*

Num. LV. circa An. 1170.

Notificamus Chriſti fidelibus, quod *Ortolfus de Giezzechirchen* miniſterialis Marchionis de Stiere, tradidit quoddam predium Tegerbach ſuper altare ſancti Nicolai poſt obitum vite ſue ea lege, ut annuatim perſolvat quinque denarios, quod videlicet predium comparavit a quodam Alberone decem talentis poteſtativa manu pro remedio anime ſue tradendum.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod quedam Machtildis nomine Soror Dietmari *de Benwentenroute* tradidit ſe ipſam ſuper altare ſancti Nicolai cum omni poſteritate ſua, ad cenſum quinque denariorum.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod Dominus Fridericus filius Adalberti de Perge, tradidit quoddam mancipium nomine Itam ſuper aram ſancti Nicolai. Huius rei Teſtes ſunt, *Oudalricus de Marbach*, *Hugo Einwicus de Chouliube*, *Gotfridus de Paine*, *Oudelſcalcus de Groube*, *Cholo de Choliube*, *Liupoldus*, & alii.

Num. LVI. circa An. 1190.

Notificamus Chriſti fidelibus, quod *Dietricus Comes de Vietenſtein* tradidit ſuper aram ſancti Nicolai Gerlindam ad cenſum quinque denariorum, huius rei Teſtes ſunt: *Heinricus de Piburch*, *Richkerus de Weſen*, *& frater eius Wernhardus*, *Roudbertus Stale*, & alii.

Num. LVII. circa An. 1190.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod *Rapoto Comes de Ortenberch* tradidit predium nomine Aizzephsheim, ſuper aram ſancti Nicolai pro remedio patris ſui *Rapotonis Comitis*, preſente *Heinrico fratre ſuo & Comitiſſa matre eorum*, huius rei Teſtes ſunt: idem *Rapoto Comes & Heinricus frater eius*, *Dietricus de Poingauen*, *Fride-*

ricus

ricus de Sigenheim. Heinricus de Torringen, Oudalricus de Liubolvingen, Heinricus de Taleheim, Wernhardus de Rotoue, Ebo de Miſchmule, Gebehardus de Puirpach, Salman de Ahſte, Albrandus Dietmarus, & alii plures.

Unum baptiſma, unam fidem confitentibus notum ſit. Qualiter Engelbertus de Planchenperch tradiderit predium ſuum ſitum in Matenheim, pro remedio anime filii Dietmari & omnium parentum ſuorum, ſuper aram ſancti Nicolai, ita tamen ut ſit in defenſione eius. Huius rei Teſtes ſunt: *Kalochus de Valchenſteine, Marcwardus, Oudalricus filius ipſius Engelberti, Siboto Tobrizze Turnoch de Schaltaren, Herrandus, Walchoun, Einwicus de Viſchbach, Liuchard, Urbanus, Pernhardus de Iltesgau, Willehalmus a Breſteine, Fridericus, Oudalricus de Planchenberc, Arnoldus de eodem, Gozoldus de Griezbach,* & alii.

Num. LVIII. circa Annum 1185.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter Patavienſis Epiſcopus *Diepaldus* tradiderit fratribus ſancti Nicolai in proprietatem dimidiam *Houbam in Dornnach.* H. r. t. ſ. *Hadmarus de Ahuſen, Richkerus de Weſen, Liutoldus de Sauerſteten, Albertus de Iahenſtat, Dux Pertoldus, Dietricus Comes Halenſis, Engelbertus de Planchenberc, Wernherus de Griezberc, Ortolfus de Griezchirchen, Arbo de Mitiche, Alegerus de Scobenberg, Waltherus Dapifer, Dietmarus Albrandus, Wernhardus, Chounradus fratres,* & alii quam plures.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quedam Chunigundis nomine *de Hartheim* tradidit ſuper aram ſancti Nicolai agrum in Allenchoven pro remedio anime ſue. H. r. t. ſ. *Willehalmus de Hartheim, Roubertus frater noſter, Megenhardus filius Megenhardi Chrahar, Heinricus de Hartheim, Gotſcalcus Degenhardus.*

Notum ſit omni poſteritati, quod quidam nobilis homo *Oudelſcalcus* nomine *de Pazrichesdorf* tradiderit predium ſuum in Volchesdorf ſuper aram ſancti Nicolai in proprietatem, & mancipia ad cenſum quinque denariorum. H. r. t. ſ. *Pabo de Zuligen*, cuius manu delegatio iſta facta eſt, *Oudalricus filius Engilberti de Planchenberc, Ekkolfus de Warte, Kalhous de Valchenſteine, Fridericus de Weſen, Liutoldus de Sauerſteten, Ortolfus, Wernherus, Wernhardus Stalle, Chounradus de Haſelberc, Oudalricus de Nordenberc, Waltherus Eninchel, Liudhartus, Dietmarus, Pilgrimus, Dietmarus, Otto de Haſelbach, Siboto Wernhardus Winziger, Adalbertus de Liutprantesdorf. Roudigerus de Schambach, Chounradus de Schachen*, & alii multi.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter quidam nobilis homo *Adelbrandus* nomine tradiderit predium ſuum Erlolfesdorf, manu delegatoris ſui Ekkerici de Hugenperge ſuper aram S. Nicolai. H. r. t. ſ. *Oudalricus de Nordernbach, ipſe Albrandus & Ekkericus*, & alii quam plures.

Ego *Oulricus de Stoderpach* dedi pro remedio anime mee, & omnium parentum meorum ſuper altare S. Nicolai per manum Salmanni *Ekkerici de Hugenberg* duo predia in Aunpach, quorum unum habet mediam houbam, alterum, in quo reſidet Engesdich quartale hoube, ſub teſtibus prenotatis.

Dedi etiam ſub eisdem teſtibus eidem Eccleſie per manum Salmanni *Meinhardi de Uronperg* liberi hominis exiſtentis agrum meum in Toutzſing pro remedio anime uxoris mee.

Num. LIX. circa An. 1190.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam miniſterialis ſancti Stephani *Engelbertus de Struben*, tradidit ſuper altare ſancti Nicolai per manum *Okkeri Curiam in Waſen Wurgendorf* & aliam

aliam Curiam per manum *Oudalrici fratris ſui* ſuper montem predium *in Grube*, predium *Silberberge*, predium prope *Weſtounowe*, predium ubi *Roudpertus* locatus eſt, aliud predium, quod poſſedit *Waltherus*, & aliud predium *Reginoldus*, & aliud iuxta *Fabrum Reginoldum*, & aliud predium *in Wibaren*, predium *in Litten*, *Wernhardi vineam in Aſchawinchilen*, *Giſenberc*. H. r. t. ſ. ipſi dedelegatores, *Oudalricus, & fratres eius*, *Okkerus Raffoldus de Hovingen*, *Otto de Nordenbach*, *Dietricus de Haibach*, *Wolfkang, & filius eius Dietmarus de Riede*, *Reginoldus de Niwenburch*, *Roudmarus de Mitiche*, *Otachar de Rotingen*, *Winto de Ouffeheim*, Urbani noſtri *Luithardus*, *Dietricus Lambertus*, *Einwinus filius Luithardi*, *Heinricus Marcwardus*, *Wernherus de Valchanſtein*, *Dominus Prepoſitus*, & alii.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod quidam *Siboto de Brambach* tradidit ſuper altare ſancti Nicolai poteſtativis manibus pro ſuo, ſuorumque parentum ac debitorum remedio, quedam mancipia.

Num. LX. circa An. 1185.

Noticie omnium ſignificamus, tam futurorum, quam preſentium, qualiter deciſa ſit lis, que agitabatur inter fratres S. Nicolai, & filios Domine *Perthe de Aheim*, de predio, quod ſitum eſt in Frigendorf, quod Mater Perthe predicte Domina videlicet Iuta cum filio ſuo Domino *Gumboldo* ſuper altare S. Nicolai delegaverat. Acceptis ſiquidem a predictis fratribus XXIII. talentis cum cottidiana prebenda, qua ſpecialiter Domine Perthe providetur, tam Mater, quam filii prefato predio renunciaverunt. Preſentibus venerabilibus Epiſcopis Diepoldo videlicet *Patavienſe*, *& Ottone Friſingenſe*, prediis ac beneficiis ſuis in manibus Patavienſis Epiſcopi obpignoratis. Quod ſi quispiam de cetero fratres ſancti Nicolai de eodem predio inquietaverit, vel eorum id optineatur patrocinio,

vel eque valens de ſuo eis predio reſtituant. H. r. t. ſ. prenominati Epiſcopi, ſub quorum id preſentia factum eſt, *Comes Hermannus*, *Pertholdus Dux*, *Adelbertus de Halſe*, *Richkerus*, *Friderich*, *Wernhard de Mortzbach*, *Rudolf de Welchinperg*, *Friderich Manegold frater eius*. *Bernhardus de Sauerſteten*, *Swicker de Mahlhaim*, *Durich de Stire*, *Oulrich de Sindesdorf*, *Richerus*, *Purchardus*, *Dagezo Canonici*.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod Dominus Herbertus plebanus ſacerdos domum, quam Patavie legitima poſſeſſione poſſedit, pro remedio anime ſue, ſuorumque debitorum ſuper altare S. Nicolai ad ſervicium fratrum ibi Deo ſervientium poſt mortem ſuam, & Heinrici filii ſui tradidit, ita tamen, ut quoadusque uterque vivit, quinque denarios ſingulis annis fratribus de eadem domo perſolvant.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo *Poto de Maſſingen*, curiam in Tetilingen cum colono ipſius predii Albone pro remedio anime ſue uxorisque, ac debitorum ſuorum ſuper altare S. Nicolai tradidit. H. r. t. ſ. *Wolfram Stal*, *Heinrich de Ueſtenbach*, *Wolfram de Salhe*, *Roudgerus Pabo de Roſpach*, *Heinrich Totſil*, *Gotſcalch de Hoven*, *Arbo de Mitiche*, *Wergant Iudex*, *Megenhalmus de Wazmanneſtorf*, *Regengidus de Niwerinbere*.

Sub his teſtibus predium Hergolvingen, & Parſcalchingen a *Rudolfo de Oſterhoven* ſolutum recepimus. Uxor eius *Pertha*, & frater eius *Chunradus*, *Engelkind de Zidelaren*, *Heinrich de Perndorf*, *Siboto de Ainharteſtorf*, *Luitold de Berbibingen*, *Oulricus de Nueneburch*.

Num. LXI. circa Annum 1190.

Notum ſit omnibus, tam futuris, quam preſentibus, quod Dominus *Waltherus de Tannenberge* pro ſue, ſuorumque debitorum animarum remedio, ſpecialiter autem pro uxoris ſue Domine

Adel-

Adelheidis remedio, quoddam predium *in Hilteringen* ſuper altare ſancti Nicolai, eidem predio duobus filiis eius *Ottone* videlicet, & *Friderico* abrenunciantibus tradidit, ſub his teſtibus: *Rikker de Weſen, Ekolfus de Warte, Walther de Tannenberge, & filius eius Otto, Manegot de Sarlinesbach, Wichpot de Torringen, Richker de Pergen, Goteſcalch de Sarlineſpach, Dietrich de Weſen, Lampertus Patavienſis, Luitold de Barbedingen.*

Noticie omnium tam futurorum, quam preſentium ſignificamus, quod quidam nobilis homo *Engelſcalcus de Roumtingen* in extremis agens pro redemptione anime ſue, quoddam predium ſuper altare S. Nicolai in Uffhaimen, tradidit per manum *Hademari de Ahuſen* nobilis viri. C. r. t. ſ. *Dietricus Comes de Vietenſteine, Heinricus Landgravius, Chounradus de Rote, Heinricus & Dietricus de Boumgarten, Arbo de Mitiche, Heinricus, & frater eius Alckkerus de Waldeke, Luitoldus & Bernhardus de Sauerſteten, Fridericus & frater eius Manegoldus de Aheim, Siboto de Annharteſtorf, Durinch de Stire, Tiemo de Pouchenberge.*

Noverint omnes, quod quidam *Waltherus* miniſterialis ſancti Stephani quoddam predium *Engthalmingen* per manum *Richkeri de Weſen* ſuper altare ſancti Nicolai tradidit. H. r. t. ſ. *Comes Dietricus de Vietenſtain, Engtbertus de Planchenberg, Wernhardus de Marteſpach, Oulricus de Norderenbach, Dietmarus filius ſupradicti Waltheri.*

Num. LXII. circa An. 1185.

Tam futurorum, quam preſentium notitie transmittimus, qualiter deciſa eſt lis, que agitabatur inter fratres ſancti Nicolai, & dominum *Hainricum de Waldeke*, ſuper predio, quod dominus *Engelbertus de Struben* Eccleſie ſancti Nicolai tradiderat, mediante ſiquidem Diebaldo venerabili Patavienſis Eccleſie Epiſcopo, utriusque partis controverſia arbitris determinanda eſt delegata,

gata. Placuit autem ipſis arbitris, ut predictus Heinricus a fratribus ſancti Nicolai XLIV. Talenta acciperet, & predicto predio abrenunciaret. H. r. t. ſ. *Pertoldus Dux de Meran, Dietricus, Halgravius, Albertus Comes de Pogen, Erchinwertus de Hagenowe, Wernhardus de Grizbach, Dietricus de Poumgarten, Arbo de Mitiche, Alkerus de Waldeke. & filius eius Alkerus.*

Notum ſit omnibus, tam futuris, quam preſentibus, quod *domina Chunigunt de Planchenberge*, tradidit poteſtativa manu ſuper aram ſancti Nicolai predium in Hagilſperge, quod poſſident Hebe, & Peringer. H. r. t. ſ. *Oulricus de Liubolvingen, Otto de Planchperge, Leutolt de Berbibingen, Alram de Birchenſtaine, Pabo de Libenſtaine, Hiltebrant, Ahbrant, Gericho de Planoheuberge, Chalhoch de Walde, Diether de Sconheringen*, & alii.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam *Ekkericus de Strazheim*, per manum cuiusdam *Erbonis de Strazheim*, tradidit ſuper aram ſancti Nicolai dimidiam Houbam in Strazheim. H. r. t. ſ. *Wernherus de Luibolving, Werhardus de Wanicheim.*

Num. LXIII. circa An. 1155.

Notitie omnium, tam futurorum, quam preſentium ſignificamus, quod dominus Diebaldus venerabilis Patavienſis Eccleſie Epiſcopus ſpeciali beati Nicolai devotione ductus, & Patrocinio confiſus Ius Inſtitutionis in Goldarwerd, quod eum prius contingebat, fratribus de ſancto Nicolao conceſſit, eo conditionato interpoſito tenore, quod ſingulis annis memoria anniverſarii ipſius ſpecialiter ageretur. Iſti ſunt teſtes, ſuper predium *Hartheim, Rapoto Comes, & Advocatus, Adalbertus de Chambe, Dietricus, & frater eius Heinricus de Poumgarten, Poto de Maſſingen, Waltherus de Paſchingen, Adalbertus, & frater eius Eberhartus de Ianeſtorf, Alhwinus, & frater eius Karolo de Anahartſtorf, Ebo de Poſſemunſter,*

Rapoto

Rapoto de Ouhalmingen, Wernhardus & frater eius Richkerus de Rosowe, Richkerus, & frater eius Wernhardus de Weſen, Fridericus de Sigenheim, Marcwardus de Gumpotingen, Oudalricus de Nordenpach, Chadelhous Iudex, Fridericus de Schonepule, Chounradus de Rote, Dietricus, & frater eius, Heinricus de Poumgarten, Waltherus de Tanneberge, Richkerus de Weſen.

Notum ſit Chriſti fidelibus, quod Ratherus accepit a manu Prepoſiti ſancti Nicolai Heinrici dimidiam houbam in Wachewis, ad perſolvendum ſervitium fratribus ſingulis annis, & quo anno hoc non fecerit, absque ulla contradictione ſit ſoluta, & hoc Epiſcopo Dietpaldo preſente, & Advocato noſtro Rapotone Comite. H. r. t. ſ. Ipſe advocatus *Cunradus de Ancinſpach, Chadehous de Walchenſtein, Liutoldus de Sauerſteten, & frater eius Pernhardus.*

Noverint tam futuri, quam preſentes, quod *domina de Ahaim*, ſimul cum filiis ſuis, Roudgero videlicet, & Hainrico, Friderico, & Manegoldo abrenunciaverunt predio in Roſpach, pro quo prius contra fratres ſancti Nicolai interpellaverant, acceptis ab ipſis fratribus pro eadem abrenunciatione ſeptem talentis, preſente *domino Regenpotone, Prepoſito de Mathſe*, teſtes fuerunt. *Richkerus, & frater eius Wernhardus de Weſen, Albero de Vilshoven, Luitoldus de Sauerſteten, Selpkerus de Hulzingen, Chounradus de Weſen, Chounrad de Aichperch*, & alii.

Num. LXIV. circa An. 1185.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, tam preſentibus, quam futuris, quia nobilis Liber *Engilbertus de Blanchinberc*, pro remedio anime ſue, & parentum ſuorum, ſpecialiter tamen pro ſalute dilecte ſue *coniugis Sophie, & filii ſui Dietmari*, predia ſua propria, & ſubſcripta manu ſua poteſtativa tradidit ſuper altare ſancti Nicolai in perpetuos uſus congregationis illius poſt ſua tem-

pora irrefragabiliter percipiendos. Nam in eodem loco tam ſibi, quam Uxori, & aliis ſuis Poſteris elegerat ſepulturam, quam per Dei gratiam ibi poſtmodum cum ſuis progenitoribus ſunt ſortiti; hanc ſiquidem liberam delegationem ſuam, ut ſemper ſtabiliter permaneret, ſepius renovatam confirmavit, primo ſiquidem in ſepultura coniugis ſue Sophie, ſecundo in ſepultura filii ſui Dietmari, tertio vero, cum duceret quandam nobilem Chunigundam in uxorem, quam cum dotaret aliis ſuis prediis ad robur facti prioris omnimodis hec excepit. Noviſſime autem, cum apud ſanctum Georgium in Auſtria vicinus morti teſtamentum extremum de omnibus ſuis factis conderet, predia prius Eccleſie ſancti Nicolai collata tunc contulit, & conferendo libere confirmavit. Excepta enim hec eadem predia cum aliis in futurum conquirendis, & pro ſalute anime ſue quo vellet conferendis, cum per collationem quorumdam prediorum ſuorum in proprietatem Patavienſis Eccleſie, ſub certa tamen conditione rediret ad gratiam Domini *Chunradi tunc Patavienſis Epiſcopi*, quem Eccleſia Aſcha graviter offenderat in conflictu. Hec ſunt predia, curia in Aigilſperge, cum ſuis attingentibus, & predium totum, quod idem Siboto cecus poſſedit &c. H. ſ. t. delegationis predicte hinc inde ſepius renovate. *Oulricus de Nordirnbach, & frater eius Engilbertus, Siboto de ſancto Oulrico, Wernhardus de Aouwe, Richerus de Blanchinbach Pater Pillonis Hiltpandus, & frater eius Albrandus, Chounrad de Apphilſpach, Duringus de Aicha, & frater eius Iladmarus, & frater eius Timo, Albertus, Wernherus de Wiglinſtorf, Egeno de Nuzpoume, Otto de Aſcholſinge, Eberwinus de Fuehtinbach, & frater eius Rupertus, Hextilo de Wenſin, Hermfridus frater eius, Heinricus de ſancto Oulrico, & frater eius, Siboto, & Oulricus, Heinricus de Winſperg, & frater eius Wernherus, Alber de Germanſperge, Einwicus de Viſchpach, Fridericus de Teching, Ernfridus de Lintawe, Siboto de Gimanſtorf*, & alii quam plures.

Num.

Num. LXV. circa An. 1185.

Omnibus Chriſti fidelibus, tam futuris, quam preſentibus ſignificamus, quod quidam nobilis *de Blanchenberch*, *Engilbertus* nomine una cum uxore ſua *Chunigunda* tradidit predium ſuum in Harkersdorf ſuper altare S. Nicolai per manum cuiusdam nobilis *Rapotonis de Lapide*, preſente Epiſcopo Patavienſe, Theobaldo. H. r. t. ſ. *Walchounus de Lapide*, *Oulſchalcus Luitoldus de Sauirſteten*, *Luithart*, *Durinch Stirenſis*, *Sigehart Durinc de Scaltarn*, *Chounradus de Schache*, *Gotefridus Roudolfus Marſchalcus*, & alii plures.

Noſcant omnes fideles Chriſti tam preſentes, quam poſteri, qualiter diſcuſſa ſit contentio inter fratres S. Nicolai, & Dominum *Luitoldum de Sauirſteten*, & uxorem eius Gerdrudem habita de predio in Frigendorf, quod quedam *Iutta de Pornheim* predicte Gerdrudis avia cum filio ſuo Gumboldo ſuper altare beati Nicolai delegaverat; prefata enim Gertrudis acceptis VI. talentis una cum filiis & filiabus ſuis, quarum unam *Heinricus de Waldeke* uxorem habens pro ea renuntiavit, ceteri preſentes una cum matre ſua & patre eatenus ut dictum eſt, iuri ſuo abrenuntiaverunt. Teſtes ſunt Epiſcopus Patavienſis Theobaldus, ſub cuius id preſentia factum eſt. *Heinricus frater eiusdem Gerdrudis*, qui etiam ipſe abrenuntiavit. *Purchardus de Chambe Canonicus*, *Rudegerus*, *& frater eius Manegoldus de Aheim*, *Luitoldus & Pernhardus de Sauirſteten*, *Alchkerus*, *& Heinricus de Waldekke*, *Arbo de Mitiche*, *Meingotus de Nuwenburch.*

Noticie tam preſentium, quam futurorum tradimus, quod quidam Fridericus & frater eius *Otto de Schonenpouhel* ſervum ſuum nomine Luipoldum ſuper altare S. Nicolai delegaverunt.

Num. LXVI. circa An. 1185.

Memorie omnium fidelium tam preſentium, quam futurorum tradimus, quod quidam *Roudigerus de Gruonenbach*, manci-

pium ſuum nomine Bertham cum filiis & filiabus ſuis natis, & naſcituris cuidam *Nantwino de Encenwis* peticionis, & munerum ſuorum gratia poteſtativa manu tradidit eo tenore, ut ſecundum petitionem prefati Nantwini ſuper aliquod altare delegaretur, delegationis vero poteſtas in cuiusdam *Ekkeberti* fratris predicti Roudigeri manu fuit. Supradictus igitur Nantwinus de manibus Ekkeberti ad Adelrammum puerum quendam delegationem primam detulit, eodem Ekkeberto & Roudigero, & Berta ſorore ſua iuri ſuo abrenunciantibus ſub datis teſtibus: *Oudalrico de Eccleſia S. Marie, Alberto de Ianeſtorf, & filio ſuo Adalberto, Rahewino de Eccleſia S. Marie, Ottone de Weſterndorf, Herliebo de Poſſemunſter.* Secunda delegatio de manibus prenominati Adalrammi *Pueri ad Wernhardum de Gravendorf* deſcendit. Tertia vero delegatione prefatus Wernhardus iuxta petitionem pretaxati Nantwini predictam feminam Bertham beato Nicolao ſuper altare delegando contulit ſubſcriptis teſtibus, *Oudalrico Camerario de Niwenchirchen, Gundacharo de Encewis*, & aliis quam &c.

Num. LXVII. circa An. 1187.

Noverint univerſi Chriſti fideles, tam preſentes, quam poſteri, quod nobilis Domina *Chunigunda* tunc vidua *de Blanchenberc* poſt mortem mariti ſui *Engilberti*, interveniente pro ipſa Domino Diepoldo tunc Patavienſe Epiſcopo, & Duce Bertoldo de Merania, & pluribus aliis obtinuit a Capitulo S. Nicolai predia quedam ad tempora vite ſue; ita videlicet, ut quamdiu ipſa viveret, ſingulis annis triginta denarios in ſignum proprietatis de eisdem prediis ſolveret Capitulo ſupradicto, poſt mortem vero ipſius ſine alicuius contradictione rediret in uſus, & proprietatem Eccleſie, cui primitus fuerant auctorabiliter delegata, Dominus enim Engilbertus quondam maritus ſuus longe antequam ipſi nuberet, eadem predia ſua cum aliis contulerat Eccleſie S. Nicolai pro ſalute anime ſue ſub teſtibus idoneis & probatis, & alias prenotatis.

Num.

Num. LXVIII. circa An. 1190.

EGo *Elizabeth* cometiſſa *de Ortenberch* omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris notifico, quod ego de predio meo, in Plade, tantum videlicet unde talentum unum annuatim ſolvendum eſt, & preterea calicem auri pro remedio animę patris mei *Comitis Gebehardi*, & mariti mei *Comitis Rapotonis*, & matris mee *Mahtildis*, *& fratris mei Comitis Beringeri*, & omnium parentum meorum, Eccleſie beati Nicolai contulli, catenus ut nullus eiusdem loci Prepoſitorum, nec aliquis ſubditorum ſuorum, vel etiam aliquis hominum prefatas res vendendi, vel obligandi, vel quoquomodo alienandi habeat poteſtatem, ſed ut in die beati Narcilli, primo videlicet die poſt noctem Apoſtolorum Simonis & Iude, memoria iam dictorum parentum meorum in miſſa defunctorum agatur, & refectio fratribus Deo inibi famulantibus & univerſe etiam congregationi adminiſtretur, poſt deceſſum vero meum hec mutata in anniverſario obitus mei die fieri ſtatuantur, per manus autem *Walchuni de Lapide* hec tradita eſſe notum ſit. Teſtes ſunt *Chunradus filius eiusdem Walchuni, Ekkehardus de Fouhle, & Otto filius eius, Hartwicus de Hage, Chunrat de Hazinesdorf. Hartwicus de Gegenbach, Hugo de Valchenberch, Walchoun de Lohe, Heinricus de Trebesroute, Heinricus de Roumtingen, Engilmarus de Entheim, Heinricus de Torringen,*

Noverint omnes Chriſti fideles tam preſentes, quam futuri, abdicationem predii Wigolfingen ſiti factam a Benedicta & filiis ſuis Gebehardo & Rapotone, & ceteris filiis & filiabus ſuis coram canonico & cellerario noſtro Chounrado, & ceteris idoneis teſtibus, quorum nomina ſubſcripta continentur, *Oudalricus de Orte, Wernhardus Prepoſitus de Moſcheimen, Oulricus Troſt, Chounradus de Wilbach, Dietricus de Viſenhart, Waltherus de Wigratingen, Heinricus de Winchelheimen, Pertoldus Mangelhard, Eberhardus de Ekkaringen,*

gen, Siboto de Hehingen, Heinricus filius de Scalcheimen, Baldwinus & Ehnetrich de Orte.

Num. LXIX. circa An. 1185.

Ego Heinricus de ſancto Nicolao Prepoſitus cum univerſitate noſtri Conventus notum facio tam preſentibus, quam futuris, quod quidam nobilis homo de *Aſingen*, *Otto* nomine *tradidit* predium ſuum, cui inſedit in eadem villa pro remedio anime ſue beato Nicolao per manus cuiusdam nobilis viri *Ekkerici de Hugenberge* hoc pacto, ut Beringerus filius ſororis eiusdem Ottonis cum omni poſteritate de femore ſuo exeunte ad cenſum L. denariorum fratribus noſtris annuatim in natali Apoſtolorum Philippi & Iacobi ſolvendum habeat, & ſi cenſus ille tribus annis ordine preteritis retinebitur, predictum predium totaliter in uſum Eccleſie tranſire debet, omnis contentionis obſtaculo remoto. Teſtes ſunt *Ekkericus eiusdem predii Legatarius, & frater ſuus Wolfgangus & eiusdem filius Dietmarus, Rafoldus de Heingeren, Gerhalmus & Heinricus de Aſingen*, & hii omnes liberi, *Richkerus de Weſen, Wernhardus de Orte, Conradus de Eichperge miniſteriales*, & alii quam plures.

Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus, qualiter terminata ſit controverſia, que fuit inter fratres ſancti Nicolai, & duos germanos *Manegoldum* videlicet & *Heinricum de Aheim* de duobus prediis uno ſito in Frigendorf, & altero in Roſſepach, predicti ſiquidem germani cum prius in eiusdem litis deciſione pecuniam a fratribus accepiſſent, iterato eorundem prediorum proprietatem ſibi adſcribebant. Unde factum eſt, ut ſuper pecuniam prius acceptam X. iterum talenta acciperent, iuri, quod in prefatis prediis habere ſibi videbantur, in preſentia venerabilis Epiſcopi Patavienſis Wolfkeri abrenunciantes. Hoc tenore adpoſito, ut ſi memorata predia, vel etiam alterum eorum a quo-

quam

quam impetretur, quod ipſi nunquam ſecundum iura gentium ſuo tenerentur Patrocinio. H. r. t. ſ. *Goteſcalch de Hainingchoven*, *Richkerus de Weſen*, *Alkerus*, *& frater eius*, *Heinricus*, *Meingoz*, *hii tres Niwenburgenſes*, *Guntherus*, *Engilbertus de Naderpach*, *Ebo de Poſſemunſter*, *Chounradus de Walde*, *Siboto de Einhardeſtorf*, *Rudolfus*, *Marſcalcus*, *Chounradus de Giſenberge*, *Chounradus de Pouhel*, *Arbo de Grube*, *Wernherus de Rouweſdorf*, & alii de familia ſancti Nicolai.

Num. LXX. circa An. 1185.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam *Siboto de Prambach*, pro anime ſue remedio ſuper aram ſancti Nicolai per manum Wernhardi de Gaelſpach tradidit tale predium in Prambach, quale attinebat duabus curtibus, quas Gundakarus, & Albertus coluerunt, & in eodem predio molendinum. H. r. t. ſ. *Wernhardus eiusdem predii Legatarius*, *Oulricus de Nordernpach*, *Herbortus ſervus eius*, *Pertoldus de Dachſperch*, *Meinhardus de Ripperge*, *Engilbertus de Racnshoven*, *Oulricus de Linzingen*, *de familia cometiſſe de Ortenberch*, & alii quam plures de familia S. Nicolai.

Sub eisdem teſtibus tradidit *Oulricus de Nordernpach* per manum *Meinhardi de Ripperge* ſuper aram ſancti Nicolai duos agros unum in Muzenwinkel, & alterum in Tuzelingen ſitum, & tria curtilia in Owenbach eo tenore, ut ad tempus vite ſue habeat, & in ſignum donationis quolibet anno ſex denarios in feſto Iohannis & Pauli inde perſolvat, iſtorum autem uterque *Oulricus* videlicet *de Nordenpach*, *& Siboto de Prampach* predium ſuum ad oblationem in anniverſario die ſuo fratribus dandam aſſignavit.

Noverint omnes Chriſti fideles tam futuri quam preſentes, quod quidam converſus frater noſter nomine Rapoto pro remedio anime ſue, & patris ſuis, quandam ancillam ſuam Hademidam,

dam, & filiam eius Pertham ad cenſum quinque denariorum, & filium eiusdem Chunradum in ſervum ſuper altare ſancti Nicolai tradidit. H. r. t. ſ. de familia Cometiſſe. *Heinricus de Roumetingen*, *Heinricus de Louterpach*, *Chounradus de Mura*, & alii de familia Eccleſie.

Sub eisdem teſtibus tradidit domina Petilſa uxor domini Waltheri de Paeſchingen Chunigundam ſuper altare ſancti Nicolai ad cenſum quinque denariorum.

Num. LXXI. circa An. 1190.

Ut, quod noſtris geſtum eſt temporibus, firmum debeat, & ſtabile permanere, tam modernorum, quam poſterorum omnium Chriſti fidelium noticie preſcripta preſentia transmittimus, quod quidam civis Patavienſis de familia ſancti Nicolai Dietmarus nomine, pro anime ſue remedio quandam vineam ſuam in Liten tribus Eccleſiis in Patavia videlicet ſancti Stephani, ſancti Nicolai, & ſancte Marie ad communem uſum ordinavit tali modo, quod in anniverſario obitus ſui die Canonicis chori talentum unum, & conventui in ſancto Nicolao talentum unum, & conventui ſancte Marie talentum unum, filie ſue Wiradi talentum unum, & pauperibus talentum unum in elemoſinis erogandum, de eiusdem vinee proventibus annuatim perſolvatur. Preterea duo talenta ad vinee culturam ordinavit expendenda, & cum de eisdem proventibus pars ſupereſt iſtis ſeptem talentis equipollens, vel melior. Ad huius adminiſtrationis curam eligendus eſt unus ex Canonicis chori, de cuius non dubitetur prudentia. Quin provida ſollicitudine ita diſponenda diſponat, ut de perceptis uſibus ita ordinet, ut, ſi vinea dicta anno aliquo in fructu ſuo iuxta conſultum non reſpondat, ipſe tamen ſeptem prenominata talenta nichilominus exſolvat de ſuperhabundante commodo ſuo, quod pre-

ceſſit

ceſſit cenſum, qui ſtatutus eſt redditurus. H. r. t. ſ. *Heinricus Iudex*, *Heinricus*, *& frater eius*, *Ekkehardus de Vurt*, *Willehalmus de Lapide*, *Oulricus Precinger*, & alii.

Num. LXXII. circa An. 1190.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod domina *Elizabet Comitiſſa de Orthenberc* poteſtativa manu tradidit ſuper aram ſancti Nicolai Manſum unum in Ekke, pro remedio anime filie ſue *Mahtildis*, *Comitiſſe de Valei*, que ſe in eodem Monaſterio ſepeliri poſtulavit. H. r. t. ſ. *Wernhardus de Ort*, *Eckolfus de Wart*, *Eckolfus de Posmunſtere* milites ex familia ipſius, *Rapoto de Wert*, *Albertus prepoſitus*, *Eweruinus*, *Rikerus*, *Counradus Cellerarius*, *Reinhardus de Nuinburc*, de familia Eccleſie.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quedam matrona nomine *Wuilfhilt de Scovenberc* pro remedio anime ſue tradidit per manum Bertoldi predium quoddam in Stainbrukke, ſuper aram ſancti Nicolai ad uſum fratrum Deo ibidem ſervientium. H. r. t. ſ. *Bertoldus de Wibarn*, *Roupertus Officiarius ſancti Nicolai*, *Albertus*, *Waltherus*, *Ruidigerus*, *Chunradus de Harbach*, *Hainricus de Neunlingen*.

Notum fieri volumus omnibus Chriſti fidelibus, tam futuris, quam preſentibus, quod quidam nobilis homo *de Hugenberge Ekkericus* nomine medietatem predii ſui, quod in Huginberc habuit, pro remedio anime ſue, & parentum ſuorum per manum *Wolfkangi de Pirchahe* ſuper aram ſancti Nicolai tradidit. H. r. t. ſ. *Eberhardus Plebanus de Nordernpach*, *Dietmarus de Riede*, *Oudalricus*, *& frater ſuus Engilbertus de Nordernbach*, *Walchunus*, *Ekkardus*, *Pernoldus*, *Roudolfus de Emelingen*, *Ruidbertus de Nordernpach*.

Num. LXXIII. circa An. 1190.

Ne preſentis etatis oblivio negotia conturbet, literarum indiciis ſolent eternari. Notum igitur facimus tam preſenti-

bus quam futuris Chriſti fidelibus, qualiter dilectus Canonicus noſter dominus Otacharus, dum iter gratia orandi ad ſanctum Iacobum arriperet, ſaluti anime ſue, parentumque ſuorum ſalubriter proſpexit, ita, quod domum unam tradidit ſuper altare beati Stephani, de qua annuatim perſolvuntur XVIII. ſolidi. Ex his, ſi Dominus, qui eſt Ordinator omnium, reditum ſuum non conceſſerit, decem ſolidi in Anniverſario ſuo dominis chori perſolvendi ſunt. Tres ſolidi dominabus ſancte Marie, tres fratribus ſancti Nicolai, & qui ſuperſunt, remanebunt ad reſarciendam ubi opus fuerit domum eandem, Xenium vero, quod perſolvendum eſt in nativitate Domini, cum ſumma ſcilicet XXXVI. denariorum, ſpectat ad eum, cui ipſa domus ordinata committitur. Inſuper vineam unam ſitam in Wenhurlperge, poſuit in manu domini Tymonis, & domini Celerarii Oulrici, ut, ſi reditum ſuum Dominus non concederet, eandem vineam traderent ſuper aram beati Partholomei, ita, ut de uſu fructu proveniente de vinea, & dictis octo decem ſolidis de domo prefata perſolvendis, VI. ſolidi recipiantur, & annuatim in profeſto ſancti Stephani in Nativitate Domini, dominis in Reffectorium preparetur domus prememorata, ſi forte incendio deſtructa fuerit, de vinee exuberantia reparari debet. Inhabitator domus, ſi contigerit dominum Otakarum decedere, usque ad finem vite ſue domum inhabitare debebit. Huius teſtamenti ſunt teſtes: *Hainricus Decanus*, & alii quam plures fide digni.

Num. LXXIV. circa An. 1150.

Ea, quorum diuturna debet haberi memoria, ne cum ſucceſſivis temporis decurſibus tranſeat in oblivionem, ſcripto neceſſarium eſt commendari. Conſtet itaque univerſitati omnium, quod dominus *Oulricus de Norderpach* tria predia in Owinbach libere poſſeſſiouis ſue, que primitus per manus cuiusdam nobilis

Mein-

Meinhardi de Ripperch nobis obtulerat, ius quoque infeudationis trium beneficiorum, unius in Stainpach, & alterius in Mucinwinchel, & tertii in Tucilinge, que ex donatione noſtra habuit in poſſeſſione poteſtativa manu, conſanquineis ſuis preſentibus, & a iure ſuo cedentibus in audientia publici placiti Scowinberigenſium noſtre contulit Eccleſie, ea tamen conditione, ut quantitatem proventuum, qui ex prediis oblatis nobis poſſint accedere. equa rerum noſtrarum eſtimatione, vel de cellerario, vel de granario noſtro rependamus. Teſtes ſunt: *Engilbertus frater ſuus, Ortolfus filius eiusdem Engilberti, Luitoldus Dapifer, Chounradus Iudex, Hainricus de Tobil, & fratres ſui Sifinricus, Oulſcalcus, & Chounradus, Oulricus Sicho, Marchardus liber, Chounradus de Edileinſperch.* &c.

Num. LXXV. circa An. 1195.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod quidam miles de familia *Comitis Hainrici de Ortinbere, videlicet Dominus Chounradus de Harbach* ſervum ſuum Chounradum, & tres ſorores ſuas, videlicet Richardim & Toutam, & Chunigundim cum duobus filiis ſuis tradidit ſuper aram S. Nicolai ſine omni iure Advocationis, quarum videlicet ſororum Touta & Chunigundis matres puerorum extiterunt. H. r. t. ſ. *Albertus de Pernſtaine, & frater eius Eberhardus, Chounradus, & Fridericus de Steinchirchen, Oulricus Prepoſitus de Leupolving, Chounradus Dietricus.* &c.

Num. LXXVI. circa An. 1200.

Ut, quod noſtris actum eſt temporibus, futuris etiam innoteſcat hominibus, neceſſarium eſt, ut ſingula queque memorie digna ſcripto commendemus, ea propter omnibus Chriſti fidelibus, tam futuris, quam preſentibus per preſentia ſcripta ſignificamus, quod nos communicato conſilio & conſenſu civium illorum, qui de manu noſtra Ortos civili iure ſuſceperunt, tale decretum

ſtatuimus, ut quilibet eorum cenſum, quem daturus eſt, in feſto beati Martini, vel in propria perſona, vel per nuntium ſuum ad domum noſtram deferens, nulla niſi valde legitima occaſione impediente perſolvat. Si quis autem eo ipſo die cenſum ſuum dare neglexerit, ſententia in eum data pena XI. denariorum multetur, & eos unacum debito cenſu poſt quatuordecim dies, niſi legitimam pretendere poſſit occaſionem, perſolvere teneatur. Si vero & in illo die veniens debitum dare neglexerit, ſententia iterato memorata pena duodecim denariorum puniatur. Et ſic poſt ſingulos quatuordecim dies & debitum, & pena iuris neglecti ab eo exigatur, quoad usque vel debitum plenarie ſolvat, vel legitime cum Domino Prepoſito aut eius Vicario componat. Si autem nec primo nec ſecundo nec tertio anno cenſum debitum perſolverit, anno quarto veniens debitum totaliter perſolvat, & de pena delicti ſui cum Domino Prepoſito legitime componat. Si vero hec omnia temerarie ſuperſedere preſumpſerit, quinto anno data in eum concivium ſuorum ſententia, ab omni iure, quod habebat penitus cadat, & Ortus, quem de manu noſtra receperat, in uſus Eccleſie proprietatis iure redeat. Preterea decrevimus, ut ſiquis Ortum ſuum vendat, & is, qui vendit, & is, qui emit uterque nobis triginta denarios perſolvat. Item decrevimus, ut omnes, qui *iure Burgenſi* Ortos a nobis acceperunt, ſemel in anno quocunque die Dominus noſter Prepoſitus decernens eos convocaverit, per nuntium eius ad placitum ſuum conveniant, ut ſi qua inter eos lis vel de leſis terminis, vel de quacunque alia cauſa, que ad ius Domini Prepoſiti pertinet, mora fuerit, ibi coram ipſo ventiletur, & ſententialiter terminetur, ſiquis autem huic placito ſe niſi legitima prepeditus occaſione ſubtrahere preſumpſerit, pena duodecim denariorum puniatur. Contractus huius, & tractatus, T. ſ. ipſi Burgenſes, qui eosdem Ortos iure civili de manu noſtra ſuſceperunt. *Willehelmus de Samberch* tradidit nobis agrum quendam in

Hez-

Hezmansdorf. H. r. t. ſ. *Chounradus de Valchenſtein, Heinricus de Carpfenſtein, Heinricus de Tobel Prepoſitus de Richersberge, Otto & Siboto de familia noſtra.*

Notum ſit preſentibus & futuris, quod *Wernhardus de Hainpach* & eius filia Gertrudis tradiderunt ſe beato Nicolao iure cenſuali ad cenſum annuum quinque denariorum, & hoc ob remedium animarum ſuarum, cum prius liberi fuiſſent. H. r. t. fuerunt *Chounradus de Oberndorf, Heinricus & Chounradus de Lainpach, Dietricus de Heblingen.*

Num. LXXVII. circa Annum 1223.

Noſcant univerſi, quod nos *Oulricus* Prepoſitus unacum Conventu S. Nicolai conceſſimus tribus filiis Domine Fridrunt, ſcilicet Oulrico, Wernhardo, Arnoldo Ortum in Libgedinge ad cenſum duodecim denariorum, & duos denarios ad meſſem ſolvent. Hac interpoſita conditione, ut nullus ſuorum heredum poſt horum trium tempora propter hoc in eodem Orto aliquid ſibi iuris debeat uſurpare, ſed ſine aliqua contradictione libere nobis cedet. Inſuper quicunque de tribus hiis fratribus poſſeſſor Orti fuerit, ad predicti cenſus ſolutionem nobis ſingulis annis tenebitur, & ad placita noſtra, & alia que ab aliis civibus ſuper iure nobis debentur. Acta ſunt hec anno Domini MCCXXIII. apud ſanctum Nicolaum, preſentibus ibidem Oulrico tunc Prepoſito, Eckardo Decano, & aliis quam pluribus.

Num. LXXVIII. Anno 1218.

Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris, quod nobilis domina *Bertha* uxor domini *Wergandi de Roumthingen*, ob remedium anime ſue contulit octo mancipia iure proprietatis Eccleſie ſancti Nicolai ea conditione, ut nulli Advocato debeant

ſubiacere, conſentiente in id ipſum tunc Advocato huius Eccleſie Comite Heinrico de Ortinberc, huic facto dum anno Domini MCCXVIII. in manu domini Oulrici prepoſiti fieret, in Ortinberc aderant hii teſtes. *Comes Heinricus de Ortenberc, dominus Wergandus de Rumptingen, Chunradus de Steinichirchen, Oulricus de Loubolvingen, Albertus de Igelbac, Herwicus de Ekinheim, Eberwinus de Mulheim, Ulricus Spilarin, Erbo de Munbac, Meinhartus de Echartingen, Heinricus, & frater eius, Hiltprect de Shachen, Wernherus, Ammanus Domini Wergandi de Rumptingen, Arnoldus, & Otto milites eius*, & alii plures.

Num. LXXIX. Anno 1223.

In nomine Domini noſcant univerſi Chriſti fideles hanc paginam inſpecturi, quod nos germani fratres *Wernhardus & Chounradus de Horbac* pro remedio animarum parentum noſtrorum, & pro ſalute noſtra curiam noſtram in Engilmanſperge ſitam ſuper Vilſam flumen libera traditione contulimus Eccleſie ſancti Nicolai cum omnibus ſuis pertinentiis, areis, agris, pratis, paſcuis, ſilvis, cultis & incultis, & cum omni integritate, quam poſt noſtros progenitores eadem curia eſt ad nos iure hereditario devoluta, revocando penitus, ſi antiqua eiusdem curie integritas per infeudationem, ſive per noſtros progenitores, ſive per pie recordationis matrem noſtram aliquam factam ſciſſuram patitur. Super hoc privilegia per utrumque ius in favorem remediorum edita, & conceſſa pro noſtri facti robore pretendendo adicimus, etiam quod tam idem remedium, quam alia per nos Eccleſie memorate adhuc dante domino conferenda, nullis ſerviciis ſive exactionibus que occaſione advocationis ab eccleſiaſticis rebus ſolent extorqueri, ullatenus debeant ſubiacere. Immo ad quemcunque advocatia Eccleſie ſancti Nicolai a noſtra poſteritate devoluta fuerit, eadem predia ſic omnia, ſicut omnia remedia ſub panno Eccleſiaſtico conſerventur.

Item

Item predictus Chunradus nobilis vir de Horbac ſubadvocatus noſtrorum prediorum circa fluvium Villam poſitorum peregrinaturus ad limina ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, divine pietatis inſpiratione recolens, quod occaſione advocatie ſepius damnificaverat nos in eisdem prediis, tam in perſonis, quam rebus, pro recompenſatione damnorum gravium, & exactionum contulit nobis libere, ac liberaliter Molendinum in loco Bruke ſub predicta curia Engilmarſperge, & Vilſa poſitum iuxta Riſpach, ita, ut ſi ipſum redire non contingeret, idem molendinum cum omni utilitate ſua ſine cuiuslibet contradictione cederet in uſus, & proprietatem fratrum Eccleſie ſancti Nicolai in ſuum, ac parentum ſuorum remedium, & perpetuum memoriale, quod & factum fuit, cum ipſe in eiusdem peregrinationis proceſſu apud Veronam bono fine decederet in Domino, & migraret. Donatio autem ipſius molendini bis fuit facta, primo in manu domini Oulrici, tunc noſtri prepoſiti apud Caſtrum Landeshute anno Domini MCCXXIII. in feſto Purificationis ſancte Marie, ſecundo facta eſt, & confirmata ſtatim poſt idem feſtum in ſequenti dominica, qua iter arripuit memorate peregrinationis, in manum noſtri confratris Gregorii tunc Cellerarii apud Guſenhuſen in Eccleſia, ubi preſentibus amicis ſuis, & familiaribus fecit teſtamentum ſuum noviſſimum de omnibus ſuis bonis, & hiis teſtibus, qui tunc aderant preſentes confirmavit: *Dominus Wernherus de Laber*, *Heinricus Waller*, *Poppo de Geltolfingen Camerarius & Miniſterialis Ducis Bawarie de familia Horbacenſi*, *Meingotus*, *& frater eius Geroldus de Algerſperge*, *Karolus Oulricus de Ganchowen*, *Oulricus Rudemunt*, *Wernhardus de Berndorf*, *Eberbin ibidem*, *Reinoldus de Sigiſtorf*, *Oulricus & Heinricus de Tandorf*, & alii de familia.

Notandum quoque, quomodo eiusdem Molendini traditionem a domino Chunrado pie recordationis factam frater eius dominus

nus Wernhardus Canonicus Ratisponenſis ratificavit eodem anno in Aſſumptione ſancte Marie in inſula ſuper Vilshoven, penitus renunciando in manum ſepe dicti Domini Oulrici, tunc noſtri prelati, iuri, quod cum fratre ſuo in ipſo molendino habuit, hoc adiecto, ut ipſorum memoria, & dies anniverſarius apud nos pro ſalute eorum ſemper celebris ageretur. Hec autem delegatio facta fuit ad diligentem inſtantiam Dominorum Principum tunc ibi preſentium & colloquium celebrantium ſuper ſtatu terre incliti Ducis Bawarie *Domini Ludewici*, *Domini Chunradi Ratisponenſis Epiſcopi*, *Domini Gebhardi Patavienſis Epiſcopi*, *Dominorum Comitum de Ortinberc*, *Rapotonis Palatini & Heinrici noſtri Advocati*, & aliorum magnatorum tam Canonicorum Patavienſium, & Ratisponenſium quam liberorum, tam militum quam ſervorum.

Num. LXXX. Anno 1223.

Notum ſit omnibus hanc paginam inſpecturis, quod Oulricus Prepoſitus de S. Nicolao emit aream & domum in Chremſe iuxta ciuiterium Parochialis Eccleſie ad relictam Marquardi ſacerdotis nomine Chriſtinam cum conſenſu prolis eius. H. r. t. f. *Chounradus de Chremſe*, *Waltherus Plebanus de Pourbach*, *Richardus Vicarius*, *Eberhardas Diaconus*, *Eberhardus miles de Spehingen*, & alii de familia S. Nicolai, *Wolfkerus de Mutarn*, *Heinricus de Puſingen*, *Engilbertus Siboto*, *Fridericus omnes de Mutharn*, Cives de Chremſe, & alii. Acta ſunt hec anno Domini MCCXXIII. in feſto Apoſtolorum Philippi & Iacobi. In domo Magiſtri Waltheri Chrems, quo etiam anno in vigilia ſanctorum Coſme & Damiani ſub teſtudine Ianue occidentalis Matricis Eccleſie Chrems, facta eſt renuntiatio a predicta prole, ſcilicet duobus filiis Marcwardo & Sifrido & filia Chriſtina in manum Domini Oulrici tunc Prepoſiti, a quo Chriſtina Mater ipſorum recepto loco prolis LX. denarios in Lytehof tradidit, cui ſiquidem facto interfuit Chunradus Decanus Chremſenſis & ceteri,

Marc-

Marcwardus vero cum priori renunciationi non interfuiſſet, poſtea eodem anno in feſto Sanctorum quatuor Coronatorum renunciavit & ipſe iuri, quod habuit in eadem domo, que renunciatio facta in domo Magiſtri Waltheri denuo in manum Domini Oulrici Prepoſiti confirmata fuit bonorum virorum teſtimonio, qui aderant tunc preſentes Eberhardus de Iohanſtorf Canonicus Patavienſis, Magiſter Waltherus Gebolfus de Grindorf, & Heinricus de Liubo.

Num. LXXXI. Anno 1228.

In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti amen. Cum univerſa, que fieri ſolent, fiant ſub curſu temporis, ne currant cum tempore, ita ut ad oblivionem tranſeant, expedit ea ſcriptis & teſtibus memorie commendare hominum. Clareat igitur noticie cunctorum Chriſti fidelium tam preſentium, quam futurorum, quod nos Oulricus & Conventus ſancti Nicolai Patavienſis, de communi conſenſu in campo, quem habuimus ſuper fontem ſancti Iacobi, tres Ortos conceſſimus Heinrico, qui dicitur Wiſchelinch, & uxori ſue Richze, iure quod dicitur vulgo Libkedinge, ut de hisdem Ortis ſolvat nobis annuatim in feſto ſancti Martini duodecim ſolidos Patavienſis monete, apud nos tunc dative, cenſum eundem ad clauſtrum noſtrum vel per ſe, vel per ſuos nuncios aſſignantes, quod ſi neglexerint pena duodecim denariorum, quam ipſi ſtatuerunt per ſingulas ebdomatas creſcente, donec cenſum cum pena ſolverunt, puniantur, & poſtquam pena in ſummam cenſus creverit, quod fit poſt decem ebdomatas, contumaces pro culpa contumacie cadant penitus a ſuo iure. Statuimus etiam eorundem conſilio, ut ille, qui ius ſuum in orto vendit, etiam alter, qui emit, tam vendens, quam emens, uterque quindecim denarios ſolvant Domino Prepoſito, per cuius etiam manum debet eadem prenuntiatio roborari. Item decrevimus, ut idem cum aliis, qui civili, vel eodem per nos gaudent iure, ſemel in anno

veniant ad placitum Domini Prepoſiti, loco, & die, quem ſuus nuncius apud clauſtrum vel civitatem eis prefiget, ut ſiquid querele, aut queſtionis pro terminis, vel pro cunque ad ipſum Prepoſitum ſpectante inter eos ortum fuerit, ibi diſcuſſum per ſententiam civium, & iudicio Prepoſiti, ad quem hac ratione fundi pertinet, decidantur, ſiqui vero ab eodem placito ſe per contumatiam abſentarint, pena ſupra memorata, quam ſuſtinere debent, qui negligerunt cenſum tempore ſtatuto ſolvere, feriantur, ut autem talis contractus ratus permaneat, duo paria conſcribi inſtrumenta, & S. Nicolai ſigillo fecimus communiri, uno penes nos reſervato, ipſis reliquo aſſignato. Teſtes vero huius contractus ſunt de Capitulo Oulricus Prepoſitus & ceteri, *Fridericus de Obernperge*, & alii. Actum apud ſanctum Nicolaum Patavie anno ab Incarnatione Domini MCCXXVIII. indictione prima.

Num. LXXXII. Anno 1239.

Quoniam oblivionem maxime conſtans eſt, poſſe memorie novercari, ideo ea, que a nobis geruntur negotia, volumus ſcripture teſtimonio roborari. Notum igitur ſit omnibus, preſentem paginam inſpecturis, quod ego Blaſius genere Slavus ordine Subdiaconus, ob remedium anime mee poſſeſſiones meas contuli Eccleſie ſancti Nicolai Patavie, preſente Domino Chunrado ſacerdote eiusdem Eccleſie Canonico, qui tunc temporis curie predicte Eccleſie in Mutarn preerat, mea pura & libera voluntate. In Muer apud Treiſemam aream unam, in Huſuwe pomerium unum cum viminibus adiacentibus, in Stalhoven pomerium unum, in Roſſaze vineas duas, tali videlicet interpoſita conditione, ut idem Domini ſancti Nicolai ſolverent vineas easdem pro decem libris, Wienenſis Monete, apud Iudeum nomine Bibar, cui easdem poſſeſſiones obligaveram, & per hanc meam donationem pro teſtamento habere decrevi, volo & ſtatuo, ut nulli liceat pretextu quarundam promiſſionum, quas quantocun-

docunque feci frivolas eas reputans atque vanas, & nullius fuiſſe vigoris, nec cuiusquam exceptionibus aliquibus hanc meam donationem impugnare. Et ut hec maius robur habeant firmitatis ſub teſtimonio ſubſcriptorum teſtium, qui tunc perſonaliter aderant, verbis, & factis quibus potui ac debui plenius confirmavi. Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCCXXXIX. VII. idus Iulii in civitate Mutarn.

Num. LXXXIII. An. 1236.

Oulricus divina clementia Prepoſitus ſancti Nicolai Patavienſis, & Conventus univerſis Chriſti fidelibus banc paginam inſpecturis ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Sciant omnes Chriſti fideles tam preſentes quam futuri, quod nobilis mulier domina *Gertrudis dicta de Rerterbrunen*, quoddam predium ſcilicet dimidiam houbam in eadem villa poſitam contulit Eccleſie noſtre tali conditione, ut prebendam unius Sororis & duos Calceos, quam diu viveret, a nobis annuatim percipiat, & ut libera eiusdem predii collatio nobis, & Eccleſie noſtre magis rata, & ſtabilis in perpetuum permaneat, memorata domina procuravit ipſum predium per quendam virum liberum nomine Sifridum, in cuius manu delegatio huius predii fixa fuit, ſuper altare ſancti Nicolai nemine contradicente, rite ac legaliter delegari. Ut autem talis collatio ſive delegatio memorie hominum fortius debeat adherere, ſcriptis commendatam teſtimonio bonorum hominum, qui tunc preſentes aderant, ipſam fecimus communiri de familia ſancti Nicolai. *Heinricus, miles, Waltherus Heinricus, Siboto de Fonte*, & alii quam plures. Actum apud ſanctum Nicolaum Patavie. Anno Dom. MCCXXXVI. in Circumciſione Domini, Indictione IV.

Notum ſit omnibus preſentibus & futuris, quod ego *Wernhardus de Stainchirchen* pro remedio anime mee, & parentum meorum me ipſum ſuper aram ſancti Nicolai ad cenſum quinque de-

nariorum delegavi. H. r. t. ſ. *Chounradus de Stainchirchen Decimator Canonum*, *Ortolfus de Hungerſperge*, *Chunradus de Palſenze*, & alii quam plures, intererant etiam de Collegio dominus *G. Hainricus de Pezenpach*, & alii.

Num. LXXXIV. circa An. 1248.

Notum facimus tam preſentibus quam futuris Chriſti fidelibus, qualiter Patavienſis Canonicus Hartnidus Aquilegenſis Prepoſitus, in remedium anime ſue & parentum ſuorum tradidit ſuper altare ſancti Stephani Protomartiris predium quoddam ſitum in Hungerberge nomine Muer, & Colonum ipſius predii Fridericum nomine, cum uxore ſua Giſila, & filia ſua Gerbirch, & filio ſuo Ortolfo in proprietatem dominorum. In cuius predii fructuum ſuper habundanti proventu tria talenta annuatim percipienda ſunt, eo modo talique ordinatione, ut dimidium talentum Dominis chori diſtribuatur, in anniverſario patris ſui, qui eſt V. Kal. Decembris. LX. denarios dominabus ſancte Marie. LX. fratribus ſancti Nicolai, in anniverſario vero Matris ſue, qui eſt XVI. Kal. Maii, eodem modo dominis chori dimidium offerant talentum, dominabus ſancte Marie ſexaginta denarios, fratribus ſancti Nicolai ſexaginta denarios, tertium autem talentum empta elemoſina erogetur pauperibus in Zecha, quoadusque idem Prepoſitus vixerit. Cum autem contigerit, predictum Prepoſitum viam univerſe carnis ingredi, tallentum quod prius in Zecha erogabatur, in anniverſario ſuo medietas ipſius tallenti dominis chori detur, ſexaginta denarii dominabus ſancte Marie, ſexaginta fratribus ſancti Nicolai. Verum, ut hec traditio rata in perpetuum habeatur, fratres ſui & ſoror prememorati Prepoſiti, ad quos jure hereditario predium illud tranſire potuerat, iuri ſuo renuntiaverunt, ut & ipſi in tam ſalubri ordinatione regni eterni pro bona voluntate ſua participes efficerentur. Teſtes autem ſunt ad hec, quod iuri

ſuo

ſuo hereditario fratris ſui Gundachari ſcilicet, & Duringus publice renuntiaverat, *Heinricus de Sternſtein*, *Dietricus de Truna*, *Meinhardus de Aſnanch*, *Wernhardus de Sinzingen*, & *frater ſuus Chunradus*, *Richkerus de Geilſpach*, *Chunradus de Izinperge*, *Rudibertus de Chunzingen*, *Chunradus de Eiginulieſe*, *Eberhardus de Angifieze*, *Alramus*, *Satigarius de Steinbach*, in cuius domo Steinpach facta eſt hec renuntiatio II. Idus Aug. teſtes autem, quod ſoror ſua Helena abrenuntiavit huic predio, ſunt hii. *Hugo de Eigen*, *vir eius*, *Heinricus Capelanus*, *Oulricus de Tulin*, *Roudigerus Cancer*, *Otto de Eczendorf*, *Dietricus de Stein apud Muer*, *Pertoldus Albero de Pfafendorf*, facta eſt hec renuntiatio Wierberch die nona Octobris. Teſtes traditionis ſunt hii. *Heinricus Ulieſer*, *Ulricus Punzinger*, *Walchunus de Stein*, *Chunradus de Stamheimen*, & alii plures.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod dominus *Pertoldus de Vogelharn* tradidit ſuper altare ſancti Nicolai manu poteſtativa, Diemout & ſororem eius Mahtild ad cenſum quinque denariorum, filias *Egelholfi de Hirsheim*, pro remedio omnium parentum ſuorum. H. r. t. ſ. *Pertoldus*, & *filius eius*, *Wigerus de Vogelharn*, *Egelholfe*, & *Oudalrich de Irsheim*, *Albertus de Igelſpach*, *Hartwicus de Wartmaninge*, *Wernhardus*, & *Pernhardus de Irsheim*, *Heinricus Loter*, *Wernhardus Houſil*, & alii.

Num. LXXXV. circa An. 1240.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod nos communi fratrum conſilio domino *Engilberto militi de Nordernpach*, ſtipendium prebende, prout uni Sacerdotum adminiſtratur, contulimus, receptis ab eo decem talentis, que ipſe verſa vice tum pro remedio anime ſue, tum & pro collato ſibi prebende ſtipendio contulit Eccleſie noſtre, preterea talentum ad opus noſtrum, & quinque talenta pro quodam parvulo usque ad annos diſcretionis educando nobis contulit, quem etiam

parvulum literis inſtruendum & tam victu, quam veſtitu procurandum usque ad annos diſcretionis ſuſcepimus. Huius rei teſtes ſunt *Heinricus miles Eccleſie noſtre, Roudigerus*, & *Chunradus de Lachmul*, & alii plures.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter deciſa ſit lis, que agitabatur inter fratres ſancti Nicolai, & *Engilbertum de Nordernbach*, de tribus prediis, videlicet in Owenbach ſeu Engildei, ſecundum in Kalwenheim, quod dedit mater ſua, tertium in Biverbach apud Steinbrucke, predictus ſiquidem Engilbertus iuri, quod habere ſibi videbatur, unacum filio ſuo Ortolfo abrenuntiaverat, eatenus quod ipſe Engilbertus unum de prenominatis prediis videlicet in Steinprukke, ad tempus vite ſue ad cenſum octo denariorum habeat, & eosdem annuatim in die ſancti Nicolai ſolvat, quod quandocunque omiſerit, nihil iuris in eo habebit. Huius rei teſtes ſunt: *Oulricus de Nordernbach frater eius Hartwicus de Lengenowe*, *Heinricus de Huba*, *Heinricus de Roumtingen*, *Heinricus de Vichte*, *Chunradus de Murache*, & alii. Hii preſentes erant, ubi ſepe dictus Engilbertus abrenuntiaverat, teſtes ſecunde abnegationis ſui filii Ortolfi, quia ſingilatim fecerat, hunt hi *Oulricus de Nordernbach patruus ſuus*, *Lampoldus de Wazenchirchen*, *Dietmarus de Chalvenheim*, & alii.

Num. LXXXVI. circa Annum 1170.

Comes Otto de Steveningen tradidit duos ruſticos Albertum & Chunradum de Alburch in manus *Adelberti de Chamb*, S. Nicolao in Bazwe conſervandos. H. r. t. ſ. *Chuno de Pilna*, *Oudalricus de Gopingen*, *Erecho & Arbo fratres eius de Steveningen*, *Eberhardus & Roudegerus fratres eius de Stephano*, *Chounradus de Ratispona*, *Heinricus & frater eius Pernoldus*, *Erneſt de Rochingen*, *Chounradus de Apesdorf*, *Wernherus de Droze*, *Otto de Erlebach*, *Heinricus de Alburch*, *Wigoldus de Strubigen*, *Bertoldus de Alburc*, *Liutoldus de Dorne*.

EXPLICIT FELICITER.

DIPLO-

DIPLOMATARIUM MISCELLUM.

Num. I. Privilegium Alexandri II. P. M. An. 1073.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto fratri in Chriſto Altmanno Pat. Epiſcopo & per eum Eccleſie, quam in territorio eiusdem civitatis in portu Oeni fluminis conſtruxit, & in honore ſancte Trinitatis & Paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſanctorum Andree Apoſtoli, Panthaleonis Martyris, & ſancti Nicolai Confeſſoris conſecravit in perpetuum. Convenit apoſtolico moderamini religioſis deſideriis & petitionibus ea benignitate & pietatis ſtudio condeſcendere, effectumque prebere, ut dum ſpiritualis auctoritas officii ſui debitum peragit, dum pia fidelium ſtatuta roborando venerabilibus locis preſidium defenſionis impendit, hinc affectus ſuperne retributionis lucretur initium, quod in parando beneficio non minor fuerit charitas, quam poteſtas. Hoc etenim, & bonorum ſtudiis ſpe proficiendi augmentum tribuit, & opus proprium fructu perfectionis Deo acceptabile reddit. Itaque dilecte frater, chariſſima S. Petri filia Imperatrice Agnete ſemper auguſta indicante nobis, te in ſuburbio civitatis tue iuxta portum predicti fluminis Oeni ad communem & regularem Canonicorum vitam, Eccleſiam conſtruxiſſe, & ut eam iuxta propoſitum tue devotionis & conſtitutionis apoſtolicis privilegiis firmaremus, tum ipſa partes tuas referente, tum ipſo pro te ſanctiſſimo deſiderio poſtulante, tanto promptius utriusque voluntati annuendum eſſe iudicavimus, quanto & tua vota iuſta eſſe certius intelligimus, & illius deſideria divino accenſa Spiritu ubique proſperari cupimus. Concedentes igitur tibi & preſate Eccleſie huius

ius noſtri apoſtolici Decreti Privilegium ſancimus, & apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut Clerici, qui vel nunc in eadem Eccleſia ſunt ordinati, vel aliquo poſt in tempore fuerint ordinandi, ſub communi ſemper vita & clauſtrali conſervatione conſiſtant. Ad quorum communem uſum confirmamus, & incomutabiliter tenenda decernimus determinate quidem, & ea, que prenominata Imperatrix Auguſta pro remedio anime ſue donavit, videlicet nonam partem omnium, que ad Perſinbeung & Ibeſpurg ad manus ſuas culta redduntur, & ea, que tu ipſe per manum Advocati tui *Remberti* illuc tradidiſti, ſcilicet ante ſignatum portum predicti fluminis Oeni cum omni utilitate ſua gratis quidem transponendis, qui cauſa orationis vadunt. Inſuper duas curtes Senſtling & Neunhoven cum pertinentiis ſuis omnibus, & unam Hofſlacham, quam Egeno ad uſum Epiſcopi in altare ſancti Stephani Prothomartyris dedit, & duas Hofſlachas in loco, qui dicitur Alburch, & Decimationem eiusdem Ville, cum uno Manſo, & unam Curtem Wachenweis, Entzenwis cum Genezeo, & omni utilitate. Ad Reichersdorff unum manſum, & unum molendinum, Eccleſiam unam, que dicitur Pitenbach cum omni utilitate, que ad Epiſcopum pertinebat, & unam Hofſlacham Euſten cum ceteris bonis illuc pertinentibus, & ad Althoven unum Manſum cum decimatione eiusdem Ville, & ad Houmtis unum Manſum cum decimatione eiusdem Ville. Ad Ruſten decimationem, ad Mautarn unum Manſum, ad Leubem unam vineam, ad Wachawe duas Vineas, ad Schenenbouhel duas, ad Aſchach duas, ad Seebach tres, & tres Sagenas, unam Patavie, aliam Seebach, tertiam Matſee. Pro Veſtitu autem decem libras argenti de navibus Patavienſibus, tres ad Matſee de cenſu. Hec inquam omnia, & quecunque etiam innominata bona eidem Eccleſie, vel nunc iuſte colata ſunt, vel impoſterum Deo diſponente conferenda eo tenore, & auctoritate ad communem uſum fratrum ibidem Deo famulantium decernimus,

& cor-

& corroboramus, ut communem & regularem vitam ducentes, nihil de bonis Eccleſie Prepoſito, & ſingulari uſui vendicent. Ut hec igitur noſtra decreta adiuvante Domino undique firma illibataque permaneant, apoſtolica auctoritate conſtituimus, ut nullus Rex, Imperator, Dux, Comes, Epiſcopus, vel Archiepiſcopus ſeu aliqua Perſona ſecularis aut Eccleſiaſtica, preſatam Eccleſiam ab eo ſtatu & ordine, quem ſuperius confirmavimus, divellere, aut aliqua perturbatione impedire preſumat, vel quicquam de rebus & bonis Eccleſie invadere, aut diminuere, vel ab uſu fructuum ſubtrachere audeat. Si quis autem contra huius noſtre ſanctionis decreta temerario auſu venire temtaverit, usque ad dignam ſatisfactionem anathematis laqueo ſe irretitum noverit. Qui vero hec eadem fideli devotione obſervare curaverit, divine remuneracionis gratiam, & apoſtolice benedictionis hic, & in futuro conſequatur abundantiam. Datum Rome V. Non. Martii per manus Petri, ſancte Romane Eccleſie Presbit. Cardinalis ac Bibliothecarii Anno XII. Pontificatus domini Alexandri ſecundi PP. Indictione XI.

Num. II. Privilegium Heinrici IV. Imp. An. 1074.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis, *Heinricus* divina ſavente clementia Rex. Eccleſias Dei ab hoſtium viſibilium incurſu deſendere nos conſtituit Dominus, ut eidem Domino vacare poſſint liberius, & inviſibilibus tenebrarum poteſtatibus reſiſtere valeant ſecurius. Siquidem in ſuburbio Patav. quoddam Monaſterium Altmannus eiusdem Patavienſis ſedis Epiſcopus fundavit, & ad ſancte, & individue Trinitatis honorem, Andree Apoſtoli, & Nycolai pii Pontificis nominibus adtitulavit, ad quod apoſtolice ſedis auctoritatem, quoniam acceperat noſtram quoque ſibi deeſſe, damnum eſtimabat, quam nos ſibi addere rogabat, at nos iuſte petitioni eius tam devote, quam debite acquievimus. Unde hoc

auctoritatis noſtre regale Edictum a nobis exeat, ut quidquid Altmannus Fundator, ſeu aliquis utriusque ſexus eidem prefate Eccleſie de ſuo vel iam tradidit, vel tradere voluerit, firmum, traditum, & ab omni vendicatione ſecurum permaneat. Quod ſi aliquis Dei inimicus, quod abſit, hoc decretum violare preſumpſerit, noſtra ſententia regali ſe feriendum timeat, cuius confirmationis teſtem cartam preſentem ſcribi iuſſimus, quam ut infra videtur, manu noſtra corroboratam, & ſigilli noſtri impreſſione inſignitam omnis generationis, tam future, quam preſentis notitie reliquimus. Signum Domini Heinrici IV. reg. invictiſs. Adalbero Cancellar. vice Sigefridi Acancellarii recognovi. Anno Dominice incarnationis MLXXIV. indictione XIII. VIII. Calend. Iunii datum, Anno autem Ordinationis Domini Henrici IV. Regis XX. regni vero XVIII. Actum Ratispone in nomine Domini Amen.

Num. III. Bulla Gregorii VII. P. M. An. 1075.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto fratri in Chriſto Altmanno Patav. Epiſcopo, & per eum Eccleſie, quam in Territorio eiusdem civitatis in portu Oeni fluminis conſtruxit, & in honore ſancte Trinitatis, & Paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Sanctorum Andree Apoſtoli, Pantalionis Martyris, & ſancti Nicolai Confeſſoris conſecravit in perpetuum. Convenit apoſtolico moderamini religioſis deſideriis, & petitionihus ea benignitate, & pietatis ſtudio condeſcendere, effectumque prebere, ut dum ſpiritualis auctoritas officii ſui debitum peragit, dum fidelium ſtatuta roborando venerabilibus locis preſidium defenſionis impendit, hic affectus ſuperne retributionis lucretur incrementum, quod in preſtando beneficio non minor fuit charitas, quam pietas. Hoc enim & bonorum ſtudiis ſpe proficiendi augmentum tribuit, & opus proprium fructu perfectionis Deo acceptabile reddit. Itaque dilecte frater, chariſſima ſancti Petri filia Imperatrice Agnete

ſemper

ſemper Auguſta indicante nobis, te in Suburbio civitatis tue iuxta portum predicti fluminis Oeni ad communem, & regularem vitam Eccleſiam conſtruxiſſe, & ut eam iuxta propoſitum tue devotionis, conſtitutionis apoſtolice privilegiis firmaremus, tum ipſa pro te ſanctiſſimo deſiderio poſtulante tanto promptius utriusque voluntati annuendum eſſe iudicavimus, quanto & tua vota iuſta eſſe certius inteligimus, & illius deſideria divino accenſa Spiritu ubique proſperari cupimus. Concedentes igitur tibi & prefate Eccleſie huius noſtri apoſtolici decreti, qui vel nunc in eadem Eccleſia ſunt ordinati, vel aliquo poſtea in tempore fuerint ordinandi, ſub communi ſemper vita & clauſtrali converſatione conſiſtant. Ad quorum communem uſum confirmamus, & incommutabiliter tenenda determinamus, determinate quidem, & ea que prenominata Imperatrix Auguſta remedio anime ſue donavit: videlicet nonam partem omnium, que ad Perſenburg ad manus ſuas culta reduntur, & ea, que tu ipſe per manum advocati tui Remberti illuc tradidiſti, ſcilicet anteſignatum portum predicti fluminis Oeni, cum omni utilitate ſua gratis quidem transponendis, qui cauſa orationis vadunt. Inſuper duas curtes Senftling, & Neunhoven cum omnibus pertinentiis, & unam Hofſlacham, quam Egeno ad uſum Epiſcopi dedit, & unum Manſum & dimidium ad Stainfelde, & tres Hofſachas in loco, qui dicitur Alburch, & Decimationem eius Ville cum uno Manſo, & unam Curtem Enzenwis cum Genezeo & omni utilitate, & tres Hofſachas de Euchendorf cum omni utilitate. Ad Richeſtorf unum manſum, & unum Molendinum, Eccleſiam I. que dicitur Aitenbach cum omni utilitate, que ad ipſam pertinebat, & unam decimationem in Parochia Huttarn, & unam Hofſacham ad Ouſta, cum ceteris bonis illuc pertinentibus, & ad Alnkoven unum manſum cum decimatione eiusdem Eccleſie, ad Ruſtam decimationem, ad Leuben I. vineam, ad Mautarn unum manſum, ad Wachawe duas vineas, ad Schenen

neuböhel duas, ad Aſchach II. & III. ſagenas, unam Patavie, & aliam Sebach, tertiam Mathſee, pro veſtitu autem XXIV. libr. X. de navibus, VI. de Goldertbert, IV. de Evirding III. de cenſu Mathſeé I. de Aufhoven, & Molendinum in eodem loco. Unam Hoffacham ad Richerſtorf, I. Peringen, Aunchirchen, & Altheim cum omnibus pertinentiis ſuis, I. Gerichwis, I. Heimiug, I. decimationem Ruebrechtshoven, II. Vineas Liumating, I. Eccleſiam cum decimatione Griezchirchen, & I. Hoffacham, Kaltenpach, decimationem in Rure Beugen, item decimationem Goumtis. Hec inquam omnia, & quecunque etiam innominata bona eidem Eccleſie vel nunc iuſte collata ſunt, vel inpoſterum Deo diſponente conferenda eo tenore, & auctoritate, ad communem uſum fratrum ibidem Deo famulantium decernimus, & corroboramus, ut communem, & regularem vitam ducentes nihil de bonis Eccleſie proprie, & ſingulariter ſibi vendicent. Si quis vero Imperatorum, Regum, Sacerdotum, Clericorum, Iudicum, ac religioſarum Perſonarum hanc conſtitutionis noſtre paginam agnoſcens contra eam venire temptaverit, poteſtatis, honorisque dignitate careat, reumque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & niſi ea, que ab illo ſunt male ablata reſtituerit, vel digna penitentia illicite acta defleverit, a ſacratiſſimo Corpore ac Sanguine Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo examine diſtricte ulcioni ſubiaceat, cunctis autem eidem loco iuſta ſervantibus ſit Pax Domini noſtri Ieſu Chriſtri, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem premia eterne Pacis inveniant Amen. Datum Rome per manus Petri Presbiteri Cardinalis, ac Biliothecarii, IX. Calend. Aprilis. Anno II. Pontificatus Domini Gregorii P. P. ſeptimi, Indictione XIII.

Num.

Num. IV. Litteræ fundationis. Anno 1076.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis, omnibus fidelibus in perpetuum. Nos Altmanus qualiscunque peccator, Patavienſis Eccleſie Rector. Epiſcopalis cure ſollicitudine commoniti ſancti quoque Spiritus gratia celitus inſtigati providimus Eccleſie locum, in quo religioſi Canonici pie, & iuſte vivendo divine contemplationi vacare, & pro nobis, & noſtris confratribus, cunctisque fidelibus Deo continuis debeant orationibus ſupplicare. Adiuvante igitur nobis feliciſſima Imperatrice *Domina Agnete*, in ſuburbio Patavienſis civitatis in portu Oeni fluminis, fundavimus Monaſterium pia devotione, & ſincera intentione in honore S. Andree Apoſtoli, & S. Pantaleonis Martyris, & precipue ſanctiſſimi confeſſoris, & pontificis Nicolai, cui de noſtris dominicalibus pauciſſima largientes de rebus tantum ipſum dotavimus, quas a perſonis extraneis & vaſallis noſtris comparando abſolvimus; aliorum etiam terre nobilium auxilio favorabili accedente, quam utique fundationem Apoſtolicorum virorum Domini Alexandri, & Domini Gregorii P. P. nec non Domini Heinrici Romanorum Regis huius nominis quarti confirmari, magna ſollicitudine ſigillatis Privilegiis procurantes, Viris quoque religioſis illuc ex diverſis cenobiis congregatis devotum Deo obſequium ibidem preparavimus atque gratum. Propterea omnia bona, que nos, & prenominata Auguſta in communem uſum fratrum illic Deo famulantium, pie & ſincere donavimus, ſigillis & privilegiis ad perpetuam valitudinem duximus roborare: ea tamen conditionis lege, ut ipſi Canonici communem & regularem vitam inibi ducentes, de bonis Eccleſie datis vel donandis uſui proprio nihil vendicent, ſed pari victus, & veſtitus ſuſtentatione fruentes pro collatis ſibi beneficiis ſemper grates ſummo referant largitori. Volentes itaque idem cenobium magno labore noſtro ex novo conſtructum nullius rectoris extranei preceptis ſeu ordinationibus ſubiacere, omne ius Parochia-

le extra menia, ſeu valles noſtre civitatis Patavienſis cum ſepultura libera, & cum Capellis forinſecus iam fundatis, vel adhuc fundandis eidem donavimus pleno iure, ita, ut unus fratrum de Conventu ipſi plebi in ſuburbio reſidenti per omnium Sacramentorum exhibitionem in ſuo Monaſterio, quod eis pro Parochia ſtatuimus, debeat tanquam paſtor legitimus providere. Ipſam etiam fundationem noſtram gaudere volumus omnibus libertatibus a ſanctis Patribus inſtitutis, ita ut libera ſit ab omni invaſione laicali, & nec rebus nec hominibus infra ſepta eiusdem conſtitutis ſub pena excommunicationis, quam iam in eos ferimus, aliqua violentia inferatur. *Dedit autem prefata Imperatrix in promotionem ipſius fundationis aream, in qua ſitum eſt monaſterium*, cum duabus curiis ſtabulariis, Senſtling videlicet, & Neunhoven; ut per eas habere poſſint fratres facilius paſcua pecorina. Item ortos & pomeria ipſi Eccleſie adiacentes. Item nonam partem omnium rerum ſuarum, quas in Perſenpeug, & Ibeſpurg uſu proprio poſſidebat. Ea vero, que nos in uſum & prebendam eisdem fratribus dedimus, omnia per manum *Domini Reinberti Comitis* noſtri Advocati ipſis tradidimus pro robore perpetue firmitatis. Sunt autem hec, que eidem monaſterio dedimus, ſive damus. Primo, ut in *noſtro foreſto* ſibi contiguo recipere debeant ſine exactione iuris, quod Forſtrecht dicitur, omnia ligna, que ad edificandum neceſſaria habuerint, *vel eremandum*. Item dedimus eis libere poſſidendum, quidquid iuris eſt extra valles civitatis, culti & inculti a Danubio usque ad Oenum, preter duo iugera ultra montem Weinchnobell ſita, unacum decimis predictarum curiarum, & aliorum agrorum, quociens cunque de ſuo domate propriis aratris coluerint, ſimulque omnes decimas vinearum, ortorum, pomeriorum, in eisdem terminis poſitorum: item dedimus eis portum ſive paſſagium Oeni fluminis cum omni ſua utilitate, gratis tamen illis omnibus transducendis, qui cauſa devotionis Sanctorum limina duxerint viſitare.

Item

Item dedimus eis in Jantobel dimidium manſum, in Holzhaim quatuor Hubas; in Hegenbach unam Hubam, in Probſtræut unam Hubam, circa Paeuntram dimidiam Hubam, in Sauming dimidiam Hubam; in Haſenprüel unam Hubam; in Winberch unam Hoffacham; in Stainvelde unam Hubam, in Sünnebach unam Hubam, in Pimsheim unam Hoffacham, in Alburch tres curtes ſtabularias cum aliis prediis empticiis. Item ibidem duas partes decimarum; in Gehai unam curtem, in Aufhauſen unum molendinum, & unam decimam & dimidiam Hubam. In Euchendorf unam Capellam, cum omni utilitate & pleno iure, ibidem unam curtem ſtabulariam, & dimidiam Hubam cum pratis, & ſilvis illuc pertinentibus; in Weizreichsdorf unam curtem cum omnibus eiusdem appendiciis, in Enzenweis totam villam cum molendino & *Genezeo* cum ſilvis, pratis, piſcationibus, & omni ſua utilitate; item Weringe, & Richerſtorff; in Raeut ſeptem Hubas, in Dornach unam curtem, & unam Hubam cum ſilvis, pratis, piſcationibus, ibidem unam decimam; item in Ahauſen, iuxta Landau unam decimam. Item in Engelmarſperg unam curiam, cum molendino, & alio predio parvo. In Chölnprunne unam Hubam, in Wachenweis duas curtes ſtabularias, cum aliis Hubis, areis, molendinis, pratis, ſilvis, piſcationibus ad eas pertinentibus, in Gerchweis tres Hubas, in Althaim unam curtem cum omnibus eius appendiciis, item in Aunchirchen Capellam cum omni utilitate & pleno iure; item ibidem duas partes decimarum, & unam curtem cum omnibus eius appendiciis, & quidquid utilitatum fratres ibidem ordinare ſibi poterunt in aquis, & ſilvis, oblationibus, & areis in eadem villa conſtitutis. Item in Aittenpach unam Eccleſiam cum omni utilitate, & cum iure Parochiali, & unam decimam in omnibus terminis eiusdem Eccleſie tam cultis, quam colendis, in Aha unam Hubam cum ſilva adiacente, in Vilshoven dimidiam Hubam, in Cuopharen tres Hubas; in Perchaim duas Hubas, in Parochia Huotarn

unam

unam decimam cum novalibus. In Parochia Chelichberch unam decimam cum novalibus, in Parochia Irshaim unam decimam cum novalibus. Item in Eccleſia, que Haiming dicitur, duas partes decimationis cum novalibus, item duas partes Decimationis novalium in ſilva, que Hoenhart dicitur, tam cultorum agrorum quam colendorum; in quatuor videlicet illis Eccleſiis, quarum termini in eandem ſilvam ex inferiori parte poriguntur, quarum Eccleſiarum nomina ſunt hec, Eberswanch, Schiltarn, Aſpach, Vekchelsdorff. Item Parochiam in Griezchierchen cum omni utilitate, & pleno iure cum una decima, in omnibus terminis ipſius Eccleſie tam cultis, quam colendis. Item Parochiam in Alnchoven cum omni utilitate & pleno iure, item decimam cum novalibus in omnibus terminis eiusdem Eccleſie, item ibidem unam Hoffſacham. In Euſten unam curtem, in Straz quatuor Hubas, in Hart unam Hubam cum ſilva adiacente, in Wincharn dimidiam Hubam, in Staudech dimidiam Hubam, in Einling dimidiam Hubam, ad Tunheim dimidiam Hubam, in Harthaim dimidiam Hubam, & unam curiam, in Reut unam Hubam, in Puetſing unam curiam & dimidiam Hubam, cum omnibus illuc pertinentibus, in Leuting unam Hubam & dimidiam, in Prüell dimidiam Hubam, in Chaltenbach unam Hubam, in Rupreheteshoven unam decimam, item in Auſtria in Rure circa Ruſte & Eitzendorff unam decimam. In omnibus terminis eiusdem ruris tam cultis, quam colendis, item in rure, quod Peuchrich dicitur, duas partes decimationis. In quatuor Eccleſiis, videlicet Neunchirchen, Rorenpach, Molte, & Rietenburch, ſimulque omnes decimas novalium in omnibus terminis earundem Eccleſiarum, item in Eccleſia Stregen duas partes decimarum cum ipſis novalibus. Item in Parochia Hohenwart unam partem decimationis, in omnibus terminis eiusdem Eccleſie tam cultis, quam colendis, item tres ſagenas unam in Seebach, alteram in Matſee, tertiam Patavie, que protenditur a pede montis,

in

in quo ſita eſt civitas usque Walkers legen; addimus etiam quidquid ipſi fratres utilitatis ſibi in eodem littore potuerint ordinare. Item in Sebach tres vineas, in Aſchach duas vineas, in Bachovia quatuor vineas, in Hunzhaim quatuor vineas, in Mautorn unam curiam cum duabus vineis. In Halle unam Sartaginem cum iure ſuo, in Sebach unam decimam, in Linthaim unam curiam. Item dedimus ad Luminaria Eccleſie Capellam S. Marie in loco Lauriacenſi cum omni utilitate & iure, que ex ipſa Capella tam oblationibus, quam cenſualibus vel ex areis infra cimiterium ſitis, aut etiam ex quibusdam ortis ibidem potuerit provenire. Pro veſtitu vero Fratrum ordinavimus viginti quatuor libras taliter exhibendas; de navibus Patavienſibus decem libras, de Golderlwert ſex libras, de Euerding quatuor libras, de cenſu Mathſee tres libras, de Aufhauſen unam libram. Preterea conceſſimus eisdem fratribus pro iure perpetuo, ut de navibus victualia eorum ducentibus ſupra, vel infra, ſive ſit annona, ſive vinum, vel ſal, quod eis pro domo dedimus, vel quicquit alii pro domo neceſſarium habuerint, in nullo loco ad nos ſpectante theloneum aliquod dare debeant, vel vectigal; immo gaudere debeant omni iure, quod civibus competit civitatis. Ad hec omnes Eccleſias, & omnes decimas preſcriptas, quas eidem Monaſterio tradidimus tam libere dedimus, ut cum iure patronatus etiam inveſtituram ſpiritualium habeant, omniumque novalium decimas percipere debeant indiviſe; concedimus etiam ipſi Prepoſito, ut omnes cauſas vel queſtiones circa homines ſuos extra civitatem emergentes, ipſe, vel ſui officiales per iudicium debeant terminare, exceptis his tantum, que mortem hominis exigunt, in illis iudex noſter, quantum ad corpus poteſtatem iudicandi habebit, ita ut bona perſone morientis Eccleſie integraliter debeant remanere. Indulgemus etiam eisdem fratribus liberam habere electionem; ita, ut mortuo uno Prepoſito plenam auctoritatem habeant alterum ſibi ſecundum ſuam

conſcientiam eligendi. Verum cum predia eiusdem fundationis noſtre, tam per felicem Auguſtam Agnetem, quam etiam per nos, & alios multos Nobiles ſibi collata in diverſis terrarum poſita ſint diſtrictibus, ut eadem ab aliorum advocatorum ſervitio libera omnimodis exiſtant, *Dominum Hainricum de Vornpach Comitem Provincialem ex utraque parte Oeni fluminis*, ſuper omnia predia dicti Monaſterii, quocunque loco in Bawaria ſunt poſita, Advocatum perpetuum duximus ordinandum, cui duodecim vineas in Ræutarn, caſtro ſuo adiacentes Griezpach cum aliis prediis & agris ad culturam earum pertinentibus, pro eo in feudum contulimus, ut ipſe eadem predia ſine omni vexatione iuris advocatie defendere debeat, fideliter & tueri. Idem autem nobilis Comes pro exhibito ſibi advocatie honore donavit eisdem fratribus pro iure perpetuo, *ut in ſuo foreſto, caſtro ſuo Neuburgenſi contiguo, recipere omni tempore debeant omnia ligna ad edificandum vel cremandum neceſſaria*, nulla ab eis utilitate foreſtica requiſita. *Dominum vero Leupoldum piiſſimum Marchionem terre Auſtralis* ſuper curiam in Mautorn, & ſuper omnia predia & decimas eorum videlicet in Ruſt, in Eitzendorf, in Bachovia, in Ureindorf, in Blat, in Peuchrich, ſuper tres curias videlicet Purchwiſen, Stregen, Neupact, & decimas ad eas pertinentes, ſuper Eccleſiam, & villam in Munichreuth, item ſuper predia circa ipſam, & in Machlant ſita, & ſuper curiam in Lintheim, & generaliter ſuper omnia predia eorum, quocunque loco ſuperius vel inferius in ſui Marchionatus diſtrictu poſita, de bono & maturo conſilio perpetuum ſtatuimus Advocatum. Niſi forte quiſpiam ſucceſſu temporis pro remedio anime ſue, & pro reverentia ſanctiſſimi Nicolai Pontificis eidem cenobio aliquas poſſeſſiones tradiderit, & ius advocatie cum Privilegio a Monaſterio recepto in eisdem ſibi reſervaverit, illum cum debita diſcretione frui volumus ſuo iure; qui vero teſtimonium talis Privilegii non oſtenderit, nullum ius advocatie ſibi debet vel poterit vendicare.

Pro

Pro ſervitio tamen, quod occaſione advocatie ab Eccleſiaſticis perſonis requiri ſolet, prefato Marchioni in Mukkerawe circa locum eundem viginti quatuor Hubas, & ſeptuaginta honeſta mancipia titulo contulimus feudali pro eo, ut nullum aliud emolumentum deinceps nomine Advocati recipere de eorum poſſeſſionibus teneatur. Ipſe vero illuſtriſſimus Marchio tanquam pius & devotus, oblatam ſibi advocatiam oculo gratuito in ſue poteſtatis dominium ſuſcipiens, ad incrementum noſtre nove plantationis, ita ut dici poſſet, & etiam eſſet noſter complantator, abſolvit, & exemit de maturo conſilio ſuorum nobilium Baronum, eandem Eccleſiam per omnem diſtrictum ſui Marchionatus in terris, & in aquis, in foris & civitatibus ab omni iure Thelonei, ſive Mute; ita ut quolibet tempore anni vinum, annonam, piſces, & alia queque pro domo neceſſaria in terris, & in aquis libere transducere debeant, vel ſi neceſſe fuerit in Stain & in Horn, ubi granum eorum tractari ſolet, nec non in aliis civitatibus aut foris vendere, vel locare ſine omnibus exactionibus anteſcriptis. Conceſſit etiam eidem Monaſterio, ut per nullum iudicium occaſione alicuius querimonie victualia eorum in terris, vel in aquis detineri debeant, niſi prius ab eo tanquam a vero Advocato, vel ab ipſo, quem ad hoc ſpecialiter ſtatuerit, iuſticia fuerit requiſita; quas utique gratias ideo preſenti Privilegio annotare curavimus, ut ſi forte aliquis ſuorum ſucceſſorum, (quod Deus avertat) easdem ſcire nollet, per hoc ſcriptum Predeceſſoris ſui benevolam munificentiam recognoſcat. Advocatis igitur premiſſis auctoritate omnipotentis Dei, & ſub pena eterne damnationis prohibemus, ut nec ipſi, nec ſui Heredes, ſed nec alter quispiam Advocatorum quocunque caſu ſuccedentium aliquem de eadem advocatia infeodare, vel ſubſtituere debeat, vel preſummat, ſi autem aliquis nolente Domino in contrarium fecerit, hic anathematis vinculis extunc ſe noverit innodatum, ac eterne damna-

tionis vindicta, niſi revocaverit puniendum. Et ſi aliquis Prepoſitus neceſſitate quacunque coactus Subadvocatum ſibi dari aliquem petierit, huius ſubſtitutionem ad unum tantum, vel ſaltem ad annos duos voluimus perdurare Quod ſi aliquis diutius pro viceadvocato poſtulatus, tamen Prepoſito placuerit, ne talis ex diutina comiſſione advocationem hereditariam ſibi poſſit aſcribere, volumus, ut Prelato cedente, vel decedente auctoritas huiusmodi Subadvocati omnimodis finiatur. Ipſi etiam preſcripti Advocati, in quorum iudiciorum terminis pene omnia predia Eccleſie iacere videntur, hanc gratiam ipſi Monaſterio conceſſerunt, ut Prelati eiusdem omnes cauſas ſive queſtiones in hominibus eorum exortas per ſe, vel per ſuos officiales debeant iudicare. Si autem. culpa alicuius hominis penam mortis exigit, Iudex in perſona rei iudicium exerceri tenetur, bona vero ipſius Eccleſie remanebunt. Predia autem, que in Grietzchirchen, & in Alnhoven Cenobio dedimus memorato, nobismetipſis & noſtris Succeſſoribus ſine omni utilitate iuris advocatie reſervavimus defendenda; ſic tamen, ut Prepoſitus omnes cauſas in eis emerſas debeat iudicare, nullusque Succeſſorum noſtrorum ſuper ea aliquem Subadvocatum ſibi preſumat ſubſtituere, ſed per ſe pie, & fideliter pro honoris ſui decentia tueatur. Si autem aliquis Epiſcoporum honorem proprium parvipendens eandem advocatiam ad alias perſonas quocunque modo tranſtulerit, vel ex impotentia, aut deſidia ipſos tueri neglexerit, licitum erit fratribus *hoc uti Privilegio, a Principe terre protectionis* auxilium invocare. Item quia predia, quibus idem Monaſterium dotavimus, tam libere ſibi dedimus, quod nulli hominum aliquod ius hereditarium competit in eisdem, predicti Advocati, quorum intereſt, de ipſis iudicare prediis ſtatuerunt, ut nullus hominum contra eadem predia alio teſtimonio agere debeat, niſi per ſola Privilegia, que ſuper iuribus ſpecialibus a Monaſteriis dari ſolent. Et quia idem Cenobium

bium in latere noſtre cathedralis Eccleſie ideo fundavimus, ut Prelati eiusdem tanquam intimi Secretarii, & ſummi Capellani, Succeſſores noſtros in ſuis debeant oneribus ſupportare, congruum valde eſt, ut & ipſi Succeſſores noſtri eandem Eccleſiam ſpecialibus honoribus, promotionibus, favoribus, & gratiis proſequi teneantur. Cum igitur omnia facta pie, & iuſte inchoata a malignis hominibus ſuggeſtione diabolica inpugnari, immo frequentius ſoleant impetiri, ne hoc opus noſtrum religioſum ad honorem huius Patavienſis Cathedre factum, & feliciter conſummatum iniquorum calumniatorum malitia ſucceſſu temporis audeat, vel valeat infeſtare, pro originali noſtre fundationis inſtrumento premiſſa omnia preſente pagina noſtro ſigillo authentico roborata, ſimulque cum Teſtimonio venerabilium Perſonarum, Canonicorum noſtrorum videlicet & Miniſterialium duximus confirmare. Teſtes de Canonicis: *Willipoldus tum Prepoſitus, Erkhengerus Decanus, Iſenbertus Cantor, Paldwinus Scholaſticus, Aigelbertus Archipresbiter, Egeno, & Otakerus Capellani.* Miniſteriales vero *Reinherus de Rotawe, Gotzwertus de Weſen, Raffoldus de Morſebach, Porno de Holtzhauſen, Rudigerus de Ridelberg, Ekkolfus de Wolnbach, Chaezlinus de Schaltarn, & frater eius Ottakerus, Hartwicus de Chrenzing, & Rudwertus frater eius, Ottakerus de Weidach, Imzo de Stegbach, Luitgotz de Tabrechshuſen:* & plures alii ex noſtris fidelibus. Ut autem hec omnia firma & illibata permaneant, iudicio Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & auctoritate beati Petri Apoſtoli, eiusque Vicariorum Alexandri & Gregorii P. P. & fiducia Sanctorum Patronorum Andree Apoſtoli, Panthaleonis Martyris, Nycolai Pontificis diſtricte interdicimus, ut nullus Succeſſorum noſtrorum, ſeu aliqua ſecularis, ſeu eccleſiaſtica Perſona de prediis Eccleſie iam datis, vel poſtmodum donandis invadere, vel diminuere, vel uſui fratrum aliquid preſumat ſubtrahere ullo modo. Si quis autem, quòd Deus avertat, auſu ne-

fario id ipſum transgreſſus fuerit, ſi tertio commonitus, debita ſatisfactione non emendaverit ; Anathematis laqueo ſe noverit irretitum, & partem cum Iuda peſſimo habiturum. Conſervantibus autem pax, & miſericordia hic & in futuro ſeculo perſeveret Amen. Acta ſunt hec in cathedrali noſtra Eccleſia apud Pataviam, Anno Domini mileſimo ſeptuageſimo quarto indictione nona XII. Kal. Iunii.

Not. Mendum in æra hic latere nemo facile negaverit, cum conſtet Luipoldum III. Auſtriæ Marchionem, cui advocatiam Canoniæ ad S. Nicolaum commiſit Altmannus Epiſcopus, anno demum 1075. Erneſto Patri ſucceſſiſſe; quin etiam Privilegium Gregorii VII. P. M. ab ipſo Altmanno hic allegatum, anno demum 1075. datum fuiſſe, abunde probat adſcripta ipſi Indictio XIII. Hinc fane anno 1074. in Apographis duobus ſeculi XIV. & XV. (quæ ſola nobis videre contigit) itemque apud Hundium præfefert diploma Altmannianum, annum 1076. ſubſtituendum cenſuimus: Indictionem IX. autem, quæ nec in annum 1074. nec 1076. quadrat, aliis ſanandam relinquimus.

Num. V. Reſtauratio Canoniæ ad S. Nicolaum, An. 1100.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, Ulricus Dei gratia Patav. Epiſcopus cunctis Succeſſoribus ſuis, & omnibus impoſterum fidelibus in perpetuum. Epiſcopalis providentia, & paſtoralis ſollicitudo compellunt nos religioſis, & Deo ſacratis locis non ſolum in preſenti favere, ſed etiam in futurum eorum quieti, & ſecuritati, ne improborum perverſitate ledi, aut perturbari valeat, quantum divina concedit clementia providere, quatenus vobis, & cunctis fidelibus ex orationibus inibi Deo ſervientium tanto copioſior fructus agreſcat, quanto eis ad vacandum Deo nullius perturbationis improbitas obſiſtere preſumat. Quapropter Monaſterium a ſanctiſſimo predeceſſore noſtro huius ſancte Sedis Epiſcopo Altmanno in honore B. Andree Apoſtoli, & S. Panthaleonis

thaleonis Martiris, & B. Nicolai Confeſſoris, adiuvante & cooperante beate memorie Agnete Imperatrice, in portu Oeni fluminis fundatum, & Apoſtolicorum Virorum Alexandri, & Gregorii Paparum, nec non & Henrici Regis huius nominis quarti privilegiis, & ſigillis roboratum, ſed peccatis facientibus iam dio ab adverſariis deſtructum adiuvantibus & collaborantibus filiis noſtris, Adalrico ſcilicet Prepoſito, & Manegoldo Decano, ceterisque religioſis viris ibidem Deo ſervientibus, quantum potuimus ſuperna proſperante gratia reparavimus. Atque ut inconvulſum & illibatum omni futuro tempore permaneat, Deo Patri, Sanctisque eius flectere genua precibus, & ſuſpiriis non ceſſamus, non minori enim remuneratione reparatorem ditari, quam fundatorem confidimus. Omnia itaque bona, que eidem Monaſterio prefatus Epiſcopus, & prenominata Imperatrix Auguſta in comunem uſum fratrum inibi regulariter converſantium, longe vel prope culta ſeu colenda, queſita, ſive querenda tradiderunt, nos quoque ſtabilimus, & firmiter ſemperque tenenda decernimus, & conſtituimus. Sunt autem hec inprimis, que prenominata Imperatrix Auguſta pro remedio anime ſue donavit, IX. videlicet pars omnium, que ad Perſenburg, & Ibsburch ad manus ſuas culta reddebantur, que vero ſequuntur per manum Advocati ſui Remperti prefatus Epiſcopus illuc tradidit. Scilicet preſignatum portum fluminis Oeni cum omni utilitate ſua, Eccleſiam S. Marie Magdalene dimidio manſo dotatam, in Suburbio vero civitatis XI. domata, & quicquid ruris eſt a Danubio uſque ad Oenum, preterea duo iugera, inſuper duas ſtabularias curtes, Senftling, & Neuenhoven cum omnibus pertinentiis ſuis. Ad Tantobel dimidium manſum, ad Holzheim IV. Hubas, ad Hailbach I. ad Probeſtreut I. vaſa tornata ſolventem. I. Hoflacham ad Windperch, unam Hubam ad Stainveld. I. ad Sunpach. I. ad Punzhaim, unam Hoffacham in loco, qui dicitur Alburg, & duas partes decimationis

nis eiusdem Eccleſie cum una Huba, ipſam vero Eccleſiam nos pro concambio Sagene, que eſt in loco, qui dicitur Matſeé, illuc tradidimus. Dedit etiam tres Hubas ad Aveking ſolventes ferrum. I. molendinum ad Aufhauſen, ad Rogenſtorf I. curtim, ad Euchedorf unam cum Hubis illuc pertinentibus ad Paretichsdorf, I. in Enzenweis cum Genezeo ſilvis, pratis, piſcationibus, & omni utilitate ſua. Unam Hoffacham ad Wachenweis, I. ad Chaltenprunn cum omnibus ad eas pertinentibus, I. Hoffacham Gerchwis cum una Huba, III. caratos cereviſie de bonis Epiſcopi, & eadem villa Dunkirchen cum decimatione, & una Huba Althaim cum ſua utilitate, Eccleſiam, que dicitur Aitenpach cum ſervitio, quod Epiſcopo ſolvebat, dimidiam Hubam ad Vilshoven, II. ad Chafarm, III. ad Perchaim, I. ad Huchenchoven, I. ad Abeſpach, & Walde ſolventem picem, & avenam, & decimationem in Parochia Hutarn, & ad Chelichſpach, & ad Irshaim, II. partes decimationis Eccleſie, que dicitur Heinring, cum uno manſo. Tradidit etiam duas partes decimationis Eccleſie, que dicitur Hohenhart tam cultorum, quam colendorum in illis Eccleſiis, quarum termini in eandem ſilvam ex inferiori parte porriguntur, quarum iſta ſunt nomina. Eberſwanch, Schiltarn, Aſpach, Vechelſtorf, quas partim ab Hermanno Babenburgenſi Epiſc. jure ſynodali cum decimatione aliarum XII. Hubarum obtinuit, partim & in proprio epiſcopatu nemine contradicente dedit. Donavit etiam Eccleſiam, que dicitur Grieschirchen cum una decimatione, ad Alnchoven unam Hubam cum decimatione, I. Hoffacham ad Euſta cum IV. manſis, dimidium manſum ad Prüell ad uſum Apum, dimidium ad Thunhaim, unam decimationem ad Ruprechtshoven, I. Hubam ad Chalienpach, in oriente unam decimationem, ad Ruſta unam, ad Iountes I. ad Hohenwart in rure, quod dicitur Burga, II. partes decimationis ad Mautarn unam Hubam, ad Widach I. dedit etiam tres Sagenas: I. Sebach I. Patav. I. Matſeé in loco, qui dicitur Halle, I. Sartaginem

taginem cum ſuo iure. Ad Sebach III. vineas, ad Aſpach II. ad Sibach I. ad Luminaria Eccleſie dedit Capellam ſancte Marie in civitate Laureacenſi, ad eadem etiam Luminaria dedit Bernhardus de Schonhoringen quintam partem de cenſu navium. Pro veſtitu autem ordinavit XXIV. libras, decem de navibus Patav. VI. de Goldenwerd, quatuor de Everding, III. de cenſu Mathſee, I. de Aufhauſen. Sunt etiam quedam, que alii fideles pro remedio animarum ſuarum prefate tradiderunt Eccleſie. Quidam nobilis homo nomine Hezil tradidit Pering, & Richerſtorf cum uno molendino. Quedam Matrona nomine Azala I. Hubam ad Puch, Dominus Adalram petente Aſchwino I. Hoffacham ad Walkſing; quidam Sacerdos Rudolff predia, que habuit in duobus locis Sumpach, & Purchard cum familia, Dietricus advocatus I. predium Chrenenrich, unum predium cum molendino ad Praitenbrunn, Comes Gebhardus Schacham cum pertinentiis ſuis, Gebhardus cognomento longus, I. predium ad Poching, Meingot Sacerdos I. predium ad Sumaning, Adalram de Aſchach I. predium ad Wurgelſtorf. Quidam nobilis homo nomine Meinhart, Pollenhaim, Sinnding cum aliis prediis ſuis, quorum quedam pro aliis utilioribus commutata ſunt. Quidam Gerhoh I. predium ad Chrenzpach, quidam Sacerdos nomine Ekkerich unum predium ad Harthaim cum duabus vineis, II. ad Poſinge, III. ad Reut. Quedam Matrona nomine Richinza dedit II. vineas ad Imzenſtorf, & dimidium manſum ad Ruſt. Quam traditionem poſtea nepos eius Rapoto firmavit. Hec inquam omnia, & quecunque etiam innominata bona idem Monaſterium vel nunc liberalitate predictarum perſonarum iure poſſidere, vel in antea iuſte, & Canonice Deo faveute poterit adipiſci, noſtri precepti tuitione, & ſigilli impreſſione firmamus, & roboramus, eo ſcilicet tenore, & conditione, ut ad communem uſum Fratrum ibidem Deo famulantium proficiant, & communiter, regulariterque converſantes nullus ſeu in preſentiam,

vel in craſtinum de bonis Eccleſie proprio vel privato uſui quicquam preſumat uſurpare, ſed iuxta apoſtolice inſtitutionis normam, prout cuique opus erit a Prelatis diſtribuatur. Ut igitur hec omnia firma, & illibata permaneant, iudicio Dei Patris omnipotentis, & Filii, & Spiritus ſancti, & auctoritate beati Petri Apoſtoli eiusque Vicarii Paſcalis P. P., & fiducia, & conſolatione beati Andree Apoſtoli, & ſancti Pantaleonis martiris, & pii Confeſſoris Nicolai, amore etiam reverende memorie Altmanni Epiſcopi interdicimus, & prohibemus, ut nullus ſucceſſorum noſtrorum, ſeu aliqua ſecularis, vel eccleſiaſtica perſona de nominatis prefate Eccleſie prediis invadere, aut diminuere, vel uſui fructum apoſtolica inibi veſtigia ſervantium ſubtrahere preſumat, ſi quis autem, quod Deus avertat, auſu nephario hec transgreſſus fuerit, ſi tertio commonitus, congrua ſatisfactione non emendaverit, anathematis laqueo ſe irretitum, & cum Iuda peſſimo mercatore partem habiturum indubitanter agnoſcat. Conſervantibus autem pax, & miſericordia in preſenti, & futuro ſeculo ſervetur Amen.

Num. VI. Confirmatio Heinrici V. Imp. An. IIII.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis, Heinricus divina favente clementia Imperator Auguſtus, cunctis Chriſti fidelibus in perpetuum. Eccleſias Dei ab hoſtium viſibilium infeſtatione defendere, noſtrum Dominus conſtituit imperium, ut hii, qui in locis ſanctis ac Deo dicatis ſpiritualiter Deo militant, quanto ſecurius, ac liberius noſtra tuitione Deo vacant, tanto imperium noſtrum exaltetur in preſenti, & ſublimius bravium perpetue remunerationis nobis paretur in regno celorum. Siquidem in ſuburbio Patavienſis Eccleſie in tranſitu fluminis Oeni pie memorie Altmannus eiusdem Eccleſie Epiſcopus favente, & cooperante digne memorie Avia noſtra Agnete Imperatrice Monaſterium fundavit,

& ad

& ad ſancte & individue Trinitatis honorem, Andree Apoſtoli, & Panthaleonis Martyris, & beati Nicolai pii Pontificis nominibus attitulavit. Unde, quia Fratres prefati Monaſterii Privilegium Patris noſtri acceperunt primitus, quoque noſtri Imperii idem Monaſterium, & que ad illud pertinent muniri devote poſtulaverint, ut predictorum Sanctorum nobis ubique non deſit adiutorium, quorum petitioni tanto clementius annuendum eſſe cenſuimus, quanto non minor eſt poteſtas, quam voluntas. Igitur hoc noſtre auctoritatis imperiali edicto promulgamus, ut quicquid Altmannus Epiſcopus eiusdem Eccleſie fundator, ſeu aliquis utriusque ſexus fidelis eidem Eccleſie de ſuo vel tradidit, vel tradere voluerit, firmum & inconvulſum, & ab omni invaſione & infeſtatione hoſtili maneat ſecurum. Imprimis ergo omnia, que predicta Avia noſtra, pieque memorie Pater meus illuc tradiderunt, nos quoque, quisque predium teneat, pro amore Dei, & anime noſtre remedio damus, nonam videlicet partem de Ibeſpurg, & Perſenpeung. Que vero ſequuntur per manum Advocati ſui Reinberti prefatus tradidit Epiſcopus, ſcilicet decimas de hortis, de pomeriis, de vineis, de agris, que de illo domate coluntur ad Hoſpitale pauperum ibidem conſtitutum, ad uſum quoque Fratrum preſignatum portum fluminis Oeni cum omni utilitate ſua, Eccleſiam S. Marie Magdalene dimidio manſo dotatam in ſuburbio veſtre civitatis, XI. donata, & quicquid iuris eſt a Danubio usque ad Oenum preter duo iugera, inſuper duas ſtabularias curtes Senftling & Neunhoven cum omnibus pertinentiis ſuis. Ad Tantobel dimidium manſum, ad Holzhaim IV. Hubas, ad Hegenbach unam, ad Probſtreut unam *Voſa tornata* ſolventem, unam Hoffacham ad Windberch, unam Hubam ad Steinveld, unam ad Surinpach, & ad Winzheim, I. Hoffacham in loco, qui dicitur Alburch, & duas partes decimationis eiusdem Eccleſie cum una Huba: ipſam vero Eccleſiam Ulricus Patavienſis Epiſcopus pro concambio ſagene, que eſt in loco qui

dicitur Mathſee illuc tradidit: dedit etiam predictus Epiſcopus Altmannus III. Hubas ad Aveking ſolventes ferrum, unum molendinum ad Aufhauſen, ad Reicherſtorf I. curtem, ad Euchendorf unam cum Hubis illuc pertinentibus, ad Pazrichſtorf I. Enzenweis cum Genezeo, & molendino ſilvis, pratis, piſcationibus & omni utilitate ſua, I. Hoffacham ad Wachenweis, I. Kaltenbrun cum omnibus ad eas pertinentibus, I. Hoffacham Gerchweis, cum una Huba tres caratos cereviſie de bonis Epiſcopi in eadem villa, Aunchirchen cum decimatione, & una Huba, Althaim cum ſua utilitate, Eccleſiam, que dicitur Aitenbach cum ſervitio, quod Epiſcopo ſolvebat, dimid. Hubam ad Vilshoven, II. ad Chufarn, III. ad Perchhaim, I. ad Huchenhoven, I. ad Habechſpach I. ad Walda & decimationem in Parochia Hutarn I. ad Chelichberg I. ad Irsheim II. partes decimationis Eccleſie, que dicitur Haiming cum uno manſo II. partes decimationis novalium ſilve, que dicitur Hochenhart tam cultorum, quam colendorum in illis Eccleſiis, quarum termini in eandem ſilvam ex utraque parte poriguntur. Quarum nomina ſunt Vechelſtorf, Eberſuanck, Schiltorn, Aſpach, Habing, quas partim ab Hermanno Babenbergenſi Epiſcopo iure ſinodali cum decimatione aliarum XII. Hubarum obtinuit. Partim, ut in proprio Epiſcopatu nemine contradicente dedit, donavit & Eccleſiam que dicitur Griezchirchen cum I. decima ad Muchoven, I. Hubam cum decima I. Hoffacham ad Euſta cum IV. manſis, dimid. manſum Pruch ad uſum apum, dimid. ad Tunheim I. decimationem ad Ruprechtshoven I. Hubam ad Kaltenpach. In oriente I. decimationem ad Ruſta, I. ad Zountes, I. ad Hochenwart in rure quod dicitur Peuga, II. partes decimationis ad Mutarn, unam Hubam ad Widach, I. dedit & III. Saginas, I. Sepach, I. Patavie, I. Mathſee; in loco qui dicitur Halle, I. Sartaginem cum ſuo iure ad Seepach III. vineas ad Aſchach, II. ad Vipach. I. ad Leumendingen, II. ad Schenbichel, II. ad Leuben, I. ad Wachawe, IV. ad

Mau-

Mautarn, I. ad Hundeshaim, I. ad Luminaria Eccleſie dedit Capellam S. Marie in civitate Laureacenſi. Ad eandem Eccleſiam Luminaria dedit Pernhardus de Schoenhering quandam partem de cenſu navium Patav. pro veſtitu autem ordinavit XXIV. libras X. de navibus Pataviens. IV. de Golderwet. IV. de Efriting tres de cenſu Mathſee, I. Aufhauſen ſunt etiam quedam, que alii fideles pro remedio animarum ſuarum prefate tradiderunt Eccleſie. Quidam nobilis homo nomine Hetzil tradidit Pering, & Richerſtorf cum uno molendino. Quedam Matrona nomine Azala, I. Hubam ad Puech, Dominus Adalram petente Aſtwino, I. Hoffacham ad Walgeſing. Quidam ſacerdos nomine Raphold predia, que habuit in duobus locis Siunpach, & Purcharding cum familia, *Dietricus Advocatus* unum predium Ermenrich, I. predium cum molendino ad Praitenprunen *Comes Gebhardus* Schalchen cum pertinentiis ſuis. Gebhardus cognomento longus unum predium ad Pochinge, Meingot ſacerdos I. predium ad Summaming, *Adalram de Aſchach*, I. predium ad Urglſtorf, quidam nobilis homo nomine Meinhart Polnhaim, Sinniding cum aliis prediis ſuis, quorum quedam pro aliis utilioribus commutata ſunt. Quidam Gerhoh, I. predium ad Grizenbach, quidam ſacerdos nomine Ekkerich, I. predium ad Harthaim cum duabus vineis ad Büſing, III. ad Reuth. Quedam Matrona Richinza dedit II. vineas ad Linzenſtorf, & dimidium mantum ad Ruſt. Quam traditionem poſtea nepos eius Rapoto firmavit. Quedam Matrona nomine *Adelheit de Tanna* Penevent tradidit cum familia, & omni utilitate ſua, quidam *Alwinus de Stain* I. predium ad Hefte. Unde, ut hec traditio firma rataque omni futuro tempore permaneat, noſtra imperiali auctoritate percipimus, & confirmamus. At ſi aliquis inimicus Dei, quod abſit, hoc imperiale edictum temere violare preſumpſerit, iram Dei noſtreque potentie vindictam & indignationem eius non dubitet affuturum. Hec igitur omnia ut firma illibataque permaneant,

cartam preſentem noſtre confirmationis Teſtem ſcribi iuſſimus, quam ut infra videtur manu noſtra confirmatam, & ſigilli noſtri impreſſione inſignitam omnis generationis tam future, quam preſentis notitie relinquimus. Signum Dom. Heinrici IV. Rom. Imp. Auguſtiſſimi Albertus Cancellarius recognovit. Data VII. Kal. Iul. anno Dominice Incarnat. MCXI. Indict. IV. an. V. Regni Henrici Imperatoris huius nominis quinti, Imperii vero primo. Actum Patavie in nomine Domini feliciter Amen.

Num. VII. Donationes Leopoldi Marchionis Auſtriæ, Anno 1136.

Notum ſit omnibus, tam preſentibus, quam futuris, quod Marchio Leopoldus, & Agnes uxor ſua cum conſenſu, & manu filiorum ſuorum tradiderunt Fratribus ſancti Nicolai Patavienſis duas vineas Ibſepurch, cum mancipiis ad eas pertinentibus. Inſuper aliud predium Swarzach, eisdem fratribus tradidit, & ipſe preſens ibidem eiusdem predii terminum poſuit in concambium none partis fructuum, quos Perſenperg predictus prius dederat, reſignavit etiam duas partes decimationis eiusdem predii Epiſcopo Reginmaro, quas idem Epiſcopus rogante Leupoldo Marchione fratribus in perpetuum dedit, Bannoque confirmavit; in hac etiam confirmatione memorie comendandum, & ipſum Marchionem Leupoldum cum Agnete uxore ſua Bibliothecam in tribus voluminibus, & Miſſale ab eisdem fratribus accepiſſe ea conditione, ut annuatim libere navis eorum absque cenſu de partibus orientis tranſiret, & ut poſſeſſio eorundem fratrum in eisdem finibus nulli Marchionis iuri ſubiaceret, & loco, qui dicitur Neunburch, quem Domino noſtro Ieſu Chriſto, & ſue ſanctiſſime Genetrici Marie preſcripſit, tradidiſſe. H. r. t. ſ. *Dietricus Comes, & advocatus eiusdem Eccleſie, Cunradus Comes de Bilſtein, Wolfherus de Tegernbach, Albertus de Stainham, Wernherus de Geppenheim, Wolfkanch*

kanch de Mutheim, *Dieprant de Chuſtelwanch.* Anno ab incarnatione Domini MCXXXVI. ſub Imperatore Lothario, P. P. Innocentio, Epiſcopo Regimaro, Adelberto Prepoſito.

Notum ſit omnibus fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod Imperatrix Agnes nonam partem omnium redituum de Perſenberg beato Nicolao Patav. tradidit, ſed eadem nona pars per negligentiam per aliquot annos ſubtracta eſt. Egregius autem Marchio Leupoldus cum Agnete uxore ſua, & Adalberto filio ſuo ob remedium animarum ſuarum eandem nonam partem anno MCXXVIII. beato Nicolao recognoſcendo reddiderunt, & hoc preſenti ſigillo ſuo confirmaverunt, & quicunque deinceps ſubtrahat, vinculo anathematis ſe ligatum non dubitet.

Traditio none partis, quam Imperatrix Agnes ſancto Nicolao tradidit, ſcilicet omnium rerum utenſilium pertinentium ad predium Perſenpeuge, ſecundo confirmata eſt a Marchione Leupoldo preſente uxore eius Agnete, & preſentibus quatuor filiis ſuis Adalberto, Leupoldo, Ottone, Erneſtone laudantibus, ac manus apponentibus. H. r. t. ſ. *Hertwicus*, *Wernhardus*, *Cadoldus*, & alii quam plures.

Num. VIII. Concambium cum Reimberto Epiſcopo Patav. factum, Anno 1144.

In nomine Domini Reinbertus Dei gratia Patavienſis Epiſcopus ſalutem in Chriſto Chriſti fidelibus. Paſtoralis cure ſollicitudo exigit dominicas oves Petro primum, & Petri ſucceſſoribus commiſſas cum omni diligentia paſcere, gregem conſervare, & ſicut lupos a ſtabulis, ita raptores Eccleſiarum arcere a rebus eccleſiaſticis. Huius rei gratia frater Albertus ſancti Nicolai venerabilis Prepoſitus, Eccleſie ſue privilegia ab Altmanno, & Ulrico Patavienſi Eccleſie venerabilibus Epiſcopis inſtituta legenda nobis

nobis obtulit, eaque noſtra auctoritate contra novas Eccleſiarum calumnias renovari communi fratrum petitione poſtulavit. Nos illius, & fratrum noſtrorum iuſtis peticionibus conſenſum adhibentes, quecunque anteceſſores, & piiſſima Imperatrix Agnes, ceteri noſtrique fideles predicto Cenobio pia devotione contulerunt, vel adhuc conferenda ſunt, nos quoque collata, & nunquam auferenda eſſe cenſemus, quidquid anteceſſores noſtri apoſtolico, & ſue auctoritatis Banno confirmarunt, nos & ipſum apoſtolico noſtroque Banno confirmantes ab illorum ſententia non diſſentimus. Notandum vero, & memorie commendandum eſt, inter nos, & predictos Fratres facta eſſe tria concambia, primum ad Alenkoven, ab anteceſſore noſtro Remigero Epiſcopo inceptum quidem, ſed per nos confirmatum, ubi pro tertia parte decimarum, que Sacerdotis erat, eis concella, nos ab eis decimarum partes recepimus, in Eccleſiis videlicet, que diverſis appellatur nominibus, Ruprechtshoven, Chamerpha, Neunkirchen. Secundum concambium eſt iuxta ſanctum Severinum in Rivulo, qui vocatur Putera, ubi pro molendino, & ad molendinum pertinente loco dimidiam Hubam Ottenhinden, ſicut Heimo poſſederat, recepimus; tertium concambium in orientali plaga factum eſt ad Swarza. Cuius loci Eccleſiam a nobis conſecratam cum dote decimis, terminis, cum omni utilitate ſua ſancto Nicolao in uſus Canonicorum contulimus, recipientes in commutatione Theloneum Patavienſe, quod eis perſolvi debuerat de navibus cum quibusdam areis ad Everding collatis, que transmutationes ut legaliter fierent, facte ſunt preſente *Comite Dietrico* fratrum advocato, & easdem traditiones nobis invicem ſtabili tenore dantes, & accipientes, preſentibus, & in teſtimonio noſtris fidelibus nomina quorum inferius ſubſcripta ſunt. Quisquis ergo contra decreta Paparum, Predeceſſorum noſtrorum, & noſtra venire tentaverit, quisquis predictos fratres per violentiam inquietare, bona eorum auferre, devaſtare

vaſtare, vel minuere auſus fuerit, noverit ſe vinculo anathematis alligatum, & niſi per penitentiam recipiſcat, cum tenebrarum Principe eternis tenebris eſſe deputandum. Et ut noſtre tuitionis auctoritas nota, omnibus rata, & futuris temporibus inconvulſa permaneat, & hanc preſentem paginam in teſtimonium conſcribi, & ſigillo noſtro fecimus eam aſſignari. Datum eſt Patavie anno incarnationis Dominice MCXLIV. indictione VI. II. Non. Maii, apoſtolice ſedis Innocentio Papa, regnante Rege Conrado. Teſtes qui interfuerunt concambiis iſti ſunt: *Conradus de Sunelburg*, *Rembrecht de Celking*, *Hadmar de Chuffarn*, *Mangold de Weſen*, *& filius eius Marchart*, *Syboto de Borringheim*, *Ulrich de Holzhauſen*, *Otto Prepoſitus*, *Ulſchalch*, *Siboto de Mathſee*, *Rudiger*, *Eberhart*, *Fridrich*, *Ulrich*. Hec eſt decimatio, que facta eſt ad Suarzach per deſcenſum Steinbach uſque ad fontem Botenbrun, & inde per directum usque ad rivum Yſpira, & per meatum eiusdem rivi uſque ad Teſſen; hinc inde uſque ad Laimbach ſuperiorem, & inde inferiorem Laimbach, & per deſcenſum huius aque uſque Grieslif, inde per directum uſque ad villam, que dicitur Enzimanſwaichoven, & inde per directum uſque ad villam, que dicitur Brukk, & a Brukk uſque ad Marbach, inferius Rapotenræut, & per deſcenſum huius aque uſque ad villam Irlach inferiorem, & inde iterum ad Stainpach primitus nominatum. Hec decimatio facta eſt conſultu Clericorum, & Laicorum, qui aderant, ſcilicet: *Dietricus Comes*, *Erchenbrecht de Mosbach*, *Otto de Machlant*, *Rapoto de Stimphing*, *Mangolt de Weſen*, *Hartneid*, *Walchun de Martinreut*, *& filius eius Walchun Siboto*, *& Wezil miniſteriales ſancti Stephani*, *Ozo de Streitwiſen*, *Sigelholcus*, *& filii eius de Pirpainnen Syzineus*.

Num. IX. Immunitas Auſtriaca, Anno 1202.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis, Leupoldus Dei gratia Dux Auſtrie ac Stirie univerſis Chriſti fidelibus ſalutem in perpetuum

petuum. Excellentia ſublimitatis deſuper nobis collate, ut ea, que ad uſum & profectum Eccleſiarum conducunt, & expediunt, attentius promovere ſtudeamus, depoſcere videtur. Huic enim conſonat, & applaudit, quod dicitur: ab eo plus exigitur, cui plus comititur. Multitudinem ergo commiſſorum nobis ſincera mentis intentione, diligenti conſideratione perpéndentes, & divina revolventes percunctatione, peccatorum noſtrorum vulneribus cuiusdam medicaminis cauterium adhibere pium ſtatuimus. Pro remedio enim animarum videlicet pie recordationis patris noſtri Ducis Leupoldi, fratrisque noſtri Ducis Friderici, noſtreque ſalutis intuitu Fratribus in domo S. Nicolai Patav. Deo inibi militantibus ob veneracionem reliquiarum ibidem reconditarum, libertatem per terras noſtras omnium rerum ſuarum mobilium tranſitus omnium Vectigalium exactione ſemota contulimus. Ut autem hec liberalitatis noſtre donatio rata, & inconvulſa permaneat, preſenti pagina Sigillique noſtri Charactere ac teſtium annotatione, quorum ſubſcripta nomina ſunt, roboravimus. *D. Dietricus Prepoſitus in Neunburch, D. Sigehardus Prepoſitus in Domo S. Ypoliti, D. Wichardus Prepoſitus in Ranshoven, D. Pertoldus Prepoſitus in Voranve, D. Wiſinto Prepoſitus in Domo S. Georgii, D. Syfridus Plebanus in Helaenprunn, de ordine Liberorum Ulricus de Pernecke, D. Wachimus de Waeſenburch de Ordine Miniſterialium, Wichardus Dapifer, & filius eius Catoldus, Dietmarus de Chaernerprunn, Rudolfus de Potendorf, Henricus de Tumbenaue, Gotfridus Camerarius, Adoldus Dapifer.* Datum per manus Danielis Notarii apud Neuenburch, Anno Incarnationis MCCII. Indict. VI. VII. Id. Aprilis.

Num. X. Sententia ſuper decimis in Grieskirchen, Anno 1203.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, Wolfkerus Dei gratia Patavienſis Eccleſie Epiſcopus univerſis Chriſti fidelibus perpetuam

nam in Chriſto ſalutem. Notum firi volumus omnibus preſentis, & futuri temporis fidelibus, qualiter lis inter Canonicos regulares ſancti Nicolai, & inter *dominum Ortolfum*, *& fratres ſuos Othonem*, *& Sibothonem de Tegernbach* verſabatur pro decimis agriculture ſue in Parochia Griezchirchen, & quodam predio, quod Tegernbach vocatur, quod *Ortolfus* pater eorum pro remedio anime ſue beato Nicolao, & Canonicis Deo ibi ſervientibus contulerat, noſtro eſt deciſa iudicio. Conſtitutis in preſentia partibus cauſa a predictis Canonicis eſt propoſita, ſuper qua, & ſuper prenominatorum Fratrum reſponſis queſitum eſt a nobis in ſententia, quid de his ad comodum utriusque partis iuſtum videretur, ſuper quo requiſiti a nobis dominus Chunradus Archidiaconus, & Tiemo de Ruochenberg miniſterialis noſter talem dederunt ſententiam, ut teſtes audirentur, & ſecundum eorum atteſtationes iuxta tenorem privilegii, quod iam dicti Canonici pre ſe allegebant, cauſe finem inponeremus. Dietmarus igitur de Tramerſtain iuratus dixit, eandem cauſam ita notam eſſe ſibi, ſicut tenor privilegii habebat. Wizmannus etiam iuratus dixit, bene ſibi conſtare de cauſa, & ita eſſe, ut ex tenore privilegii audierat. Auditis itaque eorum atteſtationibus requiſiti a nobis dominus Chalhohus, Archidiaconus, & Heinricus de Prez miniſterialis noſter, hanc ſententiam dictaverunt, quod prenominati teſtes ita teſtificati eſſent, quod ſepedicti Canonici iuſte per eos pretaxatam decimam, & predium ſupra memoratum obtinuiſſent, quam ſententiam rite latam, & univerſaliter a Clericis & Laicis aprobatam poteſtate noſtre authoritatis confirmantes, Sigilli noſtri robur ei impendimus, & ſi quis eos in predicta decima, & predio iam ſepius nominato gravare, aut eos iniuriari preſumpſerit, authoritate, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, eorumque Succeſſorum, & noſtri Anathematis vinculo eos innodamus. Acta ſunt hec Patavii in publico capitulo noſtro cum teſtibus ſubnotatis. *Poppone Abbate de*

Altach, Leonhardo Prepoſito de Richerſperg, Dietmaro Prepoſito de Suben, Gerungo Prepoſito de Oſterhoven, ex Canonicis Cathedralibus, Conrado Archidiacono, Challogo Archidiacono, Heinrico plebano de Hortperch, Henrico plebano de Gerpoltzhoven, Alberone de Truſteren, Pilgrimo de ſancto Egidio, Ulrico de Amendorf, Leone de Grieſchirchen, Walthuno de Buchenperg, & fratre ſuo Alramo de Utendorf, Werigando de Romtingen, Henrico de Paumgarten, Alkero, & Henrico fratre ſuo de Waltek, Wernhardo de Ort, Thiemone de Puechenperg, Alberto Puro, Henrico de Prez, Henrico de Laenſtorf, Ekardo de Vurt, Alberone de Gemunſperg, Dietmaro, & fratre ſuo Henrico de Cramerſtain, & aliis quam pluribus.

Num. XI. Super decimis in Grieskirchen. An. 1204.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis, Poppo Dei gracia Patavienſis Eccleſie electus, univerſis tam futuri quam preſentis temporis filiis ſalutem perpetuam in eo, qui eſt ſalus omnium & protectio. Omnibus notum fieri volumus, quod ex quo ea, que inter Canonicos de ſancto Nicolao, & inter *Ortolfum, & Sybotonem, & Ottonem de Tegernbach* verſatur, in rem iudicatam tranſivit, in preſencia videlicet anteceſſoris noſtri Domini Wolfkeri Patavienſis Eccleſie Epiſcopi ſuo deciſa iudicio, definitiva ſententia Dom. Eberhardi ſancte Salzburgenſis Eccleſie Archiepiſcopi eſt reſervata poteſtati, cuius ſine peticionis noſtre interventu obtinuerint dilacionem, poſtea vero cum nos ad regimen iam dicte Patavienſis Eccleſie ordinacione divina fuiſſemus aſſumptus, prefati Canonici, quatenus latam ſentenciam executioni mandaremus, humiliter poſtulabant. Nos itaque ne in facto huiuscemodi nimium videremur eſſe precipites, preter alias, quas in amicicia predictorum Canonicorum poteſtatis noſtre auctoritate dedimus inducias, XIV. dierum peremtorias eis conſtituimus. Die igitur prefixo Siboto unus prenominatorum fratrum ad noſtram veniens preſenciam,

ſenciam, parte adverſa iuſticiam ſibi exhiberi poſtulante, cum exceptione cepit dicere, & fiducialiter promittere, partem decime, que ſe contingeret, velle dimittere, predium vero in Tegernbach ſue ſolius ceſſiſſe porcioni, nimiumque in hoc ſibi deperire, ſi ſolus illud perdere debuiſſet, nam in particione patrimonii hereditario iure hoc ſe aſſerebat accepiſſe. Rogabat ergo breves inducias ſibi concedi, ut de recompenſacione ſepe dicti predii cum reliquis fratribus ſuis determinaret. Quas cum obtinere non poſſet, habito conſilio tam viva voce, quam ex tenore ſcripti, quod ſupra memoratus anteceſſor noſter ad confirmacionem facti predictis Canonicis tradidit, de cauſe deciſione verius eſt inſtructus, & ne huiusmodi quereret tergiverſaciones, de re iudicata non eſſe amplius litigandum. Tandem ſaniore uſus conſilio nullo ſibi patrocinante dolo, tam predio ſepe dicto, quam decime renunciavit coram teſtibus ſubnotatis, videlicet Heinrico Pataviens. Eccleſie Decano, *Ortolfo Prepoſito de Artacker*, *Chunrado Archidiacono*, *& Plebano ſancti Pauli*, *Godfrido Canonico maioris Eccleſie*, *Henrico Celkrario*, *Eberhardo Plebano de Pfarrchirchen*, *Ulrico Capellano Curie noſtre*, *Friderico Scolaſtico de ſancto Nicolao*, *Heinrico fratre Wernhardi de Hagenawe*, *Richero de Weſen*, *Ottone de Aichenbach*, *Manegoldo de Achaim*, *Luitoldo de Sauerſtede*, *Wernhero de Altenhoffen*, *Thiemone de Puechenperch*, *Alberone de Germundeſperch*, *Ulrico filio Alkeri*, *Reinhardo de Neunburg*, *de familia ſancti Nicolai Dietmarus*, *& Henricus frater ſuus*, *Albertus*, *Siboto*, & alii quam plures interfuerunt. Ceterum nos ad inſtanciam peticionis predictorum Canonicorum rigorem iuris in eum, qui adhuc in ſua perdurabat contumacia, Ortolfum videlicet, exercentes latam ſententiam, donec ab iniuria eorum reſipiſceret, auctoritate ſupra memorati Domini Archiepiſcopi, & noſtra executioni mandavimus, preſertim cum iam predictus Ortolfus audita ſentencie huius executione, tamquam aliquid in ſui excuſacionem allegaturus adveniens, partibus coram nobis con-

ſtitutis audienciam habere non potuit, niſi prius abſolucionis beneficium percepiſſet. Quod cum humiliter a nobis poſtulaſſet, ſicut dictavit ſentencia, eum abſolvi precepimus, preſtita prius caucione, ut de illatis iniuriis predictis Canonicis ſatisfaceret, ſi quidem cum iam dictus Ortolfus nullo iuſto titulo poſſeſſionis ſe tueri potuiſſet, tam predium, quam decimam, in quibus predictis Canonicis iniuriatus fuerat, abdicavit. H. r. t. ſ. *Heinricus Patavienſis Eccleſie Decanus*, *Henricus Archidyaconus*, *Chalhohus Archidyaconus*, *Godfridus Canonicus*, *Henricus Cellerarius*, *Dyetmarus Prepoſitus de Suben*, *Alramus de Utendorff*, *Arnoldus de Wartenburg*, *Walchunus de Herdegen*, *Wilhalmus de Gilzbache*, *Conradus de Walgxinge*, & alii, quorum nomina ſupra continentur. Acta ſunt hec anno incarnationis Domini MCCIV. Epiſcopatus noſtri anno primo-

Num. XII. ſuper Grieskirchen. circa An. 1210.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis. Notum ſit omnibus, preſentis, & futuri temporis fidelibus, qualiter lis, que inter Canonicos ſancti Nicolai, & Dominum *Ortolphum de Griezkirchen* fuit, pro decima quadam terminata eſt. predictus Ortolphus in Parochia Griezkirchen decimationem ſue agriculture a multis temporibus in ſua tenuit poteſtate, nullum huius uſurpationis ad preſatos Canonicos habens reſpectum. Tandem cum Dominus *Henricus Salzburgenſis* Canonicus ad regimen Monaſterii ſancti Nicolai conſtitutus fuit, iam dictus Ortolphus ſuper tam iniuſta poſſeſſione a pronominato Prepoſito eſt commonitus, cuius admonitione compunctus ad conſenſum boni conſilii inclinatus, pretaxatam itaque decimationem idem Ortolfus in manum Domini Henrici Prepoſiti reſignavit. Quam ipſe ad tempus vite ſue non iure beneficii, ſed iure amicicie a Prepoſito accepit. Inſuper tradidit ſepe dictus Ortolphus beato Nicolao, & Canonicis eiusdem loci predium nomine Tegernbach, quod comparavit a Manegoldo X.

talentis,

talentis, quod nullo iure nec uxori ſue, nec filiis attinebat, pro remedio anime ſue, ipſumque predium in beneficium a manu Prepoſiti recepit ad tempus vite ſue ea lege, ut ſingulis annis quinque numos ad altare ſancti Nicolai deferat, & ipſo ex hac vita decedente, & ſupraſcripta decimatio, & iam dictum predium in uſum ſancti Nicolai, &Canonicorum ipſius loci redeat. Inſtabat etiam tunc tempus, quod Dominus Prepoſitus Romam pro neceſſitate loci, & in ſervicio Epiſcopi ire debuit, qui cum expenſas itinerarias ex Dominicalibus ſuis habere non poſſet, ex conſilio totius congregationis a ſupradicto Ortolfo mutuo accepit decem talenta, Ratisponenſis monete, & VI. Enſenſis monete, hoc pacto, ut in nativitate ſancte Marie *Enſarios* ſibi reddat, & in feſto ſancti Martini *Ratisponenſes.* Inſeruit etiam idem miles huic conventioni, utſi ipſe infra preſcriptum ſpacium ex hac vita diſcederet, idem debitum pro anima ſua ſic partiretur. V. talenta Ratisponenſia Fratribus ſancti Nicolai, tria Canonicis maioris Eccleſie, duo pauperibus ad ſanctum Egidium in Enſa; duo talen- ad Wilehring, ad duo altaria in Eccleſia Griezchirchen duo talenta, ut per hec utilitas Eccleſie illius ſecundum conſilium Prepoſiti ſancti Nicolai, & fratrum ſuorum diſponatur, reliqua duo in poteſtate ſint Domini Prepoſiti danda pro redemptione anime ſue. H. r. t. ſ. *Otho Ameis, Erchenger de Wachtersheim, Hecelo de Tegerbach, Milites Domini Ortolfi, Engelwertus, Waſingrim, Conrad de Awenporn, de Tolet. Irnfridus de Cherbach, Dietmar, & Gezman, & frater eius Dietmarus de Cherbach.*

Num. XIII. Super curia Engelmarsberg, Anno 1217.

Ne ſequantur naturam temporis, que geruntur in tempore, perenari ſolent auctoritate teſtium, & memoria litterarum. Noverint ergo tam preſentis, quam futuri temporis univerſi Chriſti fideles, quod nobis *Wernhardus liber de Horbach* Ratispon.

Eccle-

Eccleſie Canonicus pro remedio anime ac parentum ſuorum, curiam ſuam in Engelmarſperge cum omnibus atinentiis ſuis cultis, & incultis, queſitis & querendis manu propria, & poteſtativa ſuper altare ſancti Nicolai iuxta Patav. delegavit ad ſuſtentacionem Canonicorum regularium, Domino Deo ſervientium. Hanc ſiquidem liberam traditionem frater ſuus *Chunradus* prediorum Eccleſie S. Nicolai circa Vilſam poſitorum Advocatus, eodem anno ratificavit renunciando penitus iuri ſuo, quod in eadem curia cum fratre ſuo hereditaria poſſeſſione habuit pro ſalute ſua, & remedio ſuorum progenitorum libera delegatione facta, & transmiſſa ſuper altare S. Nicolai per manum Richeri Sacerdotis, & Canonici eiusdem Eccleſie tunc Cellerarii, ea tamen interpoſita conditione, ut ſi Domino Deo concedente de ſancto Sepulchro, quo tunc iter arripuit, rediret, dictam curiam commutaret, cum predio in omnibus equivalenti, & comodius poſito Canonicis ſupra dictis, eadem libertate, & pietate filio ſuo Chunrado tunc infanti, ſi eum non redire contingeret, reſervata. Tali utique remedio per predictum Chunradum pie proviſo videlicet, ut nec ipſe, nec aliquis Heredum ſuorum iure advocatie aliquid ſervitii, vel cuiuscunque exactionis ab eadem curia preſumat ullatenus extorquere, immo ad ſalutem eorum, qui eam libera traditione contulerunt, de retributionis intuitu libere defendatur. Acta ſunt hec anno Incarnationis Domini MCCXVII. indictione V. prius per *Wernhardum de Morpach*, apud S. Nicolaum iuxta Patav. Idus Aprilis ſub his teſtibus: *Ulrico de Nordirnpach*, *Engelberto fratre ſuo*, &c. Teſtes ſecunde traditionis per *Chunradum de Horpach*. V. Idus Iulii in Danburch eodem anno facte *Alramus liber de Hals*, *Albertus de Leubrantskirchen*, *Geroldus de Sanilarn*, *Chunr. Friwer*, *Erchinger de Aipach*, *Dietmarus de Ege*, *Ulricus Rudmul*, qui & nuntium ſepedicte Eccleſie miſit in corporalem eiusdem predii poſſeſſionem. *Meingotus de Alerſperge*, *Karolus Iudex ſub Chunrado de Horbach*, *Sigel-*

Sigelhohus de familia, & alii quam plures. Hec ſiquidem traditio de bona voluntate *Chunradi de Hoibach* per Rapotonem tunc Palatinum Bawarie in ſolenni placito ſuo, quod habuit in Chirſtorf pridie Idus Iulii publicata fuit. Et h. t. *Palatinus Rapoto*, *Walchunus Liber de Rotenek*, *Altramus de Hals*, *& frater eius Albertus*, *Henricus de Paumgarten*, *Weigandus de Runting*, *Perchtoldus de Wengen*, *Ulricus de Lubolfingen*, *Ulricus Rudmil*, *Meingotus de Algerſperge*, & alii quam plures.

Num. XIV. Privilegium Honorii III. P. M. An. 1220.

HOnorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Ulrico Prepoſito Eccleſie S. Nicolai Patavienſis, eiusque Fratribus tam preſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe preſidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus aut eos a propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacre religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulacionibus clementer annuimus, & prefatam Eccleſiam ſancti Nicolai Pataviens, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti Privilegio communimus. Imprimis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Canonicus, qui ſecundum Domini, & beati Auguſtini regulam in eadem Eccleſia inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quascunque poſſeſſiones, quecunque bona eadem Eccleſia inpreſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis prestante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipſum, in quo prefata Eccleſia ſita eſt, cum omnibus pertinenciis: Eccleſiam de Alburg, de Aitenbach, de Hartchirchen,

de Griezchirchen, de Alnchoven, de Munichreut, & de Widenſpach Eccleſias cum omnibus pertinenciis ſuis. Capellam S. Marie in Inſula S. Iacobi in Burgo Patav. de Aunchirchen, de Euchendorf, & S. Marie in Anaſo, Capellas cum pertinentiis ſuis. Decimas, quas habetis in Aitenbach, in Hartchirchen, in Grieschirchen, in Munichreut, in Widemſpach, in Aunchirchen, in Dornach, in Selebach, in Wachenweis, in Hutarn, in Chelichberch, in Irsheim, in Haiming, in Alburg, in Alnchoven, in Eberswanch, in Schiltarn, in Aſpach, in Vehilſtorf, in Ruſt, in Iſendorf, in Hochenwarth, & in Buchrich. Preterea in ſuburbio civitatis Patavie undecim domata, fundum, quem habetis inter Danubium, & Oenum, II. curtes Senftling & Neunhoven, dimidium manſum ad Tantobel, quatuor manſos Holzheim, unum manſum Hegenbach, in Probſtreut, in Bachmüll, in Sauming, in Haſenbuell manſos & dimidium, manſum in Putra, unam curtem in Windberch; quatuor curtes in Alburch, & in Gehin Englmarſperg, in Sprinznberg, in Pering, in Euchendorf, in Bezrechsdorf, in Dornach, in Abſtorf, in Altheim, in Aunchirchen, in Loch, in Eberſtorf, in Pinzheim, in Schalcheim, in Ruſpach, in Chrieschirchen, in Monte, in Tegernspach, in Waſen, in Aſchach, in Neumarkt, in Alnchoven, in Euſten, in Hartheim, in Buſing, in Lintheim, in Mauttarn, in Raeut, in Ruſt, in Iſendorf, in Hochenwarth, in Burgenwis, in Stregen, & in Neunburch curtes, & curias in quibus decime colliguntur. Tres manſos in Aveching, in Dornbach, in Schenenburg, in Ahaim, in Hukenchoven, in Hauſpach, in Walde, in Harth, in Leumpting, in Raeut, in Chaldenbach, in Walgſing, in Buzenberg, & in Reginhalming, manſos ſeptem in Reuth, tres manſos in Gerchweis & tres charatas cereviſie, tres manſos in Chuſarn, in Berchaim, in Leunchart, & in Reicherſtorf VII. manſos. Quatuor manſos in Strazz, dimidium manſum in Eichendorf, in Dornach, in Ainhartſtorf, in Vilzhoven, in Winchlarn, in Stüde, in Eunling, in Tunheim,

heim, in Hartheim, in Buſing, in Lumptingen, in Brühl, in Bering, in Boching, in Winchel & in Abſtorf, dimid. manſos, villam in Enzenweis, in Wachenweis, in Sunnbach, in Burcharting, in Neunling, & in Munchreut villa. Predia de Vilſa, in Rotha, in Prienbach, in Schalchheim, in Grieschirchen, in Eſchetunowe, in Alnchoven, in Griendorf, in Freindorf, in Ruſt, & in Euching predia, molendinum in Enzenweis, in Ainhartsdorf, in Boching, in Absdorf, in Prienpach, in Chaldenbach, & Pataviens. molendina. Reditus ſalis in Hale, vineas in Grieschirchen, in Aſchach, in Ibelsburch, in Wachawe, in Hunzheim, in Freindorf, in Chrems, & in Mauttarn vineas cum areis, domibus, pratis, paſcuis, piſcationibus, nemoribus, & omnibus aliis utilitatibus ſuis. Liceat quoque vobis, Clericos vel Laicos, liberos & abſolutos a Seculo fugientes ad converſionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli Fratrum veſtrorum poſt factam in Eccleſia veſtra profeſſionem fas ſit, absque Prepoſiti ſui licentia, niſi arctioris religionis obtentu de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero absque communium literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Illud diſtrictius inhibentes, ne terras, ſeu quodlibet beneficium Eccleſie veſtre collatum, liceat alicui perſonaliter dari, ſive alio modo alienari, absque conſenſu totius Capituli, vel maioris, aut ſanioris partis ipſius. Si que donationes, aut alienationes aliter quam dictum eſt facte fuerint, eas irritas cenſemus. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extreme voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Prepoſito, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanio-

ris ſecundum Dei, & ſancti Auguſtini regulam providerint eligendum. Paci quoque & tranquilitati veſtre paterna impoſterum ſollicitudine providere volentes, auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum ſeu Eccleſiarum veſtrarum nullus rapinam, ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, ſeu violentiam exercere audeat. Decernimus igitur, ut nulli omnino hominum liceat &c. Datum Viterbii per manum Wilh. S. Romane Eccleſie Vicecancellarii, V. idus Aprillis Indict. VIII. Incarnat. Dominice anno MCCXX. Pontificatus vero Domini Honorii PP. tertii anno quarto.

Privilegium Gregorii IX. Anno 1227.

Gregorius Epiſc. ſervus ſerv. D. dilectis filiis Ulrico Prepoſito Eccleſie S. Nicolai Pat. eiusque fratribus tam preſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe preſidium &c. *Ut in Privilegio Honorii III. P. M. ſupra recitato, adiectis in fine articulis ſeq.* Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clauſis ianuis excluſis excommunicatis, & interdictis non pulſatis campanis ſuppreſſa voce divina officia celebrare. Prohibemus inſuper, ut infra fines Parochie veſtre nullus ſine aſſenſu dioceſani Epiſcopi, & veſtro Capellam ſeu oratorium conſtruere audeat, ſalvis privilegiis Pontificum Romanorum. Ad hec novas & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis & Epiſcopis, Archidiaconis & Decanis, aliisque omnibus Eccleſiaſticis ſecularibusve perſonis in Eccleſia veſtra omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque &c. Decimas preterea & poſſeſſiones, ad ius Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, que a Laycis detinentur, redimendi & legitime liberandi de manibus eorum, & ad Eccleſias ad quas pertinent revocandi, libera ſit vobis de noſtra auctoritate poteſtas &c. Decernimus ergo &c. Dat. Lateran. per manus Magiſtri Martini S. R. E. Vicecancellarii

V.

V. Idus Dec. Ind. XV. Incar. Dominice anno MCCXXVII. Pontific. vero Domini Gregorii PP. VIIII. anno primo.

Num. XV. Confirmatio generalis Ulrici II. Epiſcopi Patavienſis, Anno 1220.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, Ulricus gracia Dei Patavienſis Epiſcopus huius nominis ſecundus, cunctis Succeſſoribus ſuis, & omnibus impoſterum Chriſti fidelibus in perpetuum, amen. Pontificalis providentia, & paſtoralis ſolicitudo compellunt nos religioſis, ac Deo ſacratis locis non ſolum in preſenti favere, ſed etiam in futurum quieti & ſecuritati, ne improborum perverſitate ledi, aut perturbari valeant, quantum divina conceditur clementia, providere, quatenus nobis, & cunctis fidelibus ex orationibus inibi Deo ſervientium tanto copioſior fructus accreſcat, quanto eis ad vacandum Deo nullius perturbationis improbitas obſiſtere audeat, vel preſumat. Quapropter Monaſterium a ſanctiſſimo Predeceſſore noſtro huius ſancte Sedis Epiſcopo Altmanno in honore S. Andree Apoſtoli, & S. Panthaleonis Martiris, & precipue beati Nycolai pii Confeſſoris, adiuvante felicis memorie Agnete Imperatrice in portu Oeni fluminis fundatum, & Apoſtolicorum noſtrorum Alexandri, & Gregorii Paparum, & Heinrici Regis huius nominis quarti, & filii ſui Imperatoris Heinrici quinti, nec non & Ulrici, atque Remberti, aliorumque Patav. Eccleſie venerabilium Pontificum Privilegiis, & Sigillis roboratum, ut inconvulſum, ac illibatum omni tempore futuro permaneat, Deo Patri, Sanctisque eius flectere genua precibus, & ſuſpiriis non ceſſamus. Cuius rei gracia dilectus in Chriſto frater apud ſanctum Nicolaum, venerabilis Prepoſitus Ulricus Eccleſie ſue Privilegia ab antedictis Patribus, Dominis, atque Principibus auctorabiliter inſtituta, legenda nobis obtulit, eaque noſtra auctoritate contra novas Eccleſiarum calumpnias renovari comuni Fra-

trum ſuorum peticione ſuppliciter poſtulavit. Nos igitur illius, & ſui Capituli iuſtis peticionibus debitum conſenſum adhibentes, quecunque noſtri Anteceſſores, & piiſſima Imperatrix Agnes, ceterique fideles predicto Cenobio pia devotione contulerunt, vel adhuc conferenda ſunt, nos quoque collata, & nunquam auferenda eſſe cenſemus, & quicquid Predeceſſores noſtri apoſtolico, & ſue auctoritatis Banno confirmaverunt, nos idem ipſum apoſtolico noſtroque Banno confirmantes, ab illorum ſententia nullatenus diſſentimus. Hec igitur ſunt bona, que Agnes Imperatrix pro remedio anime ſue predicto Cenobio donavit. Nona videlicet pars omnium, que ad Perſenbeuge, & Ibesburch ad manus ſuas culta reddebantur. Que vero ſequuntur, per manum Advocati ſui Remberti prefatus Epiſcopus Altmannus iam dicto Cenobio tradidit, ſcilicet prefignatum portum Oeni fluminis cum omni utilitate ſua. *Et cetera, ſicuti in Privilegio Altmanni, & Ulrici I. leguntur.* Fratres quoque prefati Monaſterii liberos ab omni Advocatorum ſervicio eſſe voluit, Comitem Heinricum de Formbach Advocatum illis in partibus Bawarie, & Leopoldum piiſſimum Marchionem in partibus Auſtrie Advocatum eis ordinavit; hoc quaſi pro iure ſemper obſervandum ſtatuendo, & auctoritate Dei omnipotentis ſub pena eterne damnationis inhibendo, ut nec ipſi, nec aliqui Heredum ſuorum, nec alter quispiam eis quacunque ſorte ſuccedentium, Advocatorum aliquem, niſi fratribus ſepe dicti Cenobii petentibus Subadvocatum preſumat ordinare, hoc adiuncto, ut ſi aliquis improbus Advocatus poſtmodum hoc infringere temptaverit, is vinculo Anathematis ſe ſciat innodatum, & eterne ulcionis vindicta, niſi reſipuerit perpetualiter puniendum; pro ſervicio vero, quod plerumque occaſione advocacie ab Eccleſiaſticis Perſonis exigitur, decem Vineas in Räutarn ſitas cum earum appendiciis Comiti Henrico de Formbach in loco, qui dicitur Muckarowe; tres Hubas, & ſeptuaginta Mancipia Leopoldo Marchioni

chioni Auſtrie in beneficium conceſſit, ea conditione, ut nec ipſi, nec aliquis ſuccedentium Advocatorum aliquod ab ipſis racione advocatie ſervicium preſumat expetere. Quicquid vero redituum circa Grieskierchen, & Alenchoven ſepe dictis fratribus contulit ſibi, & ſucceſſoribus ſuis vice advocati patrocinandum reſervavit, auctoritate Dei Patris omnipotentis firmiter inhibens, ut nullus ſucceſſorum ſuorum aliquem ſubadvocatum, niſi pro petitione eorundem fratrum ibidem preſumat aliquando ſubſtituere. In omnibus quoque Eccleſiis, quas eisdem fratribus contulit, quicquid iuris, & ſervicii Epiſcopus in eis habere videbatur, totum ipſis, & plenarie contulit, mortuoque Prelato ipſorum liberam eis electionem indulſit, & hec facieus omnia communi conſilio, & conſenſu Canonicorum Chori Patavienſis, & Miniſterialium ſuorum rationabiliter confirmavit. Defuncto igitur pie recordationis Altmanno Epiſcopo ſucceſſor ipſius in Epiſcopatu Ulricus Epiſcopus fundationem ſupradicti Cenobii, & donationem bonorum Epiſcopatui illuc factam approbans, & confirmans, Eccleſiam in Alburg, cum omni utilitate, & iure, quod Patavienſis Eccleſie Epiſcopus racione fundi in ea habuerit: ius videlicet patronatus, fratribus eiusdem Monaſterii contulit. Reimbertus Patavienſis Eccleſie Epiſcopus, dum ſe fratres ſepe dicti cenobii in portu Eni fluminis ablato dampnificaſſe recognoviſſet, pro recompenſatione dampni eis illati Eccleſiam in Hartchirchen, cum omni utilitate, & pleno iure, & unam decimam in omnibus terminis eiusdem Eccleſie tam cultis, quam colendis, ipſis contradidit. Item eis etiam Eccleſiam in Swarzach, que alio nomine Munichriut dicitur, dedit, cum una decimatione in omnibus terminis eiusdem Eccleſie tam cultis, quamcolendis. Horum igitur veſtigia imitantes alii quam plures, dum religionem ſanctam, & ſervicium Dei in eodem Monaſterio ſancte, &religioſe florere viderent, Spiritu ſancto edocti redditus ſuos illuc contulerunt. In-

ter

ter quos Hezil, quidam homo nobilis tradidit illuc ſtabulariam curiam in Peringen, & dimidiam Hubam cum pratis, & areis illuc pertinentibus, & duas Hubas in Richersdorf, cum pratis, & ſilvis illuc pertinentibus. Alramus quidam unam Hubam ad Walchſingen, quidam Sacerdos nomine Rafoldus villam in Sinpach cum ſilva adiacente, & villam in Purchartingen cum omnibus ſuis mancipiis, & ſilva adiacente eidem Cenobio tradidit. Comes Gebhardus Schalchen cum omnibus ſuis pertinenciis dedit. Gebhardus quidam cognomento longus molendinum in Poking, & dimidiam Hubam. Sacerdos quidam nomine Meingotus in Sunemæning cum omnibus eius apendiciis. Alramus quidam de Aſchach duo predia in Wurgeldorf. Quidam Menhardus nomine predia, que in Pollenhaim, & Sinding habuerat. Gebhardus quidam predium ad Crebezbach. Quidam Sacerdos nomine Ekkerich curiam in Harthaim, & dimidiam Hubam. Adilhaidis quedam nobilis in Beneventenriut, & Grub cum omnibus illuc pertinentibus, preterea alia tria predia ibidem ſita contulit. Hartmannus quidam homo nobilis quatuor predia, & molendinum iuxta Priembach, & in Bulzibereh Hubam dedit. Englbertus a Planchenberg curiam in Rekerſtorf, & Hubam Reginhalming, & dimidiam Hubam in Winchel. Englbertus quidam de Straubing miniſterialis Epiſcopi curtem unam in Aſchach, & curiam in Waſen cum ſilvis, & pratis, & molendino, & cum aliis viginti tribus prediis emptitiis, & vineam in Aſchach dedit. Gumboldus de Porinhaim quatuor beneficia, tres vineas cum areis in Freundorf dedit, & montem ſuper quem culte ſunt vince. Gebhardus quidam nobilis in Abſtorf curiam unam, & dimidiam Hubam cum pratis, & ſilvis, & piſcationibus, & mancipiis ſuis. Leukardis advocatrix Ratisponenſis quatuor predia in Printdorf, Wernhardus de Horpach, & frater ſuus Chunradus, curiam unam in Engilmarſperg. Potto de Maeſſing curiam unam in Sprinzenperg; preterea alii

quam

quam plures Chriſti fideles pio iſtorum exemplo inducti predia ſua, & alia pro remedio animarum ſuarum, prefato Cenobio contulerunt. Nos vero divina miſericordia ad pontificalem Patavienſis Eccleſie ſedem vocati, licet indigni, dum Fratres ſupradicti Cenobii in quibusdam prediis ſuis in Golderwert tam a noſtris, quam anteceſſorum noſtrorum officialibus ex continua eorum querimonia intellexiſſemus, diu eſſe pregravatos, ſaluti noſtre, & ſucceſſorum noſtrorum nec non indemnitati fratrum conſulentes, Eccleſiam in Widemſpach eis pleno iure contulimus cum dote & decimis in omnibus terminis eiusdem Eccleſie tam cultis, quam colendis, predictis reditibus ad noſtra dominicalia revocatis. Hec inquam omnia, & quecunque alia bona idem Monaſterium vel nunc liberalitate predictarum perſonarum iure poſſidet, vel poſtmodum iuſte, & canonice Deo favente poterit adipiſci, noſtre auctoritatis tuitione, & ſigilli impreſſione firmamus, & corroboramus, eo ſcilicet tenore, & conditione, ut ad communem uſum fratrum ibidem in Canonica, & regulari vita Deo famulantium proficiant, & communiter, regulariterque converſantes nullus ſeu in preſentiarum, ſeu in futurum de bonis Eccleſie proprio, vel privato uſui quicquid preſumat uſurpare, ſed iuxta apoſtolice inſtitutionis normam, prout cuique opus erit a Prelato diſtribuatur. Ut igitur hec omnia firma, & illibata in Domino permaneant, iudicio Dei Patris omnipotentis, & Filii, & Spiritus ſancti, & auctoritate beati Petri Apoſtoli eiusque ſucceſſoris Honorii Pape tertii huius nominis, atque fiducia, & conſolatione beati Andree Apoſtoli, & ſancti Panthaleonis Martiris, & precipue pii confeſſoris ſancti Nicolai amore, & reverende memorie Altmanni, Udalrici, Remperti, aliorumque predeceſſorum noſtrorum Patavienſis Eccleſie venerabilium Pontificum interdicimus, & prohibemus, ut nullus ſucceſſorum noſtrorum, ſeu aliquis ſecularis, vel eccleſiaſtica perſona, de nominatis prefate Eccleſie prediis,

vel iure quicquam, tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus invadere, aut diminuere, vel uſui fratrum apoſtolica inibi veſtigia ſervantium ſubtrahere audeat, vel preſumat. Siquis autem, quod Deus avertat, auſu nefario hec transgreſſus fuerit, ſi tertio commonitus congrua ſatisfactione non emendaverit, Anathematis laqueo ſe irretitum, & cum Iuda peſſimo mercatore partem habiturum indubitanter agnoſcat. Conſervantibus autem pax, & miſericordia a Domino Deo & in preſenti, & in futuro ſeculo conſervetur Amen. Acta ſunt hec Patavie anno incarnationis Dominice MCCXX. indictione VIII. VIII. Idus Februarii apoſtolice ſedis Papa Honorio III. Papatus vero ſui anno IV. regnante Rege Friderico II., noſtri autem pontificatus Anno V. dat. Pat. per manum Notarii noſtri Cunradi.

Num. XVI. Immunitas Comitum de Pogen. An. 1221.

Sicut ſacra teſtatur pagina, a ſummo Pontifice, videlicet a IEſu Chriſto ſua ſibi relaxari debita, qui ſuas relaxat Eccleſias ab onere minus debite ſervitutis, & vectigalium exactione, cognoſcant igitur tam preſentes Chriſti fideles, quam poſteri, quod nos *Albertus* Dei gratia dictus *de Pogen* recognoſcentes, quoniam poſſeſſiones, & homines Eccleſie ſancti Nicolai Pat. tam per nos, quam per noſtros homines multoties ſunt gravati, in ſignum alicuius ſatisfactionis ſuper dampnis illatis liberaliter contulimus fratribus ipſius Eccleſie liberum tum per terram, tum per aquam in diſtrictu noſtro omnium victualium ſuorum & rerum mobilium tranſitum, ipſis mutas & vectigalia nobis, & noſtris ſucceſſoribus inde debita omnimodis & perpetuo relaxando, ut Dominus Deus obinde debita noſtra nobis dignetur miſericorditer relaxare, & ut Conventus preſate Eccleſie, & nos noſtrosque progenitores in ſuis oracionibus libentius habeat commendatos. Si quis vero hanc donationem per nos liberaliter factam infringere preſumpſerit, cum Dathan & Aby-

ron

ron ſi non reſipuerit perpetuo condemnetur. Ut autem talis collatio ſive remiſſio in remiſſionem peccatorum noſtrorum, & ob remedium parentum noſtrorum facta, & inconvulſa in futura tempora perſeveret, hanc Chartam inde conſcribi, & ſigillo noſtro fecimus roborari, adiunctis nominibus Teſtium, qui aderant tunc preſentes. *Henricus de Hartenberch, Rapoto Comes Palatinus Bavarie, Henricus de Paumgarten, Chunr. de Lupurch, Altramus de Hals, viri nobiles, Henricus de Pholinger, & filius eius Henricus, Chunr. de Nutzberch, Ulricus de Leubolfing, Ebo aus dem Moſs, Senior, Henricus de Tæringe, Waltherus de Chraiburch, Wernherus Pincerna, Richartus de Rotawe, Otto de Sturſpach, Hermannus de Hirzorn*, & alii quam plures. Datum apud Straubing anno Domini MCCXXI.

Num. XVII. Immunitas ex cenſu Burgrecht. An. 1223.

In nomine Domini. Noſcant univerſi Chriſti fideles, hanc paginam inſpecturi, quod ego Gebhardus Patavienſis Epiſcopus pro remedio anime mee, & pro ſalute predeceſſorum meorum, & ſucceſſorum contuli fratribus Eccleſie ſancti Nicolai iuxta Patav. omnem cenſum, quem ipſi fratres ammanno meo annuatim ſolverunt, in Mautarn iure, quod dicitur *Purchrecht de Curia* ſita in Ruth, & prediis ad ipſam pertinentibus, qui cenſus ſpectabat ad dominicalia menſe mee, videlicet XXXVII. metretas tritici parve menſure *Reutmetz*, & XXI. menſuras dimidias tritici eiusdem menſure, que olim dabantur Walthero cognomento Sin miniſteriali Eccleſie Patavienſis, & dimidia urna vini & XXV. den. & XXXII. den. qui etiam prius dabantur dicto Walthero, hanc ſiquidem donationem anno Dominice Incarnat. MCCXXIII. Indict. XI. idus Octobr. V. ſancti Agapeti in Mautarn confirmavi eodem anno idus Febr. Teſtes autem huius donationis hinc inde ſunt: *Chunradus Decanus Patav. & alii, Eberhardus de Iahenſtorf, Eberhardus de Viehtenbach, Albertus de Poſſenmunſter, Ulricus de Sconlieten, de miniſterialibus Leutol-*

dus de Sauerſteten, Hadmarus de Weſen, Chunradus de Valchenſtein, Waltherus, & frater eius Pilgrimus de Tannberch, Henricus de Merswanch, Fridericus de Poſcking, & alii quam plures. Acta ſunt hec anno Domini ſupranotato apud Pataviam, in octava Apoſtolorum Petri, & Pauli, data per manum Chunradi tunc notarii feliciter Amen.

Num. XVIII. Precaria. Anno 1225.

Gebhardus Dei gratia Patavienſis Epiſcopus univerſis Chriſti fidelibus hanc cartam inſpecturis ſalutem in Domino. Sciant cuncti fideles in Domino tam preſentes, quam futuri, quod controverſia inter dilectos nobis fratres, Ulricum Prepoſitum, & Conventum ſancti Nicolai Patavien. ab una parte, & *Sibotonem* militem & filium eius *Ortolfum de Chuchendorf*, ab altera parte, ſuper quodam predio in Parochia Griezchirchen in loco, qui dicitur Winchel poſito, diu habita, ita demum coram nobis & Choro noſtro de conſenſu partium deciſa fuit. Quod dictus Siboto idem predium, cum ſit proprietas Eccleſie S. Nicolai, a manu ipſius Prepoſiti accepit, tantum ad vite ſue tempora poſſidendum, ſic utique, ut dimidium talentum monete in eadem provincia tunc dative annuatim ſolvat Conventui ſancti Nicolai in feſto S. Andree: renunciante quoque penitus ibidem filio ſuo predicto Ortolfo in manum Prepoſiti coram nobis actioni, & litigio, quo licet iniuſte pro eodem predio Eccleſiam ſancti Nicolai tunc, & in futuro voluit aggravare; adiunctum etiam fuit in eadem compoſitione, quod antedictus miles Sibotho ad melioracionem talis predii tam in edificiis quam cultura omnimode intenderet, & ad placitum Prepoſiti venire non obmitteret, tempore preſignato. Ut autem talis contractus ratus tantum ad dies memorati Sibotonis permaneat, cum ipſum predium ſine alicuius contradictione poſt mortem ſuam libere ad Eccleſiam ſancti Nicolai cum omni utilitate redire debeat, duo paria literarum conſcribi, & noſtro, ſanctique Nicolai

ſigillo

ſigillo fecimus communiri, uno ipſorum Sibotoni aſſignato, reliquo ad ſanctum Nicolaum in facti memoriam reſervato. Actum hoc eſt in maiori Eccleſia Patavienſi, in Vigilia ſancti Ioannis Apoſtoli ante portam latinam, anno ab Incarnat. Dominii MCCXXV. Indictione XIII.

Num. XIX. Donatio. Anno 1227.

Gebhardus Dei gratia Patav. Epiſcopus, omnibus preſentem paginam inſpecturis ſalutem in eo, qui eſt vera ſalus. Res geſtas tollit oblivio, niſi literarum teſtimonio confirmentur. Ad notitiam perveniat omnium preſentem paginam intuentium, quod nos contulimus in dotem altari S. Stephani apud S. Nicolaum a nobis conſecrato, Hubam unam in Achelmingen ſitam, quam rebus noſtris comparavimus a fratribus de Tutlingen *Cunrado, & Gerungo* hac forma interpoſita, ut ſingulis annis apud iam dictum locum anniverſarius dilecti Domini *conſanguinei noſtri Chunradi Ratispon. Epiſcopi* felicis memorie devotius celebretur, & luminaria de predicta Huba ad altare iam dictum debeant conferri, & ſi quid reſiduum fuerit, in dedicatione ipſius altaris in ſubſidium fratrum, & ſolatium impendatur. Et ne aliquis inpoſterum collationem noſtram per aliquam calumpniam preſumat infirmare, preſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione, & teſtium ſubſcriptione fecimus communiri; hi vero ſunt teſtes: *Siboto Ulricus de Schonliten, Perchtoldus de Pongarten, Rugerus de Ionſtorf Canonici, Alramus & Albertus de Halſe, Hademarus de Weſen, Leutoldus de Sauerſteten, Waltherus Dapifer, & Pilgrimus frater eius, Otto de Morſpach, Otto de Poſſenmunſter, Ortolfus de Waldek, & frater eius Henricus, Henricus de Winſperg, & frater eius Wernherus*, & alii quam plures. Actum Patav. anno Domini MCCXXVII. in feſto XI. millium Virginum. Datum per manum Friderici Notarii.

Num. XX. Donatio, Anno 1235.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Nos *Heinricus, & Wernhardus Fratres germani dicti de Schauwnberch* notum facimus universis hanc paginam inspicientibus & intelligentibus, quod cum nos bellorum, & guerrarum discrimina quondam graviter urgerent, & ob hoc necessitatem haberemus Castrum nostrum in Schauwnberch, & alia victualibus premunire, navim Ecclesie S. Nicolai Patav. annona, vino & carnibus plenam detinuimus apud Aschach, & dicta victualia in Castrum nostrum Schauwnberch fecimus deportari. Verum cum dampna Ecclesie memorate per nos sic illata fideliter promisimus resarcire, ad placandam omnipotentis Dei, & S. Nicolai indignationem, quam ob hoc incurreremus, de liberis possessionibus nostris liberaliter dedimus S. Nicolao & sue Ecclesie Patav. mansum & dimidium apud villam Prenzing positum, cum omnibus eius attinentibus omni iure, utilitate & libertate, qua nos eadem possederamus, quorum reditus tam a nostris hominibus per nos ad hoc deputatis, quam vicinis providis, & honestis estimati fuerunt, annuatim valere duo talenta preter XV. denar. in quibus nos teneri adhuc eidem Ecclesie confitemur. Presertim cum inter nos, & Conventum antedicti Monasterii super dampnis premissis composito facta fuerit, quod assignaremus eidem duorum annuos reditus talentorum. Ut autem talis compositio & satisfactio rata, & inconvulsa permaneat, hanc cartam inde scribi, & nostris Sigillis cum adnotatione testium fecimus communiri. T. s. h. *Gregorius Prepos. de Suben, Heinricus de Maense, & Heinricus de Suvenie ibidem Canonici, Gerboto Cellerarius S. Nicolai, Karulus plebanus in Hartkirchen, Pilgrimus de Inzingen, Wernhardus Miles de Schomberch, Pabo Iudex de Iulpach, Sigelhohus de Ortenberch, Wint de Hage, Wintherus Preco, Hadmarus de Hartchirchen, Dietmarus de Prenzingen, Perchtoldus Ulricus de Vorenpach*, & alii quam plures.

Actum

Actum anno Domini MCCXXXV. XIV. Kalend. Sept. die dominico in foro noſtro Hartkirchen poſito contra Suben apud Enum.

Num. XXI. Donatio, Anno 1235.

In nomine Domini, Amen. *Henricus Dei gratia Comes de Ortenberch* ſenior, omnibus hanc litteram inſpecturis ſalutem in perpetuum. Cum labilis ſit memoria hominum, & cuncta tranſitoria ſint & caduca, idcirco geſta preſentia in ſcripto memorie transmitimus poſterorum. Cunctis igitur tenore preſentium fieri volumus manifeſtum, quod nos attendentes, quam bonum, & ſalubre ſit viris ſpiritualibus, & Eccleſiis ſubvenire, Advocatiam in bonis Alburch, quam pro XII. Talen. Ratispon. Hermanno civi Strubing. obligavimus, & eandem Eccleſie S. Nicolai dimiſimus exſolvendam, & uxorem Dietmari dicti Stropalch, nec non pueros eius cum omni progenie eorum ob ſalutem anime, nec non in remiſſionem peccatorum noſtrorum Eccleſie contulimus memorate volentes, ne quis Succeſſorum aut Heredum noſtrorum ipſam Eccleſiam in hac noſtra donatione debeat impedire, aut aliquatenus moleſtare. In cuius rei teſtimonium preſentem litteram Sigilli noſtri munimine fecimus communiri. Teſtes *Gerbotus Prepoſitus*, *Chunradus Decanus*, *Herandus Cellerarius*, *Hilbrandus Coquinarius. Item Wernhardus de Rotawe*, *Otto de Sturſpach*, *Calhohus Marſchalcus*, & alii quam plures. Acta ſunt hec anno Domini MCCXXXV.

Num. XXII. Donatio, Anno 1237.

Cum acta temporis inſtabilis cum tempore tranſeant, neceſſe videtur, ut ea, que geruntur ab hominibus, vivaci literarum memoria, & immortalibus mortalium teſtimoniis labili hominum memorie inprimantur. Quapropter ego *Wergandus* qualiscunque liber homo *dictus de Rumtingen*, in lecto egritudinis pro beneplacito Dei laborans inter alia teſtamenta, que de bonis a

Domino

Domino Deo michi collatis pro ſalute anime mee, ac pro remedio animarum progenitorum meorum feci ad Monaſterium ſancti Nycolai Patavienſis, ubi nobilis mulier domina *Perchta* mea coniux, & quam plures ex meis Parentibus ſunt ſepulti, libera manu contuli liberas poſſeſſiones, videlicet homines, domos, agros, areas, vineas, & omnia culta & inculta, queſita & inquirenda, eo iure & libertate, qua ego eadem poſſedi in Auſtria in loco, qui dicitur Wachaw in Villa dicta Weſeldorff, ea condicione, ut mei tamquam Fratris, & omnium Parentum meorum memoria a predicti Monaſterii Conventu ſemper celebris habeatur. Et ut ſanctus Nycolaus, aliique ſancti Patroni, quorum Reliquie in eadem Eccleſia ſunt recondite, pro me & aliis quocumque titulo michi coniunctis in die diſtricti examinis ad Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum feliciter intercedant. Ut autem talis mea donacio liberaliter facta in futura tempora inviolabiliter perſeveret, cum ſigillum proprium non haberem, obtinui a dilecto domino noſtro *Heinrico illuſtri Comite de Orttenberch*, quod ipſe ſuo ſigillo hanc cartam donacionis mee, quam & ipſe ratam habuit & acceptam, quod in ſuo apparet caractere, confirmavit cum teſtibus, qui tunc preſentes aderant ſubnotatis. Ipſe dominus Comes *Heinricus, & filius eius Heinricus de Orttenberch, Anshalmus Abbas in Alderſpach, Wernhardus, & Sichkerus fratres de Rotawe, Leutoldus de Chapheim, Wernhardus de Hofsteten, Gebeh. de Perchaim, Heinricus de Rutershaim, Fridericus de Aich, Heinricus de Holzhaim, Eberhardus, & frater eius Rudunch de Rumptingen, Eberhardus de Harpach.* Actum in Caſtro Orttenberch in domo ipſius Wergandi, anno ab Incarnacione Domini MCCXXXVII. in feſto ſancti Bartholomei, Indiccione decima VIII. Kalend. Sept. Datum per manum Magiſtri Rembotonis Notarii ipſius domini Comitis Heinrici.

Num.

Num. XXIII. Præbendæ Collatio, Anno 1237.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, Rudigerus Dei gratia Patavienſis Epiſcopus in perpetuum. Ne res geſta ſub tempore a memoria hominum labendo ſequatur naturam temporis, perenari ſolet fidelium hominum teſtimonio, & autenticarum vivaci memoria litterarum. Preſentibus igitur litteris notum facimus cunctis Chriſti fidelibus easdem inſpecturis, quod dilecti nobis in Chriſto Fratres Ulricus Prepoſitus, & Conventus S. Nicolai Patav. & fidelis noſter Chunradus nomine Zachalm dictus, cum longo tempore inter ſe mutuam dilectionem ſervaverint & fidelem, ad ipſam bono fine denuo concludendam ita ſecum de comuni beneplacito convenerunt, videlicet, quod predicti Prepoſitus, & Conventus dicto Chunrado, & uxori ſue Elizabet duas prebendas, quas Sacerdotes in victu ibidem ſolent percipere, hoc modo contulerunt, ut quandocunque apud S. Nicolaum ſtabiliter manere voluerint, pro iplis prebendis recipiant ab Eccleſia ſingulis annis dimidiam Karradam Vini, & Karradam Cereviſie, & duos porcos decem ſolidos valentes, & ducentos caſeos, & duos panes cottidie ſicut Sacerdotibus ſolent dari, & quatuor Caſeos. Si vero prefatus Chunradus prius deceſſerit, quam uxor, ſi vidua permanere voluerit, dabitur ei pars dimidia, ſi autem alteri viro nupſerit, ab Eccleſia nil habebit. Conceſſerunt etiam memorati Prepoſitus & Conventus iplis Chunrado & ſue Coniugi, domum quandam cum pomerio & hortis, qui olim erant Henrici militis, ad vite ſue tempora poſſidendam hoc adiuncto, quod ſi uxor Chunradi vidua firet, & denuo nuberet, dicta omnia, ut predictum eſt, ſint ab ipſa penitus abſoluta; tempore ſiquidem intermedio, donec ibidem reſidentiam ſtabilem habere noluerint, quandocunque ambo, vel alter eorum ad Claustrum venierunt, & ibi ad tempus manere voluerint, a Claustro prebendas ſuas recipiant,

ſicut Sacerdotibus dari ſolent. Ceterum ne prefati Chunradus, & ſua coniux ſine aliqua recompenſatione a S. Nicolao prenotata beneficia tanquam ſuper hiis ingrati recipere viderentur, Marcam auri, & duas Marcas argenti Eccleſie, quas ab ipſis tempore neceſſitatis mutuo primitus accepit, liberaliter remiſerunt, predium quoddam ſitum in loco, qui dicitur Sumpoting, prope Alnchoven per noſtram, & legatoris manum, ſcilicet Ulrici de Lansdorf ipſi Monaſterio libere conferendo, & idem predium ipſe tamen Chunradus, non uxor a manu Prepoſiti recepit ad vite ſue tempora poſſidendum, ut inde in ſignum proprietatis annis ſingulis XXX. denar. Eccleſie ſolvat in feſto ſancti Michahelis, & eo decedente ad uſus Eccleſie redeat ſine qualibet queſtione. Ut autem talis contractus coram nobis ſolempniter celebratus, ratus & inconvulſus partibus permanere debeat, ad ipſarum inſtantiam duas Cartas inde conſcribi, & noſtro, & ſancti Nicolai Sigillo mandavimus roborari. T. ſ. h. *Conradus Decanus*, *Chunradus tum Plebanus Canonici Patav. Hadmarus de Weſen*, *Chunradus de Valchenſtain*, *Otto de Tegernbach*, *Pilgrimus de Tennberch*, *Ulricus de Lonſtorf*, *Otto de Poſſumunſter*, *Fridericus de Paeſching*, & alii quam plures. Actum Patav. in domo noſtra anno Domini MCCXXXVII. Indictione X. IV. nonas Iunii Pontificatus noſtri anno quarto.

Num. XXIV. Donatio Vinearum. Anno 1240.

Quia ſucceſſiva volubilitas temporum, inſeparabiliter accidentalis alteracio corporum, & letargica proceſſu temporis oblivio cordium memorie hominum multa facit excidere, ad habundantem cautelam ſcriptorum provida cautione, & conſueta appoſitione ſigillorum, & teſtium ſubſcripcione a circumſpectis, & ſapientibus recordatione digna plerumque ſolent communiri. Noverint igitur preſentes, & futuri, quod *nos Albero Pincerna Auſtrie, & Heinricus filii Hademari ſecundi*, *Hademarus Marſchalcus*, *& Heinricus*

ricus filii Heinrici de Chunringe, ob honorem Dei, & reverentiam benedictiſſime Matris ſue, & favorem glorioſi Confeſſ. Nicolai ad peticionem Gerbotonis Prepoſiti Conventus nominati Confeſſ. in Patavia, iuri, quod habere nos putabamus in duabus vineis Weſelndorff, & tribus beneficiis in Winzurl, ad culturam earundem vinearum pertinentibus, que quidam conſanguineus noſter Dominus Wergandus de Rumting, homo liber, & ingenuus pro remedio anime ſue in extremo ſuo teſtamento ante dicte contulit Eccleſie, ex integro renunciavimus, & proventus eorundem bonorum, & vinearum, qui nomine advocacie nos contingebant, perpetuo relaxavimus, volentes dicta bona non pro utilitate temporali, ſed pro divina remuneracione, & beatiſſimi Confeſſoris Nycolai veneracione, & fratrum in eodem Monaſterio Deo, & famoſo Confeſſori militancium oratione amodo defenſare, & antedicti conſanguinei noſtri Wergandi ratam ſemper habere donacionem. Sed ne aliquis heredum noſtrorum, vel ſucceſſorum, talem noſtram remunerationem, & proventuum de advocacia relaxationem ullatenus valeat irritare, paginam preſentem proceſſum continentem facti, ſigillo noſtro confecimus conſignari, nomina teſtium ſingulorum, qui intererant ſubſcribendo, & iſti ſunt, qui preſentes aderant. *Pilgrimus Decanus de Albrchteſperg*, *Ulricus Mazzolter*, *Albero de Kimah*, *Arnoldus de Spizze*, *Ulricus de Witrah*, *Reimboto frater eius*, *Wulfingus de Witrah*, *Otto Tucchel iunior*, *Marchardus advocatus de Zwetel*, *Chunradus de Chunringe filius Dietmari*, *Pilgrimus de Brunesdorf filius Pilgrimi.* Acta ſunt in Witrah in domo Ulrici Mazolter in feſto Lucie, anno Domini MCCXL. indictione XIII. feliciter.

Num. XXV. Advocatia in Alburch. Anno 1240.

Henricus Dei gratia Comes de Ortenberch, per ſcriptum preſens notum fieri volumus univerſis, quod nos poteſtatem

dedimus Domino Gerbotoni venerabili ſancti Nicolai Patavienſis Prepoſito, redimendi advocatiam noſtram apud Alburch in bonis eidem Eccleſie ſancti Nicolai, ab heredibus Hermanni felicis memorie civis quondam de Straubing, cui nos adhuc viventi per XII. Lib. Ratispon. obligaveramus eandem tali pacto, ut Eccleſia predicta ipſam advocatiam cum omni iure, & uſu ſuo tamdiu teneat, & poſſideat, quousque ipſi Eccleſie ſuper ſumma preſcripta vel a nobis, vel a noſtris heredibus ſuit integraliter ſatisfactum. Promiſimus autem Domino noſtro, DominoRudigero reverendo Patavienſi Epiſcopo Eccleſie, fide data in manus ipſius, quod nunquam Eccleſiam prefatam advocatie ipſius pretextu gravare debeamus, aut in ipſa nobis ius aliquod vendicare, quamdiu ſumma preſcripta non fuerit eidem Eccl. perſoluta. Ut autem nulli heredum noſtrorum, vel alii cuipiam huius noſtre conſtitutionis factum immutare, vel infringere liceat, ſed ratum, & inconvulſum habeant, ſigilla & Dom. noſtri Patav. Epiſcopi, & noſtrum preſenti ſcripto duximus appendenda, & ſubſcriptorum virorum idem decrevimus teſtimonio roborandum. Teſtes *Meingotus de Waldek*, *Ulricus de Maening Canonici Patavienſes*, *Gebolfus Otto Notarius*, *Otto de Fonſtorf*, *Capellani Domini Epiſcopi*, *Ulricus*, *& Siboto de Inſtorf fratres*, *Waltherus*, *& Pilgrimus de Taneberch fratres*. Acta ſunt hec anno Dominice Incarnacionis MCCXL. data apud Straubing per manum Reinbotonis Notarii VII. Idus Aprilis, in curia ſolempni, quam ibidem Dominus Otto Dux Bawarie celebravit.

Num. XXVI. Donatio, Anno 1240.

Nos Heinricus Dei gratia Comes de Ortenberch, per preſens ſcriptum notum firi volumus univerſis hanc paginam inſpecturis, quod pro remedio anime noſtre & anteceſſorum noſtrorum, nec non pro recompenſatione dampnorum Conventui S. Nicolai Patav. per nos ſepius illatorum molendinum, quod Chumph-

mül

mül dicitur, & duo Beneficia Heldungſperg, & Weintobel una cum iure advocatie liberaliter contulimus Fratribus Eccleſie memorate, ſperantes hec & alia, que in extremo teſtamento noſtro fecimus, ſaluti noſtre feliciter expedire. Ne igitur aliquis Heredum, vel Succeſſorum noſtrorum hanc noſtram donacionem valeat irritare, ſed ut ipſam cum omni utilitate predicto Conventui potius ſtudeat defenſare, preſentem paginam Sigillo noſtro roboratam eis fecimus aſſignari. T. ſ. h. *Chunradus Comes de Waſſerburch*, *Henricus Liber de Baumgarten*, *Wernhardus de Rotawe*, *Otto de Sturſpach*, *Chalhohus Marſchalcus*, *Wernhardus miles de Harbach*, *Heinricus miles dictus Vushe*, *Heinricus de Rutersheim*, *Uſcalcus de Mantel*, *Chunradus de Rotenbach*, & alii quam plures.

XXVII. Immunitas Auſtriaca. An. 1240.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis, Fridericus Dei gracia Dux Auſtrie, & Styrie, & Dom. Carniol. univerſis Chriſti fidelibus ſalutem in perpetuum. Excellentia ſublimitatis deſuper nobis collate requirit, ut ea, que ad uſum & proventum Eccleſiarum conducunt, & expediunt, ſtudeamus attentius promovere. Multitudinem ergo comiſſorum nobis ſincera mentis intencione, diligenti conſideracione perpendentes, & digna revolventes percuntacione, peccatorum noſtrorum vulneribus ſalubris medicaminis cauterium adhibere pium ſtatuimus. Pro remedio enim videlicet pie recordacionis Patris noſtri Ducis Leupoldi, & aliorum anteceſſorum noſtrorum, noſtreque ſalutis intuitu Fratribus in domo S. Nicolai Patav. Deo inibi militantibus ob venerationem Reliquiarum ibidem reconditarum, libertatem per terras noſtras, tam in aquis, quam in terris omnium rerum ſuarum mobilium tranſitus, omnium vectigalium exactione inhibita, & remota contuimus. Volentes etiam, ut victualia eiusdem Eccleſie non debeant occaſione alicuius querimonie ab aliquo detineri. Ut autem hec li-

beralitatis noſtre donacio rata, & inconvulſa perſeveret, preſenti pagina ſigillique noſtri caractere, ac teſtium annotacione, quorum ſubſcripta ſunt nomina, fecimus roborari. Sunt autem *hi T. Dominus noſter Epiſcopus Patav. Rudegerus, Dictmarus Abbas de Raittenhaslach, Ulricus Salzburgenſis Cellarius Magiſter, Leupoldus Plebanus Wienenſis, Leupoldus Plebanus de Haunpurch, Magiſter Ulricus Plebanus de Turnperck, Henricus Plebanus de Lohchirchen, Otto Notarius, Nertwicus Plebanus de Strubing, Henricus de Marswanch, Chunradus Marſchalcus, Chunradus de Schowinge*, & alii quam plures. Dat. apud Medlicum caſtrum anno ab incarnacione Domini MCCXL. Indict. XIII. VIII. Calend. Octobris.

Num. XXVIII. Donatio Rapotonis Palatini. An. 1240.

In nomine Domini Amen. Quoniam geſta hominum labuntur a memoria per annuos ſucceſſus temporum, valde eſt neceſſarium, ut ea, que utiliter acta fuerint, ſcriptorum teſtimoniis roborentur. In noticia igitur eſſe volumus tam preſencium quam futurorum, quod nos *Rapoto Dei gracia Palatinus Comes Bavarie* pro recompenſacione dampnorum, quibus nos & homines noſtri leſimus Eccleſiam ſancti Nicolai Patav. & pro remedio animarum progenitorum noſtrorum, & ſalute noſtra, abſolute dedimus eidem Eccleſie, preſentibus Prepoſito & Conventu, & noſtris hominibus, proprietatem poſſeſſionum in Chemnaten tam cultarum quam incultarum, notarum ſeu ignotarum, & preterea homines ad easdem pertinentes, & bona fide compromiſimus, ut antedictas poſſeſſiones cum pro hominibus viribus noſtris tueamur ſine preiudicio dicte Eccleſie, & noſtra utilitate. Inſuper a generali dampno reddituum, & hominum eiusdem Eccleſie abſtinere firmiter propoſuimus, & ſicubi factum fuerit, a nobis, vel ab hominibus noſtris ſine dolo, & verſuciis quanto poterimus citius emendare. Itaque ne talis donacio, & pactum a nobis, vel ab heredi-

bus

bus noſtris, vel aliis ſucceſſoribus noſtris vetuſtate, vel fraude aliqua irritari valeat, preſentis contractus paginam ſigilli noſtri fecimus munimine communiri. T. h. r. ſ. *Gregorius Prepoſitus de Suben, Heinricus Sacerdos cuſtos eiusdem Eccleſie, Gebhardus liber de Tolix, Wernherus Pincerna de Autenchirchen, Fridericus, & Otacharus fratres de Sygenhaim, Heinricus dictus Greſtel, Wernherus de Ruſtorffſtainpuhel, Ortolfus de Waldeck, Gebhardus de Swent, de familia S. Nicolai Fridericus, Ulricus, Perchtoldus, Chunradus, Wernhardus*, & alii quam plures. Acta ſunt hec anno ab Incarnacione Dom. MCCXL. IV. Idus Auguſti, datum per manum Wilhalmi Plebani de Stainchirchen noſtri Notarii.

Num. XXIX. Donatio. Anno 1241.

Henricus Dei gratia Comes de Ortenburch, univerſis Chriſti fidelibus hanc paginam inſpecturis ſalutem in Domino IEſu Chriſto. Univerſitatem veſtram ſcire cupimus, quod nos pro remedio anime Patris noſtri H. pie memorie, ac pro ſalute noſtra, nec non pro Carada vini, pratum, quod habuimus apud Rumpting, libere contulimus Eccleſie S. Nicolai Patav. volentes igitur, ne aliquis hominum hanc noſtram donacionem valeat poſtmodum irritare, preſentem paginam ſigillo noſtro inſignitam in robur facti predicti Fratribus fecimus aſſignari. Teſtes, qui huic facto intererant, hii notantur. *Henricus de Paumgarten, Wernherus Pincerna de Auzenchirchen, Ebo de Turdling, Otto de Sturzebach, Wernhardus de Harbach, Chalhohus Marſchalcus, Ulricus Cellerarius, Rapoto de Ezenbach, Henricus de Holzhaim, Magiſter Bernhardus, Ulricus, & Perchtoldus fratres de Laimchart*, & alii quam plures. Datum in Caſtro Ortenberch anno Domini MCCXLI. XV. Calend. Maii.

Num. XXX. Immunitas Auſtriaca. Anno 1247.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, Ieruſalem, & Sicilie Rex. Tenore preſentium notum firi volumus

uni-

universis, tam presentibus, quam futuris, quod Fratres sancti Nicolai in Patav. presentarunt nostre curie quoddam scriptum, quod a clare memorie Leupoldo quondam Duce Austrie ipsis fuit clementer indultum, Serenitati nostre devotissime supplicantes, quatenus dictum scriptum renovare, & de nostra confirmare Clementia dignaremur. Cuius scripti tenor talis est &c. vide supra n. IX.

Nos igitur ipsorum suplicationibus misericorditer annuentes, predictum scriptum, & omnia, que continentur in eo de verbo ad verbum scribi, & innovari mandamus, & de nostre plenitudine gracie duximus confirmandum, quapropter universis presentis scripti mandamus edicto, quatenus iuxta predicti Ducis donacionem, & confirmacionem nostram eisdem fratribus indultam graciam inviolabiliter observetis, nec contra presentis innovationis, & confirmationis tenorem venire aliquatenus presumatis. Quod qui presumpserit, indignacionem nostri culminis se noverit incursurum. Ad cuius rei memoriam, & robur perpetuo valiturum presentem paginam firi fecimus nostro sigillo munitam. H. autem r. t. s. *Venerabilis Salzburg. & Moguntinus Archiepiscopi, Pabenpurg. Ratispon. Imperialis Aule Cancellarius, & Frisingen. Episcopi, Otto Bawarie, & Carintie Duces, Burggravius de Nurnberg, G. de Hoenloch*, & alii quam plures. Acta sunt hec apud Viennam anno Dominice Incarnacionis MCCXLVII. mense Aprili X. Indictione.

Num. XXXI. Vitalitium. Anno 1248.

In nomine Domini Amen. Ne ea, que geruntur, in tempore a memoria hominum labi possint, necessarium est, ea scripture testimonio ac testium confirmari. Noscant igitur universi Christi fideles, hanc cartam inspecturi, quod nos H. Dei gratia Prepositus, & Conventus S. Nicolai Patav. curiam nostram decimalem in Alburch cum suis attinenciis locavimus homini Ecclesie nostre

Henrico

Henrico tali poſita pactione, quod infra biennium de familia noſtra ducat uxorem, & Mater ſua Pertha etiam de familia noſtra ſibi maritum accipiat, ad conſilium tunc noſtri exiſtentis Prelati, ita tamen, quod ipſa mulier apud ſuam Eccleſiam hoc efficiat, ut liberi eius, & pueri quos de cetero habuerit, cum noſtra Eccleſia dividantur, Advocato eius videlicet Domino Duce Bawarie in hoc favente nobis, & conſentiente. Quod ſi utriusque contractus taliter proceſſum non habuerit, ius ſibi conceſſum in iam dicta curia omni occaſione poſtpoſita nobis vacabit, nec aliquod ius, vel auctoritatem habebit, peccuniam, que vulgo *Anlait* dicitur, repetendi. Preterea ſi debitum ſervicium, & conſuetum de ipſa decima nobis ſolvere in feſto beati Michahelis neglexerit, inter XIV. dies ſatisfactionem condignam Prepoſito exhibebit, vel ad condicionem pene tenebitur iam premiſſe. Decrevimus etiam, ut ſi iam dictus Heinricus quocunque tempore morte carnis iura perſolverit, ſeu heredes habuerit, ſive non, ſepedicta curia noſtra cum ſuis attinenciis queſtione qualibet deciſa nobis libere vacabit. Nulli quicquam tenentes de peccunia introductoria reddere rationem, nichilominus adhuc moti affectum pietatis ſuper Matre ſepedicti H. & comoniti decernimus, etiam, ſi poſt ipſum ſuperſtes fuerit, potens, & habilis ad regendum usque ad tempora vite ſue in eadem curia permanere, ſalvis tamen condicionibus premiſſis nobis per eam inviolabiliter conſervandis. Ut autem omnia iſta nobis, & ipſis inconvulſa permaneant, ſigillo Comitis Palatini Rheni, & Ducis Bawarie, ac teſtium, qui tunc preſentes fuerunt, ſubſcriptione preſentem paginam procuravimus roborari. H. r. t. ſ. *Otto Dux Bawarie, Henricus Prepoſitus, & Notarius*, & alii. Acta ſunt hec anno Domini MCCXLVIII. in die ſancte Scolaſtice Virg. in ſecunda feria exiſtentis.

Num. XXXII. Sententia, Anno 1255.

P. Dei gratia *Comes de Grumbach, dictus de Wier, Iudex provincialis illuſtris Heinrici Ducis Bavarie* omnibus preſentibus literam inſpecturis ſalutem. Tenore preſentium declaramus, quod dominus Geroto Prepoſitus S. Nicolai Patav. veniens coram nobis in communi placito, quod apud Pilſſinge in loco, qui dicitur Loch, tunc temporis celebravimus, cum cauſa inter ipſum, & dominum *Hertwicum de Hutte* de quibusdam Poskonum ſuarum terminis verteretur, dilectorum Dominorum Cathedralium Patav. literis conprobavit, quod de voluntate precium, & conſenſu per commune arbitrium ſic fuerat terminatum, ut dictus Prepoſitus & Conventus dictos terminos quiete ac pacifice poſſiderent, nec eidem Hertwico de eisdem terminis aliqua ulterius queſtio ſupereſſet. De quo arbitrio ſic prolato litteras dictorum Cathedralium vidimus, ac fidem ipſis adhibuimus inconcuſſam, & cum dictus Hertwicus caſſare intenderet hec predicta, quaſi non ſufficerent ad probandum per multos Nobiles, qui preſentes erant, fuerat ſententiatum, ut ſi dictus Prepoſitus & Conventus in noſtro ſolempni placito, quod extunc primo in Schonnaw in Vigilia ſancti Barptolomei indiximus celebrandum, teſtibus idoneis id quod intenderet conprobarent, nulla ipſis deinceps a quoquam de predictis terminis controverſie queſtio moveretur, quod & ipſe Prepoſitus & Conventus teſtibus omni exceptione maioribus conprobaverunt. Unde de conſilio & ſententia prudentium, & aſſidentium, ipſum Prepoſitum & Conventum per Hartmanum preconem provincialem nobiscum Heinrico Iudice de Landawe dicto de Moldorf iudicio preſidente, in dictorum terminorum poſſeſſionem miſimus corporalem. Hec omnia preciſe, ac finaliter diffinita ſigillo noſtro munivimus ad inſtantiam ſepe dicti Prepoſiti & Conventus. H. r. t. ſ. *Rudigerus Plebanus de Ahalming, Gebolfus de Metempach,*

tempach, *Rudpertus de Perindorf*, *Perchtoldus de Haidendorf*, *Engelbertus Prepoſitus de Goteſtorf*, *Hermannus de Schliphinge*, & alii quam plures. Acta ſunt hec anno Domini. MCCL. quinto in Vigilia ſancti Barptolomei.

Num. XXXIII. Immunitas Auſtriaca, Anno 1255.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, Otachrus, qui & Premizl Dei gracia Dominus Regni Bohemie, Dux Auſtrie, & Marchio Moravie, univerſis hanc paginam inſpecturis in perpetuum. Excellentia ſublimitatis deſuper nobis collate requirit, ut ea, que ad uſum & profectum Eccleſiarum conducunt & expediunt, ſtudeamus attentius promovere. Multitudinem ergo comiſſorum nobis ſincera mentis intentione perpendentes, & digna revolventes percunctatione, peccatorum noſtrorum vulneribus ſalubris medicaminis cauterium adhibere pium ſtatuimus, pro remedio videlicet pie recordacionis ſereniſſimi Domini Patris noſtri Regis Bohemie Wenceslai, & Anteceſſorum noſtrorum illuſtrium Ducum Auſtrie, noſtreque ſalutis intuitu Fratribus in domo ſancti Nicolai Patav. Deo inibi militantibus ad veneracionem Reliquiarum ibidem reconditarum pleniſſimam libertatem per terras noſtras, tam in aquis, quam in terris, omnium rerum ſuarum mobilium, tranſitum omnium vectigalium exactione inhibita contulimus, & remota violencia, etiam ut victualia eiusdem Eccleſie non debeant occaſione alicuius querimonie ab aliquo detineri. Ut autem liberalitatis noſtre & libertatis donacio rata perpetuo perſeveret, preſentem paginam ſigillorum noſtrorum munimine, & ſubſcriptione teſtium mandavimus roborari. Sunt autem nomina teſtium hec. *Otho Comes de Hardek*, *Albertus de Chunring*, *Wocho de Ronſenperch*, *Henricus Pinzerna de Habſpach*, *Conradus de Hinprecht*, *Conradus de Zaekking*, *Albertus de Zaekking*, & alii quam plures. Actum, & datum apud Chrembſam anno Domini MCCLV. XV. Kal. Aprilis.

Num. XXXIV. Immunitas Aſchacenſis, Anno 1256.

Nos *Henricus & Bernhardus fratres de Sawnberg*, notum facimus omnibus preſens ſcriptum intuentibus, quod nos libertatem, quam Eccleſia S. Nicolai Patav. ſuper transvectione victualium ſuorum circa Aſcha hactenus habuit, pro noſtra & Anteceſſorum noſtrorum ſalute ipſi Eccleſie ſalvam conſervare ſemper volumus, & tueri. Quia vero in locis vectigalium ſolent firi multocies exactiones indebite, ne ipſa Eccleſia, quam ſincere dilligimus per nos, vel per noſtros aliquod incurrat diſpendium, aut gravamen, decernimus ſingulatim exprimere, quod ab ipſius Eccleſie procuratore ſimus quolibet tempore recepturi. In autumpno & in Iunio, vel alio quocunque tempore, cum navis Eccleſie ad Auſtriam deducitur, procurator ipſius dabit Mutario noſtro pro Leza XII. Den. & ſervis ſuis duos Den. & ſi in ea fuerit aliquid, quod ad Eccleſiam non pertineret, unde muta dari debet, de hac ſolvetur muta, cum vero reducitur navis ab Auſtria, iterum dabuntur Mutario noſtro pro Leza XII. & ſervis ſuis duo Den. item cum victualia ſua ab Alnchoven deducere voluerint, modium tritrici Mutario noſtro ſolvent, & ſi aliquam ſtruem lignorum pro domibus ſuis conſtruendis, ſive reparandis deducere voluerint, de quolibet remo quatuor Den. mutario noſtro dabunt, & tali ordine obſervato nihil amplius nobis vel noſtris Mutariis ſolvere tenebitur Eccleſia ſupradicta. Ne igitur aliquis ex noſtris Mutariis Eccleſiam iam dictam audeat moleſtare, vel amplius, quam dictum eſt exigere, preſentem Chartam noſtris ſigillis roboratam ipſius Eccleſie Prepoſito fecimus exhiberi. Datum in Cáſtro Schawnberch anno Domini MCCLVI. Teſtes: *Hardnidus, & frater ſuus Leutoldus, Chunradus, & Ulricus de Noternpach, Eberhardus dictus Schreyer, Chunradus de Furt, Ulricus dictus Schwer,* & alii quam plures.

Confirmabatur per Ulricum Comitem, Anno 1396.

Num.

Num. XXXV. Capitulatio Advocati, Anno 1262.

mus exprimenda vocabulis: fundum videlicet, & plebem Richerſpergenſem cum decima, & iure parochiali. Capellam ſancti Martini cum ſuis pertinentiis, vineas in Aſchah, villam Chrowat, & reliqua predia a Werenhero loci ipſius fundatore oblata; patellam Salis in Halla, & reliqua predia a prenominato fratre noſtro Saltzburgenſi Archiepiſcopo Eccleſie veſtre collata; Hoſtat, & alia predia, que *Ruopertus* obtulit; predia, que *Fridericus* donavit; predia, que fuerunt *Egloſi*, & *Eberhardi* cum eorum decimis ab Epiſcopo Friſingenſi vobis conceſſis, & vineas emtas in Cremeſa, & ea que *Dux Luitpoldus* contulit. Sane laborum veſtrorum, quos propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium nullus omnino Clericus, ſive Laicus decimas a vobis exigere preſumat. Eccleſiaſtica nimirum Sacramenta a Dioceſano accipietis Epiſcopo, vel a Saltzburgenſi Archiepiſcopo, ſiquidem graciam, & communionem apoſtolice Sedis habuerint; & ſi ea gratis, & ſine pravitate voluerint exhibere. Alioqui liceat vobis pro eorundem Sacramentorum ſuſceptione Chatholicum quem malueritis adire Antiſtitem, qui noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur, indulgeat. Et quia hic locus veſter eſt inſtitutus, ut Saltzburgenſis Eccleſie principalis Advocatus ipſius quoque loci ſit advocatus, neque ipſi neque alicui ſubadvocato ejus eundem locum liceat iniuſtis gravaminibus infeſtare. Quod ſi fecerit, & vobis conquerentibus non emendaverit, conſilio, & auxilio prefati Archiepiſcopi ipſa advocatia ab inutili auferatur, & alius loco eius ſubſtituatur. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Prepoſito, & alterius Eccleſie regimen transeunte, ſive tuorum quolibet ſucceſſore, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtucia, vel violencia ſubſtituatur, vel preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, aut pars ſanioris conſilii ſecundum Dei timorem, & beati Auguſtini regulam canonice providerint eligendum. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum,

qui

qui ſe illic ſepelliri deliberaverint, extreme voluntati, & devocioni nullus obſiſtat, niſi fuerint excommunicati, ſalva tamen iuſticia Matris Eccleſie.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum cenobium temere perturbare, aut eius bona, vel poſſeſſiones auferre, vel ablatas temere retinere, minuere, ſeu quibuslibet indebitis exactionibus, vel moleſtiis fatigare; ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva nimirum Saltzburgenſis Archiepiſcopi, & Patavienſis debita iuſticia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisque Perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam venire temere tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua reatum ſuum correxerit, poteſtatis, honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini noſtri IEſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ulcioni ſubiaceat. Addentes etiam interdicimus, ut nemini profeſſionis veſtre facultas ſit alicuius levitatis inſtinctu, vel arctioris religionis obtentu ſine Prepoſiti, vel congregationis licentia de clauſtro diſcedere. Quod ſi diſceſſerit, nullus Epiſcoporum, nullus Abbatum, nullus Monachorum ſine communium literarum cautione eum ſuſcipiat, quamdiu videlicet in Eccleſia veſtra Canonici ordinis tenor Domino preſtante viguerit. Si vero ſecundo, vel tertio vocatus redire contempſerit, liceat eiusdem loci Prepoſito canonicam in eum proferre ſententiam. Cunctis autem eidem Eccleſie iuſta ſervantibus, ſit pax Domini noſtri IEſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem premia eterne retribucionis inveniant Amen.

Ego

Digitized by Google

Ego Innocentius Chatolice Eccleſie Epiſcopus &c. Datum Laterani VI. Idus Ianuar. per manum Gerardi ſacre Romane Eccleſie Presbiteri Cardin. & Bibliothecarii, Indictione V. Incarna. Domini anno MCXLI. Pontificatus Dom. Innocen. Pape II. An. XII.

Num. IV. Privilegium Leopoldi Ducis Bajoariorum. Anno 1141.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis. Ego *Luitpoldus* Dei gracia Bawariorum Dux cupiens hereditare beatitudinem, de qua dicitur: beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem, egenorum, & pauperum Chriſti in Cenobio Richerſpergenſi Deo militantium intellexi paupertatem, ſimulque animadverti quedam eorum predia vaſtata, dum exercitus, vel Patre meo *Luitpoldo*, vel me ipſo ducente per terras eorum iret, ac rediret. Unde commonitus à prefati Prepoſiti Cenobio *Gerhoho* ad uſus fratrum inibi Deo ſerviencium, ex nunc impoſterum tradidi duo beneficia in villa, que dicitur *Laubes*, cum omni utilitate ad illa pertinente. Scientes autem quod hilarem datorem diligit Deus, & hic ſine dubio eſt hilaris Dator, qui menſuram bonam, & confertam, & coagitatam dat; volumus, & irretractabiliter decernimus, non ſolum ad predicta beneficia excollenda, verum & ad alias qualescunque utilitates fratrum Richerſperg. duobus plauſtris aut vehiculis eorum amodo ſemper inpoſterum patere ſilvam, que vulgo dicitur Vorſt, ſitam inter duos fluvios Champam, & Chremeſam, ita videlicet, ut nullus eiusdem ſilve procuratorum ab eis exigat ullum precium, ſeu qualiscunque angarie gravamen illis faciat. Sed omnino ut dictum eſt liber introitus, & exitus in eandem ſilvam ac de ſilva fratribus prefatis, & eorum ſervis pro commoditate eorum pateat. Ipſa quoque duo beneficia preſignata ita decernimus, permanere libera in fratrum propria poteſtate, ſicut erat in noſtra, *ne vel Cammerarii, vel Marſalci, ſeu*

alii

Digitized by Google

alii ſervitores noſtri, poſterorum noſtrorum in ullo ſint moleſti cultoribus eorum, vel de rebus curie traducentes, vel de annona equorum perſolvenda, vel de aliis miniſteriis huiusmodi exequendis. Hec autem traditio ad altare S. Michaelis in Richerſperg, me preſente ac petente facta eſt per manum *Comitis Luitoldi de Bleien* delegatione firma, in cuius manum delegatio eadem per manum noſtram prius fuerat facta. H. r. t. per aurem attracti ſunt hi, quorum nomina ſubnotata leguntur. *Otaker Marchio. Comes Ekkebertus. Otto de Machlant. Werintgart de Jugelbach, & filius eius Werinhart. Wolfhere de Tegernwach. Albwinus de Petra. Hademar de Choufaren. Gebekart de Abbadesdorf. Chadelhohus longus de Rora. Eberhard de Brunowa, & Udalricus frater eius, Harnit de Orte. Rechere de Sebach. Walter de Tobele. Ainwich de Urihaim. Harthnit de Saltzburg;* preſentem vero paginam inde conſcriptam ne quis audeat violare, vel reſpuere quaſi falſam, ego Luitpoldus Dux impreſſione ſigilli mei feci confirmari. &c. Actum in Eccleſia ſancti Michaelis in Richerſperg. Anno Domini MCXLI. Ind. IV. regnante Rege Chunrado II. temporaliter, Chriſto autem ſempiternaliter, & eternaliter Amen.

Num. V. Privilegium Conradi III. Rom. Regis. An. 1142.

In nomine ſumme Trinitatis, Chuonradus divina favente clemencia Romanorum Rex. Preceptis ſalutaribus moniti, & divina inſtitutione inſtructi facere nobis amicos de mammona iniquitatis ea ſpe ac fiducia, ut & ipſi nos recipiant in eterna tabernacula; debemus religioſis Cœnobiis propenſiori cura munimen & auxilium providere, ut in eis commorantes pauperes Chriſti pro noſtris peccatis abolendis, & regni temporalibus motibus ad eternitatis quietem dirigendis, valeant intercedere apud Regem Regum, cuius Regnum eſt omnium ſeculorum. Igitur ad munimen & auxilium regularis vite tradimus, & confirmamus Cœnobio Richerſpergenſi, conſtituto in ripa Ini fluminis in Regione Norica

in Comitatu *Ekkeberti Comitis*, ut ſi quis Miniſterialium *ad Regnum teutonicum, vel ducatum Bauvaricum* pertinens predium ſuum in elemoſinam dare voluerit predicto Cœnobio, rata ſit ipſa traditio, & firma permaneat. Ut autem incontradicibilis & inconvulſa permaneat hec noſtra regularis conſtitutio, communiri & inſigniri eam fecimus regali noſtro Sigillo. Signum D. Chunr. Rom. Reg. Ego Arnoldus Cancellar. vice Hainrici Moguntini Archiepiſ. & Archicancellarii recognovi. Actum in civitate Ratisbona in celebri curia, cui interfuerunt Epiſcopi, Dietwinus Epiſcopus Cardinalis S. Rufine apoſtolice Sedis legatus. *Heinricus Ratisbonenſis, Imbrico Wirtzburgenſis, Otto Friſingenſis, Heinricus Olomucenſis, & Laici Principes, Marchio Dietpoldus, Otto Comes Palatinus, Comes Gebehardus de Sulzbach, Comes Adalbertus de Pogen, Fridericus Advocatus, & alii Nobiles multi. Ducem Bavaricum ideo non nominavimus*, quia tunc temporis in manu Regis erat Ducatus. Data XVIII. Kal. Ianuar. anno Dom. Inc. MCXLII. Ind. V. anno regni eius V.

Num. VI. Donatio decimarum Putinenſium. An. 1142.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, Conradus Dei gracia Salzburgenſis Archiepiſcopus. Beatus, qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Huius beatitudinis & liberationis nos cupientes Deo preſtante obtinere conſorcium, ſtatuimus pium intellectum habere ſuper egenam & pauperem Richerſpergenſis Eccleſie Congregationem ſub regula beati Auguſtini viventem in Richerſperg Cenobio, in ripa Ini fluminis ſito in fundo proprio Saltzburgenſis Eccleſie, in Epiſcopatu Patavienſi. Unde ad ſubſidium pauperum Chriſti ad idem Cenobium firma legitima delegatione tradidimus omnes decimas in Parochia, que dicitur Putine, excepta ſane canonica portione Sacerdotis plebani, quas eidem plebano indiminutas volumus permanere in perpetuum, & exceptis decimis vinearum in eadem

Parochia

Parochia ſitarum. Decimas etiam ad idem Cenobium alterius Parochie, que dicitur Branberg, totam decimacionem tam de vineis, quam de agris vel aliis rebus nobis iure perſolvendum; excepta canonica portione Sacerdotum hic perpetuo conſtitnendorum. Et quia eadem Parochia de adiacenti ſylva Putinenſi preſtante Domino poteſt ampliari a loco, qui dicitur Putinowe usque ad *terminos Ungarorum*, & usque ad montem Harthſperg in predio Comitis Ekkeberti, creſcentibus ibidem novalibus hoc ſtatuimus, & ſtabiliter inpoſterum conſervari volumus, ut omnia novalia, que in ſylva Putinenſi intra terminos deſignatos exquiſita vel exquirenda Parochie, que dicitur Branberg continuabuntur, vel in Parochias novas formabuntur, in eadem conſtitutione permaneant: ita videlicet, ut exceptis debitis porcionibus Sacerdotis plebani decime omnes vinearum, frugum, & animalium perſolvantur ad predictum Cenobium cum integra iuſtitia noſtro iuri debita, & ad noſtram diſpenſacionem pertinente ſecundum precepta Canonum, quibus monemur habere curam pauperum. Ut autem hec noſtre diſpenſationis pia conſtitutio nulla impietatis machinacione violetur, ſed in perpetuum *firmiſſime* conſervetur, Sigillo noſtro hanc paginam communitam tali ſententia concludimus: ut ſi quis contra eam agens temere tertio commonitus non reſipuerit, via Dei maneat ſuper ipſum in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus fiat per penitentiam; ſine qua ſi defunctus fuerit de perpetrata iniquitate ſe reum cognoſcat in tremendo examine Iudicis cuncta cernentis. Ego Romanus Gurcenſis Epiſcopus, ego Udalricus Salzburgenſis Abbas, ego Gotfridus Abbas Admontenſis, ego Gebenno Saltzburgenſis Prepoſitus, ego Chuno Chimenſis Prepoſitus, ego Hugo Perthesgadenſis Prepoſitus, ego Gotheſchalcus Bawemburgenſis Prepoſitus, ego Heribordus Owenſis Prepoſitus, ego Heribordus Lanzo Hallenſis Prepoſitus, ego Hugo Garcenſis Prepoſitus, ego Ruodbertus Presbyter. Actum

in Caſtro Saltzburg anno Dom. Inc. MCXLII. Ind. IV. X, Calend. Novemb. H. r. t. per aurem attracti ſunt iſti. *Heinricus Dux Karinthie & frater eius Udalrich, Hugo de Tuvers, Heinricus de Wenge, Fridericus de Lingnowe, Hartnith, & frater eius Marchwart de Uzitingen, Yſinrich, & frater eius Dietmarus de Chutebach, Gundakar de Waltprehtingen, Luiwinus Caſtelanus, Chuno de Engilhalmingen, Megingoth filius Megingoti Pincerne, Dietmar de Eicheim, Volcholt de Aſchowe, Werinhart de Ottennach, Otto de Wilern, Adilpret de Witenſtein, Otto Neſel.* Ego Hugo Prepoſitus Garcenſis ſcripſi.

Num. VII. Bulla Eugenii III. Anno 1146.

Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Gerhoho Richerſpergenſis Eccleſie Prepoſito, eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Deſiderium, quod ad religionis propoſitum & animarum ſalutem pertinere monſtratur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium, quia ſicut iniuſta petentibus nullus eſt tribuendus affectus, ita legitima & iuſſa deſiderantibus nulla eſt differenda peticio. Huius rei gracia dilecti in Domino filii predeceſſoris noſtri, felicis memorie Pape Innocentii veſtigiis inherentes, nec non venerabilis fratris noſtri Conradi Saltzburgenſis Eccleſie Archiepiſcopi precibus inclinati, veſtris iuſtis poſtulacionibus clementer annuimus, & Monaſterium noſtrum, quod eſt in Epiſcopatu Patavienſi in fundo Saltzburgenſis Eccleſie ſitum, in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſenti ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut tam in veſtro, quam in Monaſterio Sanctimonialium vobis ſubdito, Ordo Canonicus iuxta B. Auguſtini regulam perpetuis temporibus inviolabiliter conſervetur. Preterea quascunque poſſeſſiones, quecunque bona eadem Eccleſia in preſentiarum iuſte & canonice poſſi-

det,

det, aut in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Regum, largitione Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis, preſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant; in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: fundum videlicet & plebem Richerſpergenſem cum decima, & iure Parochiali, Capellam S. Martini cum pertinentiis ſuis. Vineas in Aſcha, villam Chrovat, & reliqua predia a Wernhero loci ipſius fundatore vobis oblata. Decimas Brambergenſis Eccleſie ac novalium Putinenſis ſilve a predictis Parochiis usque ad terminos Ungaricos pertinentis, venerabilis fratris noſtri Chonradi Saltzburgenſis Archiepiſcopi privilegio vobis firmatas, patellam ſalis, & alia predia ab eodem Epiſcopo data. Hofſtat & alia predia, que Ruodwertus iuſte obtulit, predia, que Fridericus donavit, predia, que fuerunt Egelolfi, & Eberhardi cum eorum decimis ab Epiſcopo Friſingenſi rationabiliter vobis conceſſis, & vineas emptas in Chremeſa, & ea, que Dux Luipoldus iure ſuo contulit. Sane laborum veſtrorum, quos propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſeu de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus omnino a vobis decimas exigere preſumat. Eccleſiaſtica nimirum Sacramenta, a diocefano ſuſcipietis Epiſcopo, vel a Salzburgenſi Archiepiſcopo, ſiquidem graciam & communionem Apoſtolice ſedis habuerit, & ſi ea gratis & ſine pravitate vobis voluerit exhibere: alioqui liceat vobis pro eorundem Sacramentorum ſuſceptione Chatolicum, quem malueritis adire Antiſtitem, qui noſtra fultus auctoritate, que poſtulatis, indulgeat. Et quia ſic locus videtur eſſe inſtitutus, ut Saltzburgenſis Eccleſie principalis Advocatus eiusdem quoque ſit Advocatus, neque ipſi neque alicui ſubadvocato eius eundem locum liceat iniuſtis gravaminibus inſeſtare, quod ſi fecerit, vobis conquerentibus non emendaverit, conſilio & auxilio prefati Archiepiſcopi ipſa advocatia ab inutili auferatur, & alius loco eius ſubſtituatur. Obeunte vero te nunc

eiusdem loci Prepoſito, vel ad alterius Eccleſie regimen tranſeunte, ſive tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtucia ſive violentia preponatur, vel ſubſtituatur, niſi quem fratres communi conſenſu, aut pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem & beati Auguſtini regulam canonice providerit eligendum. Addentes etiam interdicimus, ut nemini profeſſionis veſtre facultas ſit alicuius levitatis inſtinctu, vel arctioris religionis obtentu ſine Prepoſiti vel congregacionis licentia diſcedere. Quod ſi diſceſſerit, nullus Epiſcoporum, nullus Abbatum, nullus Monachorum ſine communium literarum cautione ſuſcipiat: quamdiu videlicet in Eccleſia veſtra Canonici ordinis tenor Domino preſtante viguerit. Si vero ſecundo vel tertio vocatus redire contempſerit, liceat eiusdem loci Prepoſito Canonicam in eum proferre ſententiam. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum, qui ſe illic ſepelliri deliberaverint, devotioni, & eorum extreme voluntati (niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint) nullus obſiſtat, ſalva iuſticia Matris Eccleſie. Decernimus ergo &c. Si qua igitur &c. Cunctis autem eidem loco iuſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & aput diſtrictum iudicem premia eterne pacis inveniant Amen.

Ego Eugenius Catholice Eccleſie Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Albericus Hoſtienſis Epiſcopus. Ego Imarus Tuſculanus Epiſcopus. Ego Octavianus Diacon. Cardin. S. Nicolai in carcere Tulliano &c. Ego Petrus Diacon. Cardinal. S. Marie in via lat. Ego Cinthius Diacon. Cardinalis SS. Sergii & Bachii. Date Sutrii per manum Romani S. Romane Eccleſie Presbiteri Cardinal. & Cancellarii, IV. nonas May indictione IX. Dominice Incarn. an. MCXLVI. Pontificatus vero D. Eugenii Pape III. anno II.

Num.

Num. VIII. De Capella in pede montis Püten. Anno 1149.

In nomine ſumme Trinitatis. Notum ſit Chriſti fidelibus, quod ego Eberhardus Iuvavenſis Eccleſie Archiepiſcopus in pede montis Putinenſis conſecravi Capellam propter uſus fratrum Richerſpergenſium, tali videlicet caucione, ut eadem Capella cum dote adiacente in proprietate ſit eorundem fratrum, neque Plebanus eiusdem loci aliquid in ea iuris habeat, neque ipſe de ſuo iure aliquid amittat propter eandem Capellam, in qua nimirum divina officia fratribus celebrari conceſſimus, que illic audire nullos fideles prohibemus, ita videlicet, ut ſuo iure non privetur Putinenſis Plebanus; populares quoque ſermones in precipuis feſtis eiusdem Capelle inibi fieri permiſimus, videlicet in dedicacione ac feſtis beati Iohannis Baptiſte, ſanctique Petri Apoſtoli. Interfuerunt autem huic diſpenſacioni Dominus Romanus Gurcenſis Epiſcopus, & Prepoſiti Gerhohus Richerſpergenſis, & Wernherus Seccowenſis, Capellani noſtri, Rudbertus, Goteſcalcus, Udalricus, & de Patavienſi Epiſcopatu Marquardus Prepoſitus Niwenburgens. Canonici Richerſpergenſes, Waltherus & Hainricus Presbyteri, Canonici Niwenburgenſes, Hermannus & Hildebrandus Dyaconi. Plebani ſacerdotes Hartwicus de Lantzenchirchen, Meginwardus de Bramberg, Richerus de Putine, laici nobiles & miniſteriales *Comes Ekkibertus*, *Dietricus de Moſen*, *Depoldus de Lechisgmunde*, *Turingus de Weriven*, *Sigemar de Libenize*, *Hartnidus & frater eius Marquardus de Ucelingen*, *Gruslebus de Radiſtat*, *Putinenſes miniſteriales*, *Poppo*, *Liupoldus*, *Rapoto*, *Chuno*, *Guringus*, & populus multus, ad dedicacionem ipſius Capelle collectus. Et ut hec noſtra diſpoſicio firma & inconvulſa permaneat, paginam hanc ſigilli noſtri roboravimus impreſſione. Actum Putine anno Dominice Incarnacionis MCXLVIIII. Indiccione XIII.

Num.

Num. IX. De Prædio Ardaker. Anno 1153.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, Eberhardus Dei gracia Salzburgenſis Eccleſie Archiepiſcopus. Notum eſſe volumus tam futuri, quam preſentis temporis hominibus, qualiter querela Gerhoi Richerſpergenſis Prepoſiti, quam adverſus tria Clauſtra, videlicet ſancti Rudberti, & ſancti Petri, ſancteque Virginis Erintrudis habuit, conſopita eſt. Denique predictus Prepoſitus adhuc vivente beate memorie anteceſſore noſtro Chunrado Archiepiſcopo, contra Miniſterialem Eccleſie noſtre *Henricum de Sehirche* depoſuit cauſationem ſuper quodam predio in vico, qui dicitur Moſin ſito, Richerſpergenſi Cœnobio, ut aſſeruit legitime contradito. Sed quia predictus Heinricus nondum lite hac terminata defunctus tres prenominatas Eccleſias reliquit prediorum ſuorum heredes; renovante ſuam querelam Richerſpergenſe Prepoſito, in conſpectu noſtro ex beneplacito parcium ſic deciſa eſt contentio: ut Prepoſitus maioris Eccleſie Hugo, & Abbas ſancti Petri Henricus, nec non Abbatiſſa ſancte Erndrudis, Wirad, deſignaret curtim quamdam iuxta Ardacharn ſitam cum ſuis pertinentiis Eccleſie Richerſpergenſi; qua conventione convenienter ex omnium parcium coniventia ordinata, tota lis in manum noſtram ſic eſt refutata, ut neque Prepoſitus querelam ſuam reſuſcitet, neque ipſum de cetero vel Prepoſitus maioris Eccleſie, vel Abbas ſancti Petri, vel Abbatiſſa ſancte Erindrudis contra pactum iſtius compoſicionis inquietet. Facta ſunt autem hec annuente nobili femina *Luitkarda predicti Henrici* relicta, que prediorum viri ſui uſum fructuarium tenens pro anime ipſius remedio, pie aſſenſum prebuit huius compoſitionis rationabili pacto in manu noſtra firmato, & ſcripti preſentis noſtro Sigillo inſigniti caucione roborato. Actum Salzburg Anno Dominice Incarnationis MCLIII. Indictione II. preſentibus Teſtibus, quorum nomina ſubſcripta

ſcripta ſunt. *Comes Luitoldus de Bleien*, *Comes Sigfridus de Pilſtein de Miniſterialibus*, *Sigboto de Suriberch*, *Willehalm de Wegingerberg*, *Otto de Pongowe*, *Marchwardus de Uzzelingen*, & alii plures.

Num. X. Concambium cum Epiſcopo Patav. An. 1155.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, omnibus Chriſti fidelibus notum eſſe cupimus, qualiter ego Chuonradus divina clementia Patavienſis Eccleſie Epiſcopus, Eccleſie mee Patavienſis ſimul & Eccleſie Richerſpergenſis commodis ac paci in preſenti & futuro proſpiciens, ex conſenſu Cleri & Miniſterialium noſtrorum, predium Eccleſie noſtre in villa *Rosbach* in comitatu *Comitis Bertholdi de Pogen* ſitum, per manum eiusdem Pertholdi Comitis ex iure advocatie ipſi pertinentis in manum cuiusdam nobilis viri *Werinandi de Rauntingen* tradi rogavimus, Eccleſie Richerſpergenſi tradendum, ac de iure noſtro in ius Eccleſie illius omnimodis transfundendum, in legitimum videlicet Concambium pro predio Hagenove, ſuper quo inter me, & iam dictam Eccleſiam Richerſpergenſem contentio eſſe videbatur, ſimul & pro predio, quod Eccleſia Richerſpergenſis in partibus orientis in villa Liubes poſſederat. Hoc itaque iam dictum noſtrum predium cum omni iure ſuo, & utilitatibus queſitis & inquirendis ſimul, & decimis in eadem villa iuri noſtro pertinentibus Eccleſie prefate tradi fecimus Prepoſito, & fratribus eiusdem Eccleſie. Econtra predium Hagenowe iuri noſtro recognoſcentibus, & per manum Advocati ſui in villa Liubes *Comitis Chuonradi de Pielſteine* cum alio iam dicto predio ſuo in Ius Eccleſie noſtre transfundentibus. Et hec traditio per manum Advocati noſtri Pertholdi facta eſt nobis preſentibus ac petentibus in villa Straschirchen in manum iam dicti Werigandi. H. r. t. ſ. per aurem attracti ex Nobilibus *Chadolt de Suenebretesdorff*, *Chadolt de Grunenbodengarten*, *Weringer de Waigeſtorf*, *Pabo de Agehauſen*, *Werinhart de Iulbach*, *Reginger de Ride*,

Amelbertus de Aigelinge, Adelbero de Burchartesdorf; & ex miniſterialibus, Ruodegerus, Adalbertus, Arnoldus de Patavia, Waltherus de Ludinge, Rapoto de Swabendorff, Gerhocho de Framelinſperge, Heinricus Rudolfus, item Ruodolphus, Megingoth de Pogen, Engilbertus & frater eius Otto de Stroubing. Ego Chuonradus Patavienſis Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Ruodbertus Decanus ſubſcripſi. Ego Hainricus Scholaſticus. Ego Hartmodus Archipresbiter. Ego Ruodbertus Presbiter. Ego Adalbertus Prepoſitus S. Nicolai ſubſcripſi. Acta ſunt hec anno Incarnat. Dom. MCLV. Pontif. vero noſtri anno VI. Indict. II. Data Patavie IV. Kal. May.

Num. XI. Privilegium Conradi Epiſc. Patav. An. 1156.

Chunradus Dei gratia Patavienſis Eccleſie Miniſter, dilectis in Chriſto fratribus Eccleſie Richerſpergenſis ſalutem in Domino. Eccleſia Richerſpergenſis, in qua Deo militatis fratres in Deo dilecti, licet iure fundi ad Archiepiſcopum Saltzburgenſem reſpiciat, tamen ex Eccleſiaſtico regimine attitulata eſt Eccleſie noſtre, utpote ſita in Diœceſi Patavienſi. Quod cum ita ſit, ſicut vos nobis, noſtrisque ſucceſſoribus recognoſcitis filialem obedienciam, ſic dignum & iuſtum eſſe cenſemus, ut & nos vobis recognoſcamus paterne dilectionis, & ſolicitudinis paſtoralis piam curam. Proinde vinearum decimas, quas ex auctoritate apoſtolica de laboribus veſtris in villa Chremeſa cum aſſenſu predeceſſorum meorum, & in eo inpreſentiarum poſſidetis, vobis permanere concedimus. Inſuper Eccleſiam plebalem nomine Munſter vobis in vicino adiacentem Cœnobio veſtro ea cautione annectimus, ut Eccleſie veſtre Prepoſiti a nobis noſtrisque ſucceſſoribus in partem ſolicitudinis vocati, preſignate plebis habeant providenciam ſuper hac reſponſuri Epiſcopo Patavienſi. Ut autem hec noſtre liberalitatis conceſſio firma vobis, veſtrisque in poſterum ſucceſſoribus permaneat, preſentem Chartam ſigillo noſtro communiri fecimus. Ego

Chuon-

Chuonradus Patavienſis Epiſcopus laudo, & ſubſcribo &c. Data Patavie per manum Heinrici anno ab Incarn. Dom. MCLVI. Ind. IV. an. vero Dom. Conr. Patav. Eccl. ven. Epiſc. VIII. feliciter Amen.

Num. XII. Privileg. Eberh. AEpiſc. Salisb. de An. 1158. v. Cod. Tradit. num. LXXVI.

Num. XIII. Privileg. Eberh. AEpiſc. de Anno 1160. v. Cod. Tradit. num. LXXVII.

Num. XIV. Aliud Privileg. Eberh. AEpiſc. de An. 1160. v. Cod. Tradit. num. CXII.

Num. XV. Aliud Privileg. Eberh. AEpiſc. de An. 1161. v. Cod. Tradit. num. CXXI.

Num. XVI. Privileg. Friderici I. Imp. de Anno 1162. v. Cod. Tradit. num. CXIV.

Num. XVII. Commendatitiæ ad Heinricum Leonem Bajoar. Ducem. Anno 1162.

Eberhardus Dei gracia Saltzburgenſis Eccleſie Archiepiſcopus, glorioſo, & victorioſo *Bawariorum*, & Saxonum *Duci Heinrico* ſinceram dilectionem, & omne bonum. Quia Ducibus tanquam a Deo miſſis ad vindictam malorum, laudem vero bonorum hoc debet Eccleſia, ut pro eorum ſalute divinam clementiam iugiter exoret, conveniens eſt, ut & ipſi pro pace, ac defenſione fidelium ſancte Dei Eccleſie laborent: unde rogamus Nobilitatem veſtram in ea fiducia, qua vobis Eccleſia Saltzburgenſis confidit, ut Richerſpergenſe Cœnobium, *quod quantum attinet ad poſſeſſionem legitimam*, cum omnibus, que ad ipſum pertinent, noſtri eſt iuris,

& quantum ad regimen ſeculare, veſtram Celſitudinem reſpicit, ſpecialiter habeatis pietati, ac Principatui veſtro comendatum iure veſtro, contra iniurioſos defendendum, & manutenendum. Dilectum quoque fratrem noſtrum Gerhohum, eiusdem cænobii Prepoſitum tum pro noſtri dilectione, tum pro beate memorie patris veſtri Heinrici Ducis, cui Prepos. idem fidelis, & familiaris extitit, ut pluribus veſtrorum eſt notum: vos tanquam paterne pietatis heres, in eadem gratia foveatis, & manu teneatis, in qua eum pater veſter habuit: & ubicunque vel eius perſona, vel predicta congregatio veſtre defenſionis indiget ſolatio, & auxilio, contra iniquorum violentias, vos eius tutelle ſecundum iuſtitiam dignemini providere. Atque hoc ipſum vicinis eius, quos ipſe nobis deſignaverit, attentius commendare curetis, ut iam dictum Cœnobium veſtre defenſioni per nos commiſſum cauſa Dei, ut veſtri tueantur contra omnes violentias iniquas. Porro ſi quis adverſus ipſum Cœnobium vel habet, vel habebit querellam, veſtre ſit poteſtatis, tam ex iure veſtro quam ex commiſſo noſtro cauſam ventillare, ac ſecundum iuſtitiam terminare, ſalvo iure Advocatorum ſuper eiusdem cœnobii predia per nos conſtitutorum, ſemoto iniquo gravamine ac nomine ſubadvocatorum, tam ſpirituali quam ſeculari iudicio abiudicatorum, niſi quantum admittuntur ex conſenſu eorum, qui Eccleſiis preſident. Quibus & ſi fuerint importuni vel iniurioſi, eorundem petitione debent ſubmoveri, quia vocati ſunt ad iſtam ſubadvocatie procurationem non per ius beneficii, ſed per conventionem gratuiti beneplaciti. Atque ut hec noſtra commendatio nulla dubietate vacillet, ſed memoriale certum vobis veſtrisque in Ducatu ſucceſſoribus perſeveret, Chartam hanc inde conſcriptam, & ſigillo noſtro communitam in predicto Cœnobio conſervari precepimus.

Num. XVIII. Privilegium Henrici Leonis de An. 1162.

v. Cod. Tradit. num. CXIII.

Num.

Num. XIX. Privilegium Eberhardi Epiſc. Bamberg. de An. 1169. v. Cod. Tradit. num. LVIII.

Num. XX. Immunitas a Teloneo Neuburgenſi. circa Annum 1170.

Pertholdus Dei gracia Marchio, & filius eius Pertholdus de Andechſen, Arnoni Richerſpergenſi Prepoſito, & fratribus eius in perpetuum. Scientes nobis ad ſalutem perpetuam & preſentem proficere, ſi in qualibet re Deo ſerviencium utilitati ac paci proſpexerimus, ego & filius meus Cenobio Richerſpergenſi in caſtro noſtro Newnburch ob remedium anime noſtre, ſimul & *Comitis Ekkeberti*, cui in hereditatem ſucceſſimus, liberum tranſitum navibus eorum concedimus, & contradimus, ſicut ante nos iam dictus Ekkebertus Comes eidem Cenobio conceſſerat, ut videlicet nichil ab eis penitus exigatur, quotiens eis eodem tranſire contigerit. Et ut hec noſtra conceſſio, & tradicio firma eis in perpetuum permaneat, hanc cartam inde conſcriptam ſigilli noſtri impreſſione ſignavimus.

Num. XXI. Charta Conradi AEpiſc. Salisb. de An. 1179. vid. Cod. Tradit. num. CXXII.

Num. XXII. Donatio unius talenti de fonte in Halla. Anno 1184.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, ego Adelbertus Dei gracia Salzburgenſis Eccleſie Archiepiſcopus dilectis filiis Richerſpergenſis Congregacionis, videlicet Philippo Prepoſito, eiusque ſucceſſoribus, & omnibus ibidem Deo famulantibus in perpetuum. Ad noſtrum officium pertinere dinoſcitur, quod Deo ſervientibus, tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus clementer curam impendere debeamus. Inde eſt, quod dilecto filio

Philippo Richerſpergenſis Cœnobii Prepoſito, eiusque ſucceſſoribus, & omnibus ibidem Deo ſervientibus tradidimus in perpetuam proprietatem unum talentum ſingulis annis perſolvendum ex dominicalibus noſtris in tercia feria Paſce, de fonte in Halla. Preſentes fuerunt, & favorem preſtiterunt: dominus Gundacherus Prepoſitus maioris Eccleſie Salzpurgenſis, Fridericus Decanus cum ceteris Canonicis eiusdem Metropolis. Teſtes autem huius accionis fuerunt *Walchunus de Steina*, *Pabo de Eringe*, *Meingotus Caſtellanus*, *& frater eius*, *Siboto de Surberch*, *Rudgerus Vicedominus*, *Volckmarus de Mulberch*, *Heinricus de Iulbach*, *Heinricus & Ulricus fratres de Winkeringe*, *Siboto de Atenat*, *Chuno de Werſen*, *Chunrat de Chalhaim*, *Ekchardus de Tanne*, *Chunradus de Vagera*, *Fridericus de Pettowe*, *Chunradus de Stroza*, & alii quam plures. Datum Saltzpurge anno Domini MCLXXXIIII.

Num. XXIII. Privilegium Heinrici VI. Imp. pro libertate loci. Anno 1195.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, Heinricus ſextus divina favente clemencia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Sicilie. Ad eterni Regni premium, & temporalis Imperii incrementum nobis proficere non ambigimus, ſi religioſarum Perſonarum poſtulacionibus gratum & benignum curaverimus prebere aſſenſum. Inde eſt, quod ad noticiam preſencium & futurorum cupimus pervenire, quod nos pro ſalute, ac remedio ſereniſſimi Patris noſtri & noſtre, ad poſtulacionem dilecti Principis noſtri Alberti Salzpurgenſis Archiepiſcopi, ſupplicacionemque Arbonis fidelis noſtri Prepoſiti de Richerſperg, ad imitacionem memorati felicis memorie Genitoris noſtri Friderici Romanorum quondam Imperatoris invictiſſimi, ipſum Arbonem Prepoſitum, & Eccleſiam Richerſpergenſem cum omnibus bonis, & perſonis eidem Eccleſie pertinentibus ſub imperiali noſtra proteccione recepimus,

pimus, confirmantes eidem Eccleſie privilegium, quod a magnificentiſſimo Patre noſtro pro bono ſtatu, & libertate Eccleſie conſervanda ipſi conceſſum eſſe dinoſcitur, & indultum, ſicut in autentico ipſius Dominicalis manifeſte reperitur exaratum, & ex reſcripto dicte dominicalis pagine nobis eſt declaratum. Statuimus autem ſpecialiter, & imperiali edicto ſanccimus ſecundum antiquam, & primitivam illius loci libertatem ab ipſo fundatore collatam, & privilegiis venerabilium Archiepiſcoporum Chunradi, & Eberhardi Salzpurgenſis Eccleſie, ad quam Patronatus pretaxati loci pertinet, roboratam, ut nullus eiusdem loci ſit Advocatus, niſi principalis Metropolis Salzpurgenſis Advocatus, qui de beneficio principalis advocatie ſibi collato predictum Cœnobium ſine omni gravamine defendat, & nullo modo Subadvocatum iure beneficiali ibi conſtituere poteſtatem habeat. Nullus quoque alter audeat preſumere exacciones, vel gravamina fratribus nominati loci, vel miniſtratoribus, aut colonis eorum ſuperimponere. Adicimus ad hoc, & diſtricte precipimus, ut nulla omnino perſona alta, vel humilis, eccleſiaſtica, vel ſecularis huic noſtre inſtitucioni obviare preſumat, quod qui facere attemptaverit, ſexaginta libras auri in ulcionem temeritatis ſue conponat, quarum medietas camere noſtre, reliqua pacientibus iniuriam perſolvatur. H. r. t. ſ. *Adalbertus Salzpurgenſis Archiepiſcopus*, *Hermannus Monaſterienſis Epiſcopus*, *Hainricus Wirzburgenſis Epiſcopus*, *Otto Friſingenſis Epiſcopus*, *Philippus Dux Tucie frater noſter*, *Bertoldus Comes de Henneberch*, *Boppo Comes de Werthaim*, *Rupertus de Durne*, *Rupertus de Caſtele*, & alii quam plures. Acta ſunt hec anno dominice Incarnacionis MCXCV. Indictione XIIII. regnante Domino Hainrico ſexto Romanorum Imperatore glorioſiſſimo, anno regni viceſimo quarto, Imperii vero quarto. Datum Wirtzburch nonas Octobris.

Num.

Digitized by Google

Num. XXIV. Pro Muta in Newnburch. Anno 1195.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, ego *Pertholdus Dei gracia Dux Dalmacie, Marchio Hiſtrie*, omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum. Scientes, quando qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet, benediccionis ſuperne cupientes fieri participes, noſtra temporalia pro ſempiternis ſeminare, & pro terrenis celeſtia fructificare, tocius ſalutis ſummam putamus. Inde eſt, quod devoto & ſincero affectu, in quantum divina docuerit inſpiracio, apud religioſas, & ſpirituales perſonas oracionum ſubſidia, in quibuscunque poſſumus, nobis cupimus obtinere. Itaque pro peticione venerabilis, & dilecti amici noſtri Prepoſiti Ottonis de Richerſperge, nec non & religioſorum fratrum ſuorum ſtatuimus, & preſenti pagina firmamus, ut in perpetuum ſine exaccione tributi ſicut hucusque, ita & in reliquum liber tranſitus ſit navibus ſuis apud caſtrum noſtrum Newnpurch. Unde, quia *iure dominii fidelis noſter Wernhardus* ipſum tributum a nobis habet infeudatum, ad preſentem paginam roborandam ſciri volumus, prefatum Wernhardum pro peticione noſtra, & remedio anime ſue, & parentum ſuorum publice coram multis Nobilibus, & fidelibus noſtris ceſſiſſe iuri ſuo. Igitur ne aliquis liberorum, vel ſucceſſorum noſtrorum huic noſtre inſtitucioni valeat contraire, ſigilli noſtri impreſſione premunimus, & divine ulcioni committimus, & ſubſcriptos Teſtes relinquimus. *Wernhardus de Schawenberch, Walchun de Chambe, & frater ſuus Albertus de Halſe, Chunradus de Horbach, Ernſt de Inne, Alkerus, & frater ſuus Heinricus de Waidekke, Wernhardus de Ort, & frater ſuus Ulricus, Willehalmus de Geylſpach, Chunradus Leyws, Megengotus de Prampach, Chunradus de Gyſenberge, Reinoldus de Newenburch, Richkerus de Weſen, Ulricus de Polleinhaim, Lewtoldus Dapifer de Schawenperch, Pertholdus Stale, Rudolf Abemhofe, Almar de Pubenhofen, Ulricus de Sindel.*

Sindelſtorfe, Otto de Pirnpach, & frater ſuus Heinricus. Data per manum Heinrici Notarii apud Newenburch anno Incarnat. Domini MCLXXXXV. Indiccione XII. IIII. nonas Iunii.

Num. XXV. Immunitas a Theloneis Auſtriacis. Anno 1203.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis. Leupoldus Dei gracia Dux Auſtrie, & Styrie, univerſis Chriſti fidelibus ſalutem in perpetuum. Cum ea, que ad honorem Dei, & ſuperne cultum pietatis expediunt, & conducere videntur, promovere, ac ſublimare ſummopere teneamur, divina nobis providente miſericordia liberalitatis noſtre donacionem Eccleſie in Richerſperge conferre piam decrevimus. Hinc eſt, quod univerſitatem tam preſencium quam futurorum latere nolumus, quod in honorem ſancte Marie, ſanctique Michaelis pro remedio animarum, videlicet pie recordacionis patris noſtri Ducis Luipoldi, fratrisque Ducis Friderici, ac omnium parentum, ſeu anteceſſorum noſtrorum, obtentu Ortolfi eiusdem loci tunc celerarii omnium rerum mobilium per terras noſtras, ſine omni vectigalium, aut pedagiorum exaccione libertatem tranſitus eidem Eccleſie contulimus, & indulſimus. Ut autem hec liberalitatis noſtre donacio rata, & inconvulſa in perpetuum perſeveret, preſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione, teſtiumque ſubſcriptione roborari iuſſimus, quorum nomina ſunt hec: *Kraffto de Anzinſpach, Walchunus de Waſenperch, Chunradus de Lapide, Vikardus Dapifer, & filii ſui, Wigandus de Chlambe, Ditmarus de Liechtenſteine, Otto de Leubin, Albero de Grimmenſtein, Heinricus de Tumbenowe, Ortolfus de Atzinprukke, Ditmarus Marſchalcus*, & alii quam plures. Datum Newenburch, anno Incarnacionis Domini MCCIII. Indiccione VI. ſeptima Idus Marcii.

Num. XXVI. Philippi Imperatoris pro libertate loci. Anno 1205.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis. *Philippus ſecundus* divina favente clemencia Rex, & ſemper Auguſtus. Si loca ſancta honoramus, & Deo ſerviencium quieti pro iure noſtro providemus, credimus per hoc, & ſumme divinitatis graciam repropiciare, & coronam Imperii lapidibus illis vere precioſis exornare, qui iugiter aſtant, ac fulgent ante Deum, & ſub noſtre proteccionis tuicione tranquilla ei pace tam pro noſtra, quam pro ſua ſalute deſerviunt. Unde notum eſſe volumus omnibus Imperii fidelibus tam poſteris quam modernis, quod nos benigno aſſenſu piis, ac iuſtis poſtulacionibus fidelis noſtri Leonardi Richerſpergenſis Prepoſiti annuentes, ad poſtulacionem quoque dilecti Principis noſtri Eberhardi Saltzburgenſis Archiepiſcopi, ipſum Richerſpergenſe Cenobium Canonicorum regularium in *comitatu Pertholdi Comitis de Andehſe* iuxta fluvium Enum ſitum, in pago quem tranſit fluvius Anteſen, a quodam nobili viro *Wernhero* fundatum, & Eccleſie Saltzburgenſi iure pietatis collatum, ſalva in omnibus Archiepiſcopi Saltzburgenſis iurisdiccione ſub regie Maieſtatis noſtre, & omnium ſucceſſorum noſtrorum Imperatorum, & Regum proteccionem recipimus; ſtatuentes, & firmiter precipientes ad imitacionem progenitorum noſtrorum *Friderici* patris, & *Heinrici* fratris dive memorie Romanorum Imperatorum, ut ſecundum antiquam, & primitivam loci illius libertatem ab ipſo fundatore coutraditam, & privilegiis venerabilium Archiepiſcoporum Conradi, & Eberhardi roboratam, nullus Advocatorum ipſius loci, ſive prediorum ad ipſum locum pertinencium preſumat, aut facultatem habeat illic Subadvocatos ordinare, vel alicui ſub titulo conceſſionis ea infeudare, aut exacciones, & gravamina indebita fratribus predicti loci, ſeu miniſtratoribus, aut eorum colonis imponere.

Quod

Quod ſi quanquam ex conſenſu Prepoſiti, & fratrum principales Advocati aliquem ſibi nomine Procuratoris ſubſtituerint, ille ſi poſtmodum Prepoſito, & fratribus gravis, & Eccleſie inutilis extiterit, in adminiſtracione advocacie nullatenus permaneat. Adicimus quoque, & regie ſublimitatis auctoritate, ac lege in perpetuum valitura ſtatuimus, ut bona predicto Cenobio iam collata, ſive adhuc preſtante Domino conferenda, nullus invadere, aut inde quolibet modo alienare, aut locum ipſum expoliare, ſeu disveſtire preſumat, niſi coram legitimis Judicibus iuſte, & legitime iuſticiam ſuam comprobaverit. Specialiter autem ipſe locus Deo dicatus noſtre regalis largicionis beneficio, & emunitate gaudeat, & nulla iudiciaria ſecularisve poteſtas licenciam ibi habeat placitandi, concionandi, aut quelibet iura ſecularia exercendi, que fratrum inibi Deo militancium ſecundum regulam beati Auguſtini quietem interrumpere valeat, aut diſturbare. Si qua autem perſona humilis vel alta, eccleſiaſtica ſive ſecularis contra hoc noſtrum privilegium venire preſumpſerit, & ſecundo terciove commonita exceſſum ſuum non emendaverit, banno noſtro ſubiaceat, & pro pena transgreſſionis quinquaginta libras auri examinati componat, dimidium camere noſtre, reliquum paſſis iniuriam perſolvendo. H. r. t. ſ. Diethalmus Conſtantiens. Epiſ. Erkinbertus Babinbergens. Otto Friſingens. Epiſc. Iohannes Abbas Hersfeldens. Hainricus Abbas Fuldens. *Lodewicus Dux Bawarie, Hermannus Lantgravius Thuring. Diedricus Marchio Miſſnen. Otto Dux Meranie, Heinricus Marchio Yſtrie, Heinricus, & Rapoto Comites de Ortenperch, Comes Fridericus de Zolre, Comes Conradus Plaige. Diepoldus Lantgrav. de Lukinberch, Hugo Prepoſitus de Werchtesgadem, Albertus de Entſe, Alramus de Utidorf, Wernhardus de Hagenaw, & Heinricus frater eius, Chuno de Weruen, Erhardus de Tanne, Chunrad Burchgravius Salzburg. Heinricus Dapifer de Waſpurch, Heinr. Marſchalcus de Kallindin, Waltherus Pincerna de Schipfen,* & alii

quam plures. Ego Chunradus Ratisponen. Epiſc., & regalis aule Cancellarius recognovi. Acta ſunt anno Dominice Incarnacionis MCCV. Indiccione VIII. regnante Domino Philippo ſecundo Rom. Rege glorioſiſſimo anno regni eius VIII. Datum apud Nurnberg per manus Sifridi regalis aule Prothonotarii VIIII. Kal. Iuny.

Num. XXVII. Confirmatio Papæ Honorii. An. 1219.

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Heinrico Prepoſito, & fratribus Reicherſpergens. Ord. S. Aug. Pataviens. Diœc. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta Romana Eccleſia devotos, & humiles filios ex aſſuete pietatis officio propenſius diligere conſuevit, & ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, eos tanquam pia Mater ſue protectionis munimine confovere. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis precibus inclinati perſonas veſtras, & Eccleſiam, in qua divino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis tam Eccleſiaſticis quam mundanis, que impreſenciarum racionabiliter poſſidetis, aut in futurum iuſtis modis preſtante Domino poteritis adipiſci, ſub beati Petri, & noſtram protectionem ſuſcipimus, ſpecialiter autem decimas Putinenſis Eccleſie, & de Pramperch, & Edliz Eccleſias cum Eccleſiis & Capellis ad eas pertinentibus, quas pie recordacionis Eberh. Salzburg. Archiepiſc. de Capituli ſui aſſenſu, ad quem pertinebant, eidem Eccleſie veſtre provida deliberacione conceſſit; conſtituens, ut in predictis Eccleſiis Pramperch, & Edliz beati Auguſtini Regula obſervetur, & ad eas per preſentacionem Richerſpergenſis Prepoſiti, & inſtitucionem Salzpurgenſis Archiepiſcopi, miniſtri de veſtro Collegio aſſumantur: cuius conſtitucionem ſuper hiis ſucceſſores ipſius, Conradus videlicet, Albertus, & Ewerardus Salzpurgenſes Archiepiſcopi ſuis Privilegiis confirmarunt; Eccleſiam quoque de Münſtewr a bone memorie Patavienſi Epiſcopo, quam etiam a felicis recordacionis Adriano

PP.

PP. predeceſſore noſtro Eccleſie veſtre aſſeritur confirmata, cum decimis & aliis pertinentibus ſuis, & decimas a pie recordacionis... Friſingenſi Epiſcopo de Capitulorum ſuorum aſſenſu eidem Eccleſie veſtre collatas, predia inſuper in Elvin & Graben a quondam... Comite Allenſi, & in Vihpach a quodam Hartwico cum aliis prediis in Gurtin, in Mulperch, in Hówen, in Potechoven, & in Wanepach, in Hagening, Urinering, Anthriesgurch, & in Bawaria, Auſtria, & Marchia; nec non cum decimis, redditibus, manſis, libertatibus, atque immunitatibus ab Eccleſie Salzpurgenſis Archiepiſcopis Eccleſie veſtre conceſſis, ſicut ea omnia eadem Eccleſia iuſte ac pacifice poſſidet, & in ſupradictorum Archiepiſcoporum literis continetur, vobis & per vos ipſi Eccleſie veſtre auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis, & confirmacionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſiquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignacionem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Laterani XV. Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri anno tercio.

Num. XXVIII. Super Advocatia Privileg. An. 1220.

Ego Eberhardus Dei gracia Saltzburgens. Eccleſie Archiepiſcopus, Apoſt. ſedis legatus, univerſis Chriſti fidelibus ſalutem in Domino. Ne figmentis hominum, aut inimici ſuggeſtione, quod in rerum natura non eſt, falſis attemptetur probacionibus, omnibus tam preſentibus quam futuris innoteſcat, quod Domino *Wernhardo de Hagenawe*, vel heredibus ſuis quibuscumque nichil umquam de bonis Monaſterii Richerſpergenſis ſive iure proprietario, ſive in feudum conceſſimus, & ius advocacie ſuper res & perſonas eiusdem Monaſterii, quod ſpecialiter ad nos ſpectat, nec ipſe predictus Dominus Wernhardus, nec aliquis heredum ſuorum de

manu noſtra umquam accepit. Idem etiam per omnia proteſtamur de Domino *Hadmaro de Weſen*, ſcilicet quod advocaciam, vel feudum ſuper bonis vel perſonis eiusdem Monaſterii de manu noſtra umquam recepit, ob cautelam futurorum proteſtacionem noſtram preſenti ſigillo firmantes. Acta ſunt hec anno Incarnationis Dom. MCCXX. Indict. VII. exeunte Aprili III. Kal. May.

Num. XXIX. Privileg. ſuper Advocatia. An. 1226.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Eberhardus Dei gracia Salzburgens. Archiep. Apoſt. Sedis legatus † omnibus preſentem paginam inſpecturis ſalutem, & oraciones in Domino. Cum olim nobilis vir *Wernherus de Richerſperge* in eodem loco in honore beati Michaelis fundaverit Monaſterium, Conventum ibidem Canonicorum Regularium ordinando, proprietatem eiusdem fundi Eccleſie Salzburgenſi contulit ſub hoc modo, ut eiusdem Metropolis principalis Advocatus prenominati Monaſterii defenſor eſſet, non expectato pro defenſione aliquo commodo temporali, & inhibito ei & precluſo, ne eandem advocaciam poſſet alii infeudare, quemadmodum nobis conſtitit ex donacionis autenticis inſtrumentis, que poſtmodum per privilegia felicis recordacionis anteceſſorum noſtrorum Chunradi, Eberhardi, Alberti Archiepiſcoporum Saltzpurgens. confirmata fuerunt, quemadmodum in illorum ſcripturis autenticis reperitur. Verum quia Salzburgenſis *Eccleſia noſtris temporibus habere deſiit Advocatum*, & ita per conſequens prenominati Monaſterii advocacia, & defenſio ad nos immediate dinoſcitur pertinere, de conſenſu Capituli noſtri ſtatuimus, & eciam diffinimus, ut de cetero ſucceſſores noſtri, qui pro tempore fuerint, ſint predicti Monaſterii ſine omni moleſtia gravamine perpetui & continui Advocati, & ne aliis eandem advocaciam ſeu in principali loco, ſeu eciam in prediis parvis vel magnis eidem loco attinentibus aliquo alienacionis tytulo debeant, vel valeant aſſignare,

mare, eciamſi ipſi ſucceſſores noſtri, quod non credimus, priuci-palem, ut quondam, in ſuis reditibus habere voluerint advocatum. Ut autem hec noſtre inſtitucionis diffinicio nulla impietatis machinacione in poſterum violetur, ſed in perpetuum firmiſſime conſervetur, hanc preſentem paginam noſtri ſigilli impreſſione roboramus. H. r. t. ſ. Albertus Prepoſitus, Chuno Decanus, Hoholdus Cuſtos, Ertfridus Scolaſticus, Albinus, Pertholdus, Heinr. Pernhardus Plebanus, Wernhardus, Sighardus, Ditmarus, Ulricus, Chunradus Salzburgens. Heinricus Prepoſitus Perhtersgadmenſis, Ulricus Prepoſitus S. Nicolai Pataviens. Engelbertus Werndens. Prepoſitus, Wernherus Prepoſitus de Solio, Heinricus Plebanus de Hydinich, Wehelo Plebanus de Ottingen, Heinricus de Keſſendorf, & alii quam plures de Clero. *Gerhohus de Matſe, Chunradus de Chalheim, Eckardus de Tanne, Heinricus & Chunradus de Trutlinchingen, Heinricus de Bewinge, Heinr. de Niwenchirchen, Rudegerus de Perchaim miniſteriales Salzburgenſes*, & alii quam plures. Data aput Salzburch III. Kal. Ianuarii anno Domini MCCXXVI. Indictione VIIII. Pontificatus noſtri anno viceſimo ſexto.

Num. XXX. Privilegium ſuper Advocatia, & alias libertates Monaſterii. Anno 1226.

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Prepoſito & Conventui Monaſterii in Reicherſperg Ord. S. Aug. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Iuſtis petencium deſideriis dignum eſt nos facilem prebere conſenſum, & vota, que a racionis tramite non diſcordant, effectu proſequentes complere. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulacionibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras, & locum, in quo eſtis divino obſequio mancipati, cum omnibus, que impreſenciarum racionabiliter poſſidet, aut in futurum iuſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci, ſub beati Petri, & noſtram protectionem

ſuſci-

ſuſcipimus. Specialiter autem advocaciamEccleſie veſtre, nec non libertates & immunitates a venerabili fratre noſtro Eberh. Salzburg. Archiepiſcopo Capituli ſui accedente conſenſu nobis & eidem Eccleſie veſtre conceſſas, ſicut eas iuſte, canonice, ac pacifice poſſidetis, & in literis Archiepiſcopi & Capituli premiſſorum exinde confectis dicitur plenius contineri, vobis & per vos eidem Eccleſie veſtre auctoritate apoſtolica confirmamus. Nulli ergo &c. Datum Laterani IIII. non. Aprilis Pontificatus noſtri anno decimo.

Num. XXXI. Super Predio Wernerſtorff. Anno 1229.

Viris religioſis Friderico Prepoſito & Capitulo Richerſpergenſi *Hermannus Comes de Ortenburch ſalutem.* Liti, quam aliquanto tempore Richerſpergenſi Eccleſie moveramus ſuper predio in *Wernhersdorf*, & aliis quibusdam poſſeſſionibus ei attinentibus, que dicebamus ab Heinrico quondam Richerſpergenſi Prepoſito nos emiſſe pro nobis, & pro heredibus noſtris, in preſencia reverendi Patris noſtri Eberhardi Salzpurgenſis Archiepiſcopi, & Luipoldi Auſtrie, & Stirie Ducis illuſtris, ceſſimus, & reſignavimus idem predium cum omnibus eius attinenciis queſitis, & eciam inquirendis, quocunque nomine cenſeantur in manibus Domini noſtri Archiepiſcopi ſupra dicti; hac condicione annexa: ut ſi quando Eccleſia Reicherſpergenſ. illud predium vendere cogitaret, offerret illud nobis, vel heredibus noſtris ad emendum pro ducentis marcis denariorum Friſacenſium legalium, quam pecuniam ſimul totam infra ſpacium duorum annorum ſolvemus. Interim autem idem predium cum proventibus ſuis in Eccleſie proprietate conſiſtet, donec ea pecunia per nos ei ſit totaliter expedita, & niſi infra dictum ſpacium ſumma eius pecunie ſit ſoluta, in arbitrio Capituli extunc erit vendere ipſum predium cui volet. Advocacia tanien nihilominus ſicut prius in eodem predio noſtra erit, ac deinceps Eccleſia ab obſervacione ſit conditionis prehabite abſolu-

ta.

ta. Eſt quoque adiunctum, ut quando offertur nobis idem predium ad emendum, privilegium una nobis confectum ſuper vendicione huiusmodi conſenſum Capituli continens preſentetur, ac per vos de voluntate noſtra in locum ſecuris partibus reponatur, quod nec vobis nec heredibus noſtris aſſignabitur, niſi ſolucione totalis pecunie prius facta. Ceterum de piſcariis eidem predio attinentibus recipiet Eccleſia annis ſingulis tantummodo marcas duas, & excreſcens reliduum noſtrum erit, ita tamen quod nos & heredes noſtri cavebimus, ne contingat diminui dictam ſummam. Ut autem hec firma permaneat in futurum, preſens Inſtrumentum ſuper hiis conſcriptum, & Sigilli noſtri munimine roboratum vobis duximus concedendum. T. ſ. *Karolus Sekkovenſis Epiſcopus, Chunradus Newnburgenſ. Wernhardus de Domo ſancti Floriani, Magiſter Heinricus Solienſis, Magiſter Wernhardus, Friſacenſis Prepoſiti.*

Num. XXXII. Anno 1247.

EBerhardus Dei gracia Salzburgenſis Archiepiſcopus A. S. L. &c. A. 1247. donavit Reichersbergenſibus predia nonnulla in Abtnau, pro preſato predio Weſterndorff. Teſtibus: *Comite Chunrado, & nepote eius Comite Luitoldo de Plaigin, Alberone de Walichen, Gerhoho de Perchaim, Ditmaro de Aichaim, Gerhoho de Weiern, Saxone de Taune, Chunrado de Teching, Marquardo de Verchaim, Chunrado Tiſingero.* &c.

Num. XXXIII. Friderici II. Imp. pro libertate loci. Anno 1230.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis. Fridericus ſecundus divina favente clemencia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Iheruſalem, & Sicilie Rex. Cum inſtancia cottidiana noſtra ſit, Eccleſiarum omnium Imperii noſtri ſollicitudo continua, non indigne ad ſtatum ipſarum pacificum conſervandum noſtre be-

nevolenciam oſtendimus pietatis. Eapropter notum fieri volumus univerſis Imperii noſtri fidelibus, quod *Leupoldus Dux Auſtrie, & Stirie* dilectus Princeps noſter, in noſtra preſencia conſtitutus celſitudini noſtre ſupplicavit humiliter, & devote, ut privilegium, quod Dominus Hainricus Romanorum Imperator magnificus dive memorie Pater noſter pie indulxit Eccleſie de Richerſperg, innovacione, & confirmacione de gracia dignaremur. Cuius privilegii tenor talis eſt: In nomine ſancte, & individue Trinitatis. Heinricus ſext. divina favente clemencia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Sicilie. Ad eterni Regis premium, & temporalis imperii incrementum nobis proficere non ambigimus &c. ut ſupra. Nos autem ſupplicaciones prefati Ducis Auſtrie, & Stirie dilecti Principis noſtri favorabiliter admittentes, ob illius intuitum, per quem feliciter vivimus, & regnamus, & ob remedium animarum divorum auguſtorum Parentum noſtrorum, privilegium ſupradictum, & quicquid continetur in eo, ſupradicto Monaſterio duximus confirmandum. Eidem de ſpeciali gracia indulgentes, ut ſi eiusdem loci Prepoſitus a principali Advocato ſibi aliquem advocatum deſtinari pecierit, committatur ipſi absque iure beneficiali talis procuracio, liceatque Prepoſito, & fratribus, ſi inutilis, & gravis ille fuerit, eum amovere, & loco ipſius meliorem ſubſtituere. Statuimus igitur, ut nulla perſona eccleſiaſtica, vel ſecularis alta, vel humilis contra hoc confirmacionis noſtre privilegium predictum Monaſterium moleſtare preſumat; quod qui preſumpſerit, preter indignacionem noſtri culminis, quam incurret, penam centum librarum auri ſe noverit incurſurum, quarum medietas camere noſtre, reliqua paſſis iniuriam perſolvatur. Ad huius autem confirmacionis noſtre memoriam, & robur perpetuo valiturum, preſens privilegium fieri, & ſigillo celſitudinis noſtre iuſſimus communiri. H. r. t. ſ. Bertholdus Aquilegiens. Patriarcha, Eberhardus Salzburgens. Archiepiſcopus, Sifridus Ratispo-

tisponenſis Epiſcopus, *Leupoldus Dux Auſtrie, & Stirie, Wernhardus Dux Carinthie, Otto Dux Meranie, Rapoto Palatinus Comes, Heinricus frater ſuus Comes de Ortenberch, Raynbertus de Murech, Hainricus de Priine, Irinfridus de Hinnperch*, & alii quam plures. Acta ſunt hec anno Dominice Incarnacionis MCCXXX. menſe Aprili tercie Indiccionis, imperante Domino noſtro Friderico Dei gracia invictiſſ. Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Iheruſalem & Sicilie Rege glorioſiſs. anno Imperij eius X. regni Iheruſal. V. regni vero Sicilie XXXII. feliciter amen. Data Fogie anno, menſe, & indiccione pretitulatis.

Num. XXXIV. Donatio Manſus in Stockarn, circa Anno 1230.

In nomine Domini Amen. *Hainricus Dei gracia Comes de Ortenberch* univerſos, ad quos manaverit preſens ſcriptum, noſſe cupio, quod in articulo mortis conſtitutus ob remedium anime mee, ſive ſucceſſorum meorum tradidi Eccleſie ſancti Michaelis in Reicherſperge manſum in Stokcharn liberum ab omni iure advocacie, in uſus, & ſubſidium fratrum, & ſorcrum Deo inibi famulancium. Ut igitur hec tradicio in poſterum maneat inconceſſa, preſentem paginam ſigilli noſtri appenſione munitam ipſis dedi ad teſtimonium, & cautelam, teſtibus, qui aderant ſubnotatis, qui ſunt: *Chunradus Comes de Wazzerburch, Theodericus Abbas de Alderſpach, Timo, & Ulricus Sacerdotes de Steinkirchen, Otto de Stiirpach, Wernhardus de Harbach, Wernhardus de Rotawe, Ulricus Cellerarius, Chalochus Marſcalcus*, & alii quam plures.

Num. XXXV. Teſtamentum. Anno 1231.

Preſenti ſcripto confitemur univerſis, quod nos *Heinricus, & Otto fratres de Morſpach filii domini Ottonis*, cum a dominis de Thannberch captivati fuiſſemus, Deum habentes pre oculis, tale

fecimus teſtamentum. Predium noſtrum in Wilhalmingen, quod nos attingit, excluſa tercia parte fratris noſtri Wernhardi Clerici cum molendino & ſilva, ac manſum, quod volgariter dicitur das Zerſtet, contradimus fratribus in Richerſperg, tali interpoſito laudamento, quod, ſi Deus liberaverit nos a vinculis, quibus tunc temporis innodati fuimus, iam dicta tradicio redeat in uſus noſtros, & iam dictis fratribus reditus ad dimidium talentum annuatim perſolvemus; poſt mortem vero noſtram integraliter cedet Eccleſie. Preterea omnem advocaciam dimiſimus memoratis fratribus liberam, videlicet bey der Ahe, unum apud Apgot, duos Dazederſtete, preterea advocatiam prediorum, videlicet in Wilhalmingen, & Anderſtet, liberam ab omni vexacione predictis fratribus dimiſimus. Inſuper quicquid habemus vadimonii ab Epiſcopatu, quod dicitur Satzunge, dimidietatem dimiſimus liberam, reliquam vero partem tradimus uxoribus noſtris, & quicquid habemus prediorum hic, & in Auſtria ſimiliter cedet uxoribus noſtris. Preterea fratribus in Suben tradidimus dimidium manſum an der Oede cum advocacia & hominibus, & advocaciam alterius manſi in eodem loco eisdem fratribus dimiſimus liberam. Preterea fratribus in Vornpach advocaciam duorum manſorum in Dureshoven dimiſimus liberam. Ut autem hec tradicio firma ſit, & ne poſſit in poſterum revocari, preſens ſcriptum Sigilli noſtri appenſione fecimus roborari. T. ſ. Wernhardus de Pach Sacerdos, & Waltherus Dyaconus, Canonicus Eccleſie Richerſperg. qui eidem tradicioni interfuerunt, & frater Wernhardus de Suben, qui eciam interfuit. Teſtes: *Hainricus de Chunratsdorf, Chunradus de Chunenperge, Leo de Lebingen milites, item Retherus, Fridericus de Glaſingen, Ulricus de Azelingſperge, Orthwinus de Guntherſperge, Engelperge de Vhenperge, Fridericus de Tuendorf, Fridericus de Apheſpach, Ulricus de Holdelingen, Rudgerus,*

item

item dominus Pilgrimus, & filius ſuus de Tannenberge, in cuius domo hec tradicio celebrata eſt anno Domini MCCXXXI.

Num. XXXVI. De Advocatia Monaſt. Reicherſp. Anno 1231.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, Eberhardus Dei gracia Salzpurgenſis Archiepiſcopus A. S. L. in perpetuum. Cum tranſcurſus temporum a memoria hominum cognicionem Actorum in pernicioſa future poſteritatis diſpendia plerumque expellat, oblivionis malo iſtiusmodi ſollers antiquorum prudencia ſcripturarum remedium adinvenit, ut quociens de veritate geſtorum ab aliquo dubitatur, ſcripta ſuper hiis confecta ſimplicitatem veri edoceant, que neſcitur, ſicque fiunt noticie poſterorum recencia multa geſta, que alias eciam a recordacionis prioris etatis fortaſſe deleſſet vetuſtas. Hoc edocti preſenti ſcripto notum facimus univerſis, quod cum olim nobilis vir Wernherus de Reicherſperge in eodem loco in honore beati Michaelis fundaverit Monaſterium, Conventum Canonicorum Regularium inibi ordinando, proprietatem eiusdem fundi Eccleſie Salzpurgenſi contulit ſub hoc modo, ut Advocatus Granariorum eiusdem Salzpurgenſis Eccleſie, qui Chaſtenvogt volgariter nuncupatur, ſine omni emolumento advocaciam predicti Monaſterii tenendo defenſor ei exiſteret diligens & devotus, non expectato tamen defenſionis huiusmodi racione aliquo commodo temporali inhibito eciam ipſi & precluſo, ne advocaciam eandem poſſet alii cuipiam infeudare, cuius veritas patet ex donacionis autenticis Inſtrumentis, que poſtmodum per Privilegia felicis recordacionis reverendorum Patrum Chunradi, Eberhardi, Alberti Salzpurgenſis Archiepiſcoporum anteceſſorum noſtrorum confirmata ſunt, quemadmodum in eorum ſcripturis autenticis reperitur. Verum, quia Salzpurgenſis Eccleſia noſtris temporibus talem habere deſierit Advocatum, & ita advocacia iam

dicta, & defenſio immediate pertineat ad Eccleſiam Salzpurgenſem; quia tamen *Ludwicus nobilis de Hagenowe* advocaciam ipſam iniuſte & temere in noſtram, & predicti Monaſterii iniuriam vendicans, litem movebat tam nobis, quam dicte Richerſpergenſi Eccleſie ſuper illa; nos, etſi contra dictum Nobilem potuiſſemus in iudicio ex certo iuris noſtri beneficio optinere, vexacionem tamen, que ex litium fit diſpendio, partis redemimus utriusque, nam LXX. libras Ratisp. dicto Nobili dedimus, ut cederet ipſi liti, at idem *Ludwicus Nobilis de Hagenowe* coram curia noſtra, videlicet venerabili fratre noſtro Rudgero Chyemenſi Epiſcopo, & dilectis fratribus Friderico Berthersgadmenſi, Magiſtro Marquardo Oetingiarienſi, Magiſtro Heinrico de Grätze Solienſi Prepoſitis, *Gerhoho de Perchaim*, *Ekchardo de Tanne*, *Liebhardo de Tegerwanch*, *Gerhoho de Salzpurch Marſchalco Miniſterialibus noſtris*, ac coram dilecto amico noſtro *Domino Ludwico Comite Palatino Reni Duce Bawarie illuſtri*, ac eius curia, ſive *Ottone Comite de Grunenberch*, *Perngero Comite de Lewnperg*, *Wernhardo de Uttendorff*, *Chunrado de Gern*, *Hoholdo de Wolmutſcha Nobilibus*, *Perhtoldo de Od Pincerna*, *Heinrico de Kore*, & aliis pluribus, qui in obſidione Caſtri Werde apud Liuwenprukk iuxta Eccleſiam in horreo tractatui fuere preſentes, eidem liti renunciavit omnino, & advocaciam iam dicte Richerſpergenſis Eccleſie in manibus noſtris reſignavit. Cum igitur Richerſpergenſe Capitulum, ſicut & alie Eccleſie noſtre terre ex iniuſte proprietatis abuſu per advocatos ſuos conqueratur, frequenter ſe graves iniurias, & dampna grandia ſuſtinere, nos pro libertate Eccleſiarum pacifica & quieta pronam, immo & ſollicitam intentionem gerentes, de Capituli & Miniſterialium noſtrorum conſenſu advocaciam ipſam, prout eſt, absque emolumento proprietati noſtre decrevimus reſervandam, ac ſic manibus noſtris ſuper altare beati Rudberti Patroni noſtri coram poſitis, advocaciam eandem affiximus Eccleſie, proprietatem nobis

noſtris-

noſtrisque Succeſſoribus adimentes alienandi eam ab Eccleſia, ſeu alicui infeudandi, volumus enim predictam Richerſpergenſem Eccleſiam defendere per nos ipſos. Ne autem hec vel a nobis, vel a Succeſſoribus noſtris inpoſterum infringi valeant, ſeu quomodolibet immutari, preſens Inſtrumentum ſuper hiis confectum, quo omnis preſumpcionis temeritas, & quod ſuper hoc oriri poſſit dubium elidantur, Sigillo noſtro mandavimus inſigniri. Teſtes ſunt Chuno Decanus, totumque Capitulum Salzburgenſe &c. *Liebhardus de Tegernwach*, *Rudgerus de Perchaim*, *Gerhohus Marſcalcus*, *Ulricus de Wiſpach*, *Rugerus de Salvelden*, *Heinricus de Ucelingen*, *Heinricus filius ſuus*, *Chunradus Teiſinger Iudex*, *Heinricus Vicedominus*, *Ulricus Mornarius*, *Meinhardus in Porta*, *Chunradus Mornarius*, *Siboto Plœllo*, *& Chunradus filius eius*, & alii quam plures. Acta ſunt hec ab Incarnacione Domini MCCXXXI. Indiccione IIII. Datum per manum Magiſtri Heinrici III. nonas Auguſti.

Num. XXXVII. Privilegium pro Parochiis Pramperg, & Edliz. Anno 1233.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Eberhardus Dei gracia Salzpurgens. Apoſt. Sedis legatus in perpetuum. Cum plantatores, ac fautores Religioſorum a Domino remunerari non dubitemus, ad eorum plantacionem eo copioſius intendimus, quo denarii diurni bravium fiducialius exoptamus. Cum igitur in dando facilis fuerit caritas, facilior eſſe debet in concedendo, quia minus eſt ſancta largitas; nam cum pridem a ſancte memorie venerabili Eberhardo predeceſſore noſtro, Eccleſie Parrochiales in Pramperch, & in Edliz in ſubſidium Domino famulancium fratrum in Richerſperge pleno fuerint iure collate, quia tamen hactenus cum perſona ad easdem Eccleſias fuerat inſtituenda, nobis preſentari conſuevit, & ob hoc aliqua provenire in futurum poterant impedimenta, maturiori conſilio providere volentes Eccleſie prelibate,

libate, ſtatuimus, & concedimus in perpetuum, ut cum perſona ibidem fuerit ſecundum arbitrium Prepoſiti, qui pro tempore fuerit, inſtituenda, liberam habeat poteſtatem, unum de Concanonicis ſuis, quemcunque voluerit, ibidem inſtituendi, noſtra & ſucceſſorum noſtrorum ſuper hoc inveſtitura minime requiſita. Quia vero ius Archidiaconi in nullo volumus deminutum, precipimus, ut in eis, in quibus alie Parrochie ad ſuum ſpectant officium, in iſtis ſimiliter gaudeat pleno iure, eo dumtaxat excepto, quod in preſentacione ſacerdotis ſua preſencia nullo modo requiratur. Ut autem hec noſtre benignitatis collacio rata perpetuis temporibus perſeveret, conſcribi, & ſigilli noſtri appenſione iuſſimus communiri. Data Saltzburge anno Incarnacionis Domini MCCXXXIII. Indictione VI. VIII. Kal. May.

Num. XXXVIII. Super prædio in Grueb. Anno 1233.

In nomine Domini Amen. Ego *Karolus de Gutrat Salzpurgens. Eccleſie Miniſterialis, vel Vaſallus* confiteor, & preſenti ſcripto ſigillo meo ſignato proteſtor, quod Domina *Tuta de Zebingen* proſocrus mea predia quedam in villa, que dicitur ſuperius Grube ſita, que ipſa iure hereditatis, & proprietatis a ſuis ſibi avis & proavis derelictum libere, utpote liberum predium diebus ſuis tenuit & poſſedit, per manum meam, & uxoris mee *Margarete*, que prefate Tute ex filio neptis extat, queque eidem Tute in predictis prediis cum meis & ſuis parvulis hereditatis iure fuerat ſucceſſura, in manus Domini Ulrici Richerſpergenſis Prepoſiti, ſuorumque confratrum, videlicet Hertwici, Chunonis ſacerdotum, ſuper altare beati Michaelis Archangeli Patroni Richerſpergens. Cenobii in ius & proprietatem eiusdem loci perpetuo delegandum tradidit univerſa, uno beneficio dumtaxat excepto, quod quidam nomine Rapoto in feudum retinet ab eadem, que quia propriis non poſ-

ſunt

ſunt nominibus, aliis utcumque indiciis exprimuntur: Ulricus Colonus avunculus, Heinricus Friderici Alberti tenet locatum ſibi beneficium, & dimidiam unicam unam inſtructam agris & curtili, Heinricus fratruelis eiusdem beneficii dimidium, Sigehardus dimidium beneficii, Gotfridus vineam, Heinr. vineam, ambe inſtructe ut prima, iuger agri ſolvens VI. dn. quod habet Chunrat & Mater ſua. Tradidit autem ſepedictum predium prefato Richerſpergenſi Cenobio vendicionis titulo pro L. talentis Wiennenſis monete, veruntamen non tam pro pecunia, quam inde recepit, quam pro ſua ſuorumque progenitorum remedio animarum, cum pro eisdem prediis pecuniam habere poterant ampliorem; transferens namque illud in Richerſpergenſe Cenobium predictum cum omni integritate & libertate, qua ipſa & progenitores ſui idem per centum annos & amplius pacifice poſſederant & quiete, ſiquidem memoratum predium ab omni exactione, quocunque nomine cenſeatur, omni tempore preterito abſolverunt; nec habet, nec umquam habuit Advocatum, ſed eſt ut volgariter dici ſolet, liberum predium a liberis manibus derivatum, non habens Salmanum, non Domini Ducis, nec alicuius alterius iuri eſt addictum, vel aliqualiter obligatum. Ut autem forma & conſuetudo, que in huiusmodi contractibus & tradicionibus ſolet obſervari, penitus ſervaretur, memoratus Richerſpergenſis Prepoſitus denarios, qui volgariter dicuntur Salpfening, quibus debuit, diſtribuit manu ſua ſcilicet uxori mee pregnate, pro ſe, & quam in ventre portabat ſobole, dimidium talentum duobus aliis parvulis cuilibet, vel utrique LX. dn. Acta ſunt hec omnia in Caſtro meo Senftenberch anno Domini MCCXXXIII. pridie idus Februarii indictione ſexta, multis preſentibus, qui huius rei teſtes ſunt tracti per aurem, quorum hec ſunt nomina: *Chunradus Salzpurgens. Canonicus cognomine Purgravius, Mag. Iohannes Plebanus de Oedeſpach, Hirſa ſacerdos de Zebingen, Heidenricus de Stifen, Chunradus de Chalheſperg, Fridericus*

de Elſœrn, *Albero de Wolfſtaine milites*, *Ulricus de Yhſe*, *Albero de Olſinnhoven*, *Herbordus de Zebingen affinis eiusdem*, & alii plures.

Num. XXXIX. Donatio. Anno 1234.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis. *Chunradus* Dei gracia *Comes de Wazzerberch* in perpetuum. Quia frequenter ab humana labitur memoria, quod ad promerendam eternam vitam cuiusque fidelium pia ordinaverit induſtria, & quia hec preſens brevis vita brevitati ſemper eſt amica, idcirco ne factum noſtrum flucſibilitate temporum labi poſſit in futurum, preſenti ſcripto nocioni omnium fidelium decrevimus relinquendum, quod nos ob remedium anime noſtre, nec non conſortis thori noſtri *Chunigundis* contradimus ob reverenciam Domini noſtri IEſu Chriſti, & ſancti Michaelis in Reicherſperge curtem Ahaim ad ſupplementum prebende fratrum, & ſororum ibidem Deo ſerviencium poſt obitum noſtrum, uxorisque noſtre, ſi ſine heredibus decedere nos contingat; ita ut ſingulis annis anniverſarium noſtrum tam oracionibus, quam vigiliis celebretur. Si vero predicta Chunigundis uxor noſtra nobis decedente ſupervixerit, & virum alterum non duxerit, eedem poſſeſſiones, quoadusque vixerit, ad uſus ſuos libere cedant abſolute. Virum ſiquidem alterum ſi duxerit, tradicionem noſtram predicto clauſtro factam in continenti ratam eſſe volumus, & perpetuam. Et ne ipſum factum noſtrum aliquo modo commutari poſſit, vel infringi, preſentem paginam cum ſubſcriptione teſtium ſigilli noſtri impreſſione fecimus roborari. Et ad confirmandam huius rei veritatem hy teſtes attracti ſubnotati ſunt: Dominus Hainricus Abbas de Rote, Dominus Ulricus Abbas de Atile, Dominus Hainricus Scriba de Atile, *Dominus Hainricus de Liirtlingen*, *Dominus Otto de Sundermaringen*, *Dominus Ortolfus*, & *Dominus Gerungus*, & *Hainricus de Laymingen*, *Dominus Siboto*, & *Dominus Gebhardus de Schanſtet*, *Dominus Meingotus de Raute*, *Dominus*

minus Hermannus de Karnyngen, *Plancho Marſchalcus*, *Hainricus Scriba Comitis*. Anno Incarnacionis Domini MCCXXXIIII. datum eſt hoc privilegium apud Wazzerberch, ſub die vero decimo Kalend. Marcy.

Num. XL. Super Advocatia in Echolſingen. c. An. 1236.

Ego *Hugo de Sygenhaim* preſenti ſcripto confiteor univerſis, quod inter Richerſpergenſes, & me ſuper Advocacia Eholvingen, in qua occaſione mei ipſi dampna gravia perceperunt, in preſencia dominorum meorum, & multa familia ipſius talis compoſicio eſt facta. Advocaciam in Eholvingen, *quam Rapotoni de Ezzenbach* ſive debite, ut mihi viſum fuit, ſive indebite, ut dicti Richerſpergenſes aſſerunt, obligavi, liberam ab omni exactione & uſu perceptione modica vel magna omnino dimittam, donec eam pro XXIIII. libris Pataviens. monete apud prefatum Rapotonem abſolvam, vel aput Richerſpergenſes, ſi forte ipſi aput ſepedictum R. memoratam advocaciam abſolverint quoquomodo. Poſtquam autem ſepefatam Advocaciam aput R. vel ipſos Richerſpergenſes abſolvero, predicta compoſicio noſtra in eadem Advocatia ius meum non minuet nec augebit, ſed ſine preiudicio utriusque partis erit, quod pro bono pacis inter nos eſt actum, quod ſuo tempore iudicantis iuſticia declarabit, & negocio ita pendente memorati Richerſpergenſes apud aliquem ſpiritualem vel ſecularem iudicem querimoniam non movebunt. Preterea *Richkerum de Rotawe*, *Chunradum de Stainchirchen* poſui fideiuſſores Richerſpergenſibus antedictis, ne contra ea, que preſcripta ſunt, aliquando veniam, qui tam ipſi, quam ego in manus Domini mei *Comitis Heinrici Senioris*, & in manus Domini Prepoſiti Richerſpergens. porreximus dexteras noſtras, quod hec omnia rata erunt, hoc interpoſito moderamine, quod ſi ego, quod abſit, laudum meum in aliquo violarem, dicti Richerſp. equiſiti infra dies quatuordecim plene ſatisfacient de illatis. Ne

autem poteſtas alterutra proceſſum iſtum inficiari valeat, preſens ſcriptum ſuper hiis omnibus confici poſtulavi, cuius par Richerſpergenſes retinebunt, & utraque pagina erit ſigillo Domini mei *Comitis Heinrici de Ortenberch Senioris*, & ſigillo ipſorum Richerſpergenſium confirmata. H. r. t. ſ. *Comes de Ortenberch Senior & Iunior*, quibus procurantibus compoſicio hec facta eſt, *Vergandus de Runtingen*, Gregorius Prepoſitus de Suben, Capellanus ſuus Heinricus Snainer, *Richkerus de Rotawe*, *Chunradus de Stainchirchen Notarius Comitis*, & alii quam plures. Ceteris de dampnis, que ego & frater meus *Werenhardus* eis intulimus, ad arbitrium Domini mei Comitis ſatisfacere teneor, ipſe namque eſt ab utraque parte arbiter conſtitutus.

Num. XLI. Pro libertate Mutæ in Auſtria. An. 1236.

Fridericus Dei gracia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Iheruſalem, & Sicilie Rex. Accedentes ad preſenciam noſtram honorabiles, Chuno Prepoſitus, & Conventus de Richerſperge fideles noſtri obtulerunt culmini noſtri quoddam ſcriptum patens, indultum eis a quondam Leupoldo Duce Auſtrie, & Styrie felicis memorie, ſupplicantes humiliter maieſtati noſtre, ut divine pietatis intuitu paupertati dicti Monaſterii miſericorditer conſolentes, idem ſcriptum renovare, & confirmare de pietatis noſtre gracia dignaremur. Cuius tenor per omnia talis erat: In nomine ſancte, & individue Trinitatis. Luipoldus Dei gracia Dux Auſtrie, ac Styrie univerſis Chriſti fidelibus ſalutem in perpetuum &c. ut ſupra. Nos itaque pietate moti, qua omnium locorum venerabilium, & religioſarum perſonarum iuſtis peticionibus favorabiliter inclinamur, dictorum Prepoſiti, & Conventus ſupplicacionibus annuentes idem ſcriptum indultum eis per eundem Luipoldum Ducem felicis recordacionis, de plenitudine imperialis pietatis renovamus, & ſalubriter confirmamus, mandantes, & pre-

preſentis ſcripti auctoritate precipientes, quatenus nullus ſit, qui contra preſentis renovacionis, & confirmacionis noſtre paginam venire preſumat, quod qui preſumpſerit, indignacionem noſtram ſe noverit incurſurum. Ad huius itaque renovacionis, & confirmacionis noſtre memoriam, & robur perpetuo valiturum preſens privilegium fieri, & ſigillo noſtre celſitudinis fecimus roborari. H. r. t. ſ. venerabilis N. Patriarcha Aquilegiens. Sifridus Maguntinus, Chunradus Treverenſis, & Eberhardus Salzburgenſis Archiepiſcopi, *E. Bahenberg. S. Ratispon. Imperialis* Aule Cancellarii Epiſcopi, *O. Dux Baw. Comes Pal. Reni*, *Wernhardus Dux Carinth. H. Lantgrav. Turing. Gotfridus de Hohenloch*, *Chunradus Purgrav. de Nurenberch*, & alii quam plures. Acta ſunt hec anno Dominice Incar. MCCXXXVI. menſe Marcy X. Indiccionis, imperante Domino noſtro Friderico II. Dei gracia invictiſs. Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Ierus. & Sicil. Rege, imperii eius anno XVII. regni Ierus. XII. regni vero Sicil. XXXVIII. feliciter Amen. Dat. Wienne anno, menſe, indiccione preſcriptis.

Num. XLII. Donatio Huebæ in Viehhauſen.

Univerſis volumus eſſe notum, quod ego *Hainricus* Dei gracia *Comes de Ortenberch* hubam unam, quam unicam, & ſolam habui in villa, que dicitur in Vihuſen, apud cenobium beati Michaelis in Reicherſperge in ripa Ini fluminis ſitam, in manus Domini Chunonis eiusdem loci Prepoſiti tradidi pleno iure ſuper altare beati Michaelis vice noſtra in ſubſidium *fratrum*, *& ſororum* ibidem Deo famulancium delegandam, nihil inibi iuris, ſive advocacie, ſive alterius rei cuiuslibet in eadem huba retinendo; ſed hoc ſolum cupiens adipiſci, ut pro temporalibus capiam ſempiterna, & ipſorum congregacionis interventu aput Altiſſimum veniam merear de peccatis, & ut querela ipſorum fratrum, quam contra me habebant pro eo, quod eos leſeram in plantacione caſtri, quod dicebatur

Autenperg, ut ipſi aſſerunt, cum tamen huius rei non ſim mihi conſcius, aput Deum, & homines de cetero conquieſcat. Hainricus quoque filius meus eandem tradicionem in manus prefati Prepoſiti Richerſper. fecit, & eandem pro remedio animarum noſtrorum parentum bona ſua voluntate pacificavit. Facta eſt hec noſtra tradicio aput Vilshoven in Eccleſia Parrochiali anno Domini MCCXXXVI. Indiccione VIIII. XIIII. Kalend. Iuny in preſencia multorum, qui & huius donacionis teſtes ſunt, quorum hec ſunt nomina: Anshelmus Abbas de Alderſpach, Gregorius Prepos. de Suben, & Perhtoldus Capellanus ſuus. Hainricus quondam Prepos. de Oſterhoven, nunc autem frater Ordinis Predicatorum, & Reinhardus confrater ſuus, *Wergandus de Riintingen*, *Hainricus de Pawmgarten*, *Wernhardus*, *& Richerus fratres de Rotawe*, *Reinboto*, *& Gozwinus Notarii Comitis*, *Wernherus Pincerna de Ancenchirchen*, *Chonradus de Pyrpach*, Hainricus Plebanus de Vilshoven, & alii quam plures.

Num. XLIII. Donatio Ancillarum. Anno 1239.

Chunradus Dei gracia Comes de Wazzerburch omnibus Chriſti fidelibus, preſentem paginam inſpecturis in perpetuum. Quando pium eſt, & Deo acceptum loca religioſa promovere, & eis elemoſinas largiri, univerſitati veſtre facimus notum, quod pro remedio anime noſtre & anteceſſorum noſtrorum, & ad peticionem Dietrici Prepoſiti in domo ſancti Zenonis Hallis quondam Celerarii Richerſpergenſis contulimus Eccleſie Richerſpergenſi, & libere dedimus duas mulieres, ſcilicet Chunigundem, & Alheidem filias molendinarii in Wezbach, cum pueris ſuis habitis & habituris manumittendo eas, & totam generacionem earundem. Ut autem hec noſtra donacio, & collacionis beneficium firmum & ſtabile permaneat, & inconvulſum, & perpetuum robur obtineat in poſterum,

rum, preſentem paginam ſigillo noſtre poteſtatis fecimus roborari. Data Hallis anno Domini MCCXXXVIIII. III. nonas Iulii.

Num. XLIV. Pro libertate Mutæ in Auſtria. An. 1240.

In nomine ſancte & individ. Trinitatis Amen. Fridericus Dei gracia Dux Auſtrie & Styrie, & Dominus Carniole, omnibus hanc literam inſpecturis ſalutem. Cum promocioni & libertati Eccleſie omni diligencia, qua poſſumus, pro aſſequendo merito divine retribucionis intendere debeamus, ſub aſſercione preſentis litere Eccleſie in Reicherſperge duraturam in perpetuum hanc indulſimus libertatem, ut absque omni exactione vectigalium, & pedagiorum victualia ſua libere faciant deportari. Ita quoque occaſione illorum aut pretextu a Mutariis & Thelonearіis noſtris nichil penitus exigatur. Ut autem hec liberalitatis donacio a nullo ſucceſſorum noſtrorum valeat immutari, ſed ſemper maneat pocius inconvulſa, preſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione & teſtium annotacione iuſſimus roborari. Teſtes autem hii ſunt: *Comes Heinricus de Ortenberch*, *Comes Chunradus de Hardekke*, *Heinricus nobilis de Schowenberch*, *Chadoldus Dapifer de Velſperch*, *Heinricus de Sevelde*, *Heinr. de Prunne*, *Chunr. & Udalr. de Hinperch*, *Otto de Perhtoltsdorf*, *Otto de Haſelowe*, *Oſſo de Puten*, *Ditmarus de Lichtenſteine*, *Heinr. de Liechtenſteine*, *Albero de Churinge*, *Hadmarus & Rapoto fratres de Valkenperch*, & alii quam plures. Actum in Trewenſe anno ab Incarnacione Domini MCCXL. XIIII. Indictione, III. idus Octobris, datum per manum Magiſtri Leupoldi Plebani Wienenſis &c.

Num. XLV. Iura Advocatorum Reicherſp. Anno 1240.

Preſenti ſcripto pateat univerſis, quod nos *Ortolfus*, *Heinricus*, & *Alkerus* fratres de Waldekk pro dampnis & gravaminibus, que nos, & homines noſtri dumtaxat Reicherſpergenſibus intulimus, pro dampnis eisdem ſatisfecimus in hunc modum. Advocacias,

cias, quas dominus *Meingotus de Einberch* patruelis noſter in poſſeſſionibus dictorum Reicherſpergenſium cum lite tenebat, remiſimus univerſas, & fratres noſtros *Leutoldum & Meingotum*, qui eciam in eisdem advocaciis ius habere videbantur, induximus prece noſtra, quod & ipſi integraliter remiſerunt. Sunt autem iſta: Purchartinge duos manſus, Mukkenwinchl duos, Elhenpach duos, remiſimus quoque advocaciam curie, que dicitur Puchberge. In aliis autem advocaciis, ſi quas ad preſens habemus, vel in futurum habituri ſumus, generalem de Advocatorum iure conſtitutionem domini Friderici Imperatoris preſentis, quam fecit, & adhuc faciet, promiſimus ipſis inviolabiliter obſervare. Item recognovimus eis ius ipſorum a Regibus & Imperatoribus eis conceſſum, & eorundem privilegiis confirmatum, quod tale eſt: Nos vel quicumque Iudex pro tempore fuerit, in monte ipſorum, ubi clauſtrum ſitum eſt, a ponte maiori, & infra exercere placita non debemus. Familiam quoque ipſorum, que in cottidiano eorum ſervitio eſt, non licebit nobis de cauſa aliqua iudicare, nec ad placita noſtra ubicumque habuerimus advocare, niſi forte aliquis ordine iudiciario de latrocinio, vel furto, vel aliquo alio crimine, quod morte plectendum eſt, convictus fuerit. Illum, ſi extra ſepta montis comprehenderimus, poterimus licite condempnare, ipſius tamen res, ſi quas habet, nobis tangere non licebit. In monte autem quantumcunque reum non debemus captivare, vel aliquomodo manus immittere violentas, ſed ipſi tenentur tales, cum eis ſignificaverimus, removere. Promiſimus autem, ut ſi aliquis colonus ipſorum, vel alius de familia Eccleſie ubicumque in bonis Eccleſie habeat manſionem, alibi quam in monte convictus legitime fuerit de crimine, quod morte plectendum eſt, circa bona eiusdem mobilia, & immobilia, generale ius terre, & patrie conſuetudinem eis integraliter conſervemus. Super hec omnia memorate Eccleſie Reicherſpergenſi

dedi-

dedimus predia noſtra libere, & abſolute ad viginti ſolidos, nihil iuris nobis vel advocatie, vel alterius rei in eisdem prediis reſervantes. Promiſimus quoque, quod & nos ab omni futura leſione, iniuria, gravaminibus, & indebita uſurpacione tam advocaciarum, quam aliarum rerum omnino abſtineamus, tam facto, quam conſenſu, & homines noſtros, & omnes nobis adherentes, vel inpoſterum adheſuros ſimiliter & efficaciter conpeſcamus. Fuit autem iſta conpoſitio nunciata mediante, & promovente domino noſtro *Rugero* Patav. Epiſcopo in preſencia multorum, quos huius rei rogavimus eſſe Teſtes, quorum hec ſunt nomina: *Magiſter Albertus Bohemus, Meingotus frater noſter Patavienſes Canonici, & Archidiaconi, Alramus nobilis de Hals, Otto de Poſchmunſter, Walcherus, Pilgrimus fratres de Tannenberch, Syboto de Lonſtorf, Fridericus de Paſching, Engelſchalcus Iudex Pataviens. Conradus antiquus Iudex*, & alii quam plures. Poſtmodum vero hec ipſa eadem complanacio fuit taliter confirmata. Nos predicti fratres *Ortolfus, Heinricus, Alkerus* in manus domini Gregorii Subnenſis Prepoſiti porreximus dextras noſtras, & fidem datam confirmavimus preſtito iuramento. Et ſi quisquam de familia noſtra laudum noſtrum auſus fuerit violare, dampna dictis Reicherſpergenſibus inferendo, nos ſuper hoc requiſiti ipſis tenemur ſatisfacere infra menſem. H. r. t. ſ. prefatus dominus Gregorius Subnenſis Prepoſitus, *Heinricus de Swain Capellanus ſuus, Dietricus Celerarius Reicherſpergenſis, Chunradus de Valchenſtain, Chunradus de Pewrbach, Chunradus de Rambach, Hertwicus de Angeſies, & Alhardus*, & alii quam plures. Ad maiorem quoque certitudinem preſens ſcriptum Sigillis noſtris fecimus communiri.

Num. XLVI. Pro libertate Mutæ Patavienſ. An. 1241.

Rugerus Dei gracia Patavienſis Epiſcopus omnibus Chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis ſalutem in Domino.

Cum ex cura paſtorali, & ex officio nobis iniuncto, ad quod nullis noſtris meritis, ſed ex ſola Dei miſeracione vocati ſumus, res Eccleſiarum defendere debeamus in quantum poſſumus, & augere, per preſens ſcriptum notum facimus univerſis, quod nos iuſtis peticionibus fratrum in Richerſperg annuentes, ipſis in Muta ſuperiori, quam ex donacione Domini noſtri Imperatoris pacifice poſſidemus, omnium victualium, que ad ipſos pertinere dinoſcuntur, ſine exaccione qualibet liberum tranſitum indulgemus, prohibentes diſtriccius, & mandantes, ne aliquis officialium noſtrorum, qui a nobis, vel eciam a noſtris ſucceſſoribus in ipſa muta colligenda pro tempore fuerint conſtituti, aliquod vectigal ab ipſis de cetero exigat, vel requirat. Et ut preſens noſtrum ſcriptum, & hec largicio robur in perpetuum obtineat firmitatis, preſentem paginam noſtri Sigilli munimine fecimus roborari. Huius donacionis Teſtes ſunt: *Gregorius Prepoſitus de Suben, & Capellanus eius Heinricus Schito, Meingotus de Waldckk, Ulricus de Maminigen Archidiaconi, Mag. Iohannes Canon. Patav. Gebolfus Notarius, Hainricus Haiſperger, Albertus Uze, Eberhardus Decanus in Gaiſchirchen, Hainricus de Aigeling, Otto de Poſchmunſter, Hainricus de Morſpach, Hainricus de Merswanch, Hainricus de Harthaim, Wernhardus de Miworgen, Hugo, & Leutoldus de Sauerſteten, Wernherus de Haichenpach*, & alii quam plures. Datum in Richerſperg in infirmaria fratrum anno Domini MCCXLI° decima Kal. Februarii, Indict. XIIII. Pontif. noſtri anno octavo.

Num. XLVII. Confirmatio. Anno 1249.

Nos Philippus Dei gracia electus Eccleſie Salzpurgenſis Apoſt. Sedis legatus, hoc ſcripto notum facimus tam preſentibus, quam futuris, nos litteras Predeceſſoris noſtri clare memorie Eberhardi Archiepiſcopi Salzpurgenſis perſpexiſſe per omnia in hec verba: In nomine ſancte & individue Trinitatis, Eberhardus Dei

gratia

gratia Salzpurgenſis Archiepiſcopus A. S. L. in perpetuum. Cum tranſcurſus temporum a memoria hominum &c. ut ſupra. Cum igitur ex debito officii paſtoralis libertatibus, & honoribus Eccleſiarum inſiſtere teneamur, nos attendentes pium affectum, quem idem predeceſſor noſter geſſit, prefate Eccleſie in Reicherſperg in negocio ſupradicto ſingula, que per eum facta ſunt laudabiliter, hac in parte rata habentes per omnia, de conſenſu noſtri Capituli & Miniſterialium noſtrorum preſenti pagina confirmamus. Et in huius noſtre confirmacionis, & ratihabicionis evidens teſtimonium ipſi Eccleſie hanc dedimus literam, Sigilli noſtri munimine inſignitam. Eciam h. r. t. ſ. *Otto Prepoſitus, & Archidiaconus Salzpurg.* Wolramus Decanus, totumque Capitulum eiusdem loci, videlicet *Gregorius, Heinricus de Ranshoven, Hermannus de Iuſtingen, Henricus de Megelingen Presbyteri, Luppoldus Diaconus, Ulricus, Fridericus, Heidenricus Subdiaconus, Richerus Abbas S. Petri in Salzpurch, Waltherus Abbas in Raitenhasla, Chunradus Comes de Wazzerburch, Ulricus de Chalhaim, Chunradus de Steinenchirchen, Chunr. de Goldeke, Miniſteriales noſtri, Thuringus de Schirgenberch, & Heinricus frater eius, Chunradus de Chrilbuch, Gotſchalcus Iudex, & Vicedominus, Tſengrinnus Giſinger, & Reimarus frater eius*, & alii quam plures. Datum in Salzpurch anno Domini MCCXLVIIII. Indiccione VII. V. Idus Ianuarii.

Num. XLVIII. Abrenuntiatio Waldeckiorum quarundam Advocatiarum. Anno 1258.

Nos Dei gracia *M. de Waldekke* tum Prepoſitus & Archidiaconus Pataviens. omnibus Chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis, ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. In univerſorum noticiam cupimus eſſe perſpici, quod *Otto, Heinricus, Ortolfus, fratrueles noſtri de Waldekke* conſenſerint ſuper omni donacione, ſive remiſſionibus Advocatiarum, & iuribus iudiciorum, ſe-

cundum quod expreſſum eſt in privilegio dato prius ſuper remiſſionibus, que genitores eorum *Ortolfus, & Heinricus fratres de Waldekke* in reſtitucionem gravaminum, que Reicherſpergenſi Eccleſie intulerant, fecerant hactenus de conſilio maturiori ob animarum remedium & ſalutem, hoc adiecto, quod dicti fratrueles noſtri in obitu Ortolfi fratris noſtri abrenunciarunt advocacie duorum prediorum in Anteſenhoven, nec non advocacie villicacionis in Puechperge, & eciam iuri, quod ſe de mancipiis, ſcilicet heredibus Aynwici & Rehwini de Münſtewr habere hactenus affirmabant. Promiſerunt etiam una nobiſcum, quod prefatam Eccleſiam in recompenſacionem dampnorum, quorum prius eſt habita mencio, velint ſemper pro viribus defendere, ac fovere ſatisfactione & reſtitucione, quantalibet pro eis facultas affuerit, nichilominus ſubſequente. Ne igitur ſuper huiusmodi litis occaſio, vel calumpniandi materia valeat in poſterum ſuboriri, preſentes noſtras literas ſigillo & teſtibus ſubſcriptis iam dicte Reicherſpergenſi Eccleſie dedimus in teſtimonium & cautelam. Teſtes ſunt hii M. tum Prepoſitus, *W. avunculus ipſius de Morſpach*, *Canonici Patavienſes*, *H. Prepoſitus Subnenſis*, *H. Capellanus ſuus de Strazhalchen*, *Leutoldus Plebanus de Tawfkirchen*, *Fridericus Decanus de Althaim*, *Wildo Plebanus de Zelle*, *Hugo de Sauerſteten*, *Algerus*, *Otho*, *filius Ortolfi*, *Ortolfus filius H. de Waldekke*, *O. de Ezzenbach*, *Ulr. Anteſenperger*, *Gerh. de Chalinge*, *& W. filius*, *Raſpo H. de Pewnte*, *M. iunior de Lawffenbach*, *Salomon Hunthoch*, *H. de Lawtterprunne*, *Priſingnus dictus*, *H. de Waldekk*, *Syboto Plebanus de Aſpach*, *& Leupoldus conſanguineus eius. Ulr. Plebanus de Gurtten*, *Hofmayr*, & alii quam plures, *Soldan filius Benedicte.* Anno Domini MCCLVIII. ſcriptum eſt Inſtrumentum iſtud in Richerſperge a Conrado Swentter temporibus Gundakari eiusdem Eccleſie Prepoſiti.

Num. XLIX. Reverſus Præpoſiti pro Anniverſariis. Anno 1262.

Geroldus miſeracione divina Prepoſitus Eccleſie in Richerſperg una cum Conventu eiusdem loci, omnibus preſentem literam inſpecturis oraciones in Domino Iheſu Chriſto. Ut ea, que ſub tempore geruntur, non ſimul cum temporibus, ut plerumque accidere ſolet, dilabantur, debemus illa, que perhennari cupimus, literarum muniminibus ſtabilire. Hinc pateat univerſis, quod Dominus *Hugo de Sauerſteten* miniſterialis Pataviens. Eccleſie quasdam poſſeſſiones Eccleſie noſtre tradidit & donavit, tali condicione, quod de cetero ſingulis Sabbatis diebus Miſſam de beata Virgine in Capella ipſius beate Virginis, & poſt obitum ſuum eandem Miſſam in Sabbato, & inſuper Miſſam Defunctorum qualibet ſecunda feria pro ſua, & ſuorum parentum ſalute ammodo celebremus. Preterea in anniverſario iam dicti Domini Hugonis, & fratribus & dominabus prebenda detur ſolita. Et inſuper pro ſpeciali conſolacione annis ſingulis pro vino ad coquinam pro huiusmodi neceſſariis de redditibus infra ſcriptis, qnos eidem dedit Eccleſie, dabitur a Prepoſito, qui tunc fuerit, una libra. Ad predicta igitur omnia facienda firmiterque tenenda, & nos, & ſucceſſores noſtros tenore preſencium obligamus. Poſſeſſiones autem, quos prefatus Dominus Hugo tradidit Reicherſpergenſi Eccleſie, iſte ſunt: in Wirting due dimidie Hube, item molendinum in Ach, navalis tranſitus in Ach, item predium in Ach, item duo feuda in Uriheim, item Huba in Aſpach. Inſuper Eccleſie noſtre tradidit has perſonas: Walbrunner Alheidem cornicem cum pueris ſuis. In cuius rei teſtimonium pro cautela preſentem paginam ſigillo venerabilis in Chriſto Patris Domini noſtri Ottonis Pataviens. Epiſcopi, & ſigillo Prepoſiti prelibati & Conventus, ac eciam Domini Hugonis ſupra memorati ſigillo placuit communire cum teſtibus ſubnotatis, qui

ſunt: *Purchardus Marchio de Burgawe Canonicus Eccleſie Pataviens. Dominus Hainricus de Merswanch, Heinricus de Aheim, & Heinricus filius eiusdem, Richkerus de Rotawe, Hainricus de Eigling, Fridericus de Sigenhaim, Ulricus de Anteſenperg, Grifo de Albrechzheim, Rudgerus Gaulo, Dom. Hiltprandus de Aſenhaim, Chunradus de Geinperg, Hainricus de Odenwiſen, Sikerus Leutoldus de Ailing, Eberhardus de Varnhtenpach, Chunradus de Mulheim, Chunradus de Drechſelheim, & Otto frater eius, Wernhardus de Talheim, Leutoldus de Talhaim, Chunradus de Zwiſelperch. Chunradus de Elreiching, Wernherus de Weinperge*, & alii quam plures, quorum nomina non ſunt ſcripta. Anno Dom. MCCLXII. nonis Kal. intrante Maio, Indict. quinta.

Num. L. Donatio Aquæ meatus. circa An. 1269.

Noverint univerſi preſentem paginam inſpecturi, quod nos *Heinricus, & Wernhardus* fratres *de Schawrberch* conceſſimus Eccleſie Richerſpergenſi aque meatum & tranſitum per pratum noſtrum ad S. Udalricum donacione noſtra libere & abſolute perpetuo poſſidendum. Ut autem hec noſtra donacio rata permaneat, & in concuſſa, preſentem paginam ſigilli noſtri robore conſignatam ſubnotatis teſtibus Eccleſie prefate dedimus ad cautelam, teſtes ſunt: *Dominus Dietmarus de Hugenberge, Dominus Ludwicus Schiver, Dominus Sibrandus, Dom. Chunr. de Fuert, Ulricus Schiver, Chunr. de Strachen, Leutoldus de Heimpach, Hugo de Weydervelde, Chunr. de Drachſelhaim*, &c.

Not. Confirm. an. 1397. per Ulricum Comitem de Schaumberg.

Num. LI. Immunitas a Theloneo Aſchacenſi. An. 1269.

Noverint univerſi, preſentem paginam inſpecturi, quod nos *Heinricus, & Wernhardus* fratres *de Schawnberch* confirmamus, & concedimus Eccleſie Reicherſpergenſi, ſicut huc usque ita, & in reliquum, liberum tranſitum navibus eorum in Muta noſtra Aſchach in deducendis, & adducendis ſurſum & deorſum victualibus ſuis:

ita

ita videlicet, ut penitus nihil ab eis requiratur, quociens ipſis inibi tranſire contigerit. Ut autem hec noſtra confirmatio ſeu donatio rata permaneat, & inconcuſſa, preſentem paginam ſigilli noſtri robore conſignatam ſubnotatis teſtibus Eccleſie prefate dedimus ad cautelam. Teſtes ſunt *Dominus Dietmarus de Hugenberg*, *Dominus Ludwicus dictus Schiffer*, *Dom. Sibrandus*, *Dom. Chunradus de Furt*, *Ulric. Schifer*, *Cunr. de Straken*, *Leutoldus de Heimbach*, *Hug. de Weidervelde*, *Chunr. de Drehfelheim*, *Wilhalmus de Gelſpaich*, *Egeno de Peſenpach*, *Volkolt*, *& filius eius Abramus*, *Baltherus de Aſchach*, & alii quam plures fide digni. Datum in Caſtro noſtro Schawnberch anno Domini MCCLXVIIII. in die ſancti Iacobi Apoſtoli.

Not. Confirm. an. 1363. per Ulric. & Heinr. fratres Comites de Schaumberg. an. 1375. per Heinricum Comitem. an. 1396. per Ulricum Comitem. an. 1423. per Comitem Iohannem &c.

Num. LII. Teloneum Neuburgenſe. circa An. 1270.

Ottokar. Dei gracia Bohemorum Rex, Dux Auſtrie & Styrie, ac Marchio Moravie, mutariis in Newnburch graciam ſuam & omne bonum. Cum Prepoſito & Conventui in Richerſperg graciam fecerimus ſpecialem in eo videlicet, quod victualia eorum tam per aquas, quam per terras per noſtrum diſtrictum Dominii tranſire debeant libere ſine muta, precipimus vobis firmiter & mandamus, quatenus dictis Prepoſito & Conventui debeatis iura ipſorum inviolabiliter conſervare, prout ipſorum privilegia exprimunt, & declarant, permittentes eisdem victualia ſua tam per aquas, quam per terras ſine mutarum requiſicionibus pertranſire. Datum in Znoym idus Iunii.

Num. LIII. Super Advocatiam, & collationem Eccleſiæ Kirchſchlagenſis. Anno. 1281.

Quoniam geſtis mortalium preſertim utilibus novercari ſolet oblivio, neceſſe eſt facta digna memoria roborari ſcripturarum,

rum, & teſtium munimine. Nos igitur *Lewtoldus*, *& Hainricus dicti de Chiinring* ſignificamus tenore preſencium univerſis, quod cum Eccleſia de Chirchslag, cuius defenſores ſumus, & legitimi Advocati, de qua a longe retractis temporibus Parrochiali Eccleſie de Pramperch de oblacionibus altaris duorum talentorum annuatim certa penſio ſolvebatur, per quasdam exacciones inſolitas & deformes eſſet ad alciorem, & eiusdem Eccleſie Vicariis intollerabilem penſionem annis ſingulis alterata, & ex eo multa ſequeretur indecencia, videlicet mutaciones continue Sacerdotum, plebis de ſolacio inportuna, materia ſcandalorum. Nos eiusdem Eccleſie comodis, & ſaluti proprie conſulere cupientes, cum venerabili Patre Walthero Prepoſito de Reicherſperg, ad quem huius mali correccio pertinebat, poſt aliquos inter nos litium anfractus convenimus in hunc modum. Quod idem Prepoſitus nomine ſuo & Conventus ſui aſſumpſit, prenotatam Eccleſiam Kchirichslag in perpetuos temporum ſucceſſus debere conferre ex nunc de noſtro conſilio, omnisque poſteritatis noſtre alicui perſone ydonee poſſidendam iure Paſtoris legitimi, & rectoris, tali cum condicione interpoſita, quod idem Sacerdos de noſtro conſilio per ipſum Prepoſitum, ſucceſſoresque ſuos conſtitutus, duo talenta ab antiquo ſoluta Prepoſito, Conventui, vel Eccleſie Prampergenſi annis ſingulis ſolvere teneatur, nec poſſit compelli, vel debeat ullo modo ad ampliorem de cetero penſionem, cuiusque rei, aut utilitatis pretextu, niſi forſan ex mera liberalitate aliquid facere voluerit, ſpontanea voluntate. Que ſi per predictos Prepoſitum, & Conventum Richerſpergenſem rite nen fuerint obſervata, cadent a iure ſuo ex preſentis obligacionis debito, & pacto nobis preſtite ſponſionis. Nos vero econtra propter futuras cavillationes, que poſſent oriri, omni iuri, queſtioni, accioni, que nobis competebant contra predictos Prepoſitum, & Conventum, ſive Plebanos, renunciamus ex nunc explicite, & expreſſe. Volumus

eciam,

eciam, & permittimus, ut defuncto ibidem Sacerdote nullus officialium de rebus ſuis, ſive mobilibus, ſive immobilibus ſe intromittat, ſed ad Eccleſiam Richerſpergenſem pertineant, vel quocumque ipſe res ſuas teſtatus fuerit ob anime ſue remedium, & ſalutem. Nobis vero promiſit antedictus Prepoſitus cum conventu, quod Sacerdos, quem in Chirichslag conſtituerit, progenitorum noſtrorum faciat memoriam in die ſancti Geory Martyris, & anniverſarium ſollempne ipſis debeat celebrare. Super omnibus itaque premiſſis per nos, preſentem literam noſtris ſigillis in perpetuam rei geſte memoriam fecimus communiri. Et predicti Prepoſitus, & conventus nobis e converſo literas ſub preſenti tenore dabunt ſuper factis paccionibus ſigillorum ſuorum munimine conſignatas. Teſtes huius rei ſunt, frater Sighardus venerabilis Abbas Montis ſancte Marie, frater Fridericus ibidem celerarius, Dominus Otto Plebanus in Pramperch, Dominus Seyfridus Plebanus in Edliz, item Dominus Sifridus de Richerſperg, *Pertholdus de Chrumpach*, *Chunradus de Syzendorf*, *Hermannus de Sturmberch*, *Fridericus Peuſchinch*, *Henricus Heilaher*, & alii quam plures. Datum in Chirichslag anno Domini MCCLXXXI. XI. Kalend. May.

Num. LIV. Quittatio ſolutæ decimæ. Anno 1283.

Quia preſentis etatis negocia conſumit oblivio, niſi fideli ſcripture teſtimonio roborentur, ego igitur R. Tumplebanus S. Pauli de Patavia, Collector decime a Legato ſedis Apoſtolice ſubſtitutus profiteor omnibus preſentem paginam inſpecturis, quod venerabilis Prepoſitus de Reicherſperg michi dando decimam de redditibus ſue Eccleſie, & omnibus computatis in die beati Iohannis Baptiſte XX. libras Pataviens. aſſignavit. In cuius rei teſtimonium, & certitudinem pleniorem preſentem literam ſibi dedi mei ſigilli munimine roboratam. Datum Patavie anno Domini MCCLXXXIII. kalend. Iuny.

Num. LV. Pro Libertate Mutæ in Auſtria. Anno 1287.

Notum ſit fidelibus univerſis, quod *Comes Udalſcalchus, & coniux Adalhait* tradiderint Altmano ſuo Subuna, & altare S. Lamberti Martyris Chriſti cum attingentibus beneficiis in ius proprium ad divinum ſervicium Clericis ibidem ſervientibus, ſecundum Maiorum ſuorum conſtitutionem. H. r. t. ſ. *Fridericus Comes de Gengilingen, & filius eius Chunrat, Weregando Comes, Meginhardus & frater eius Fridericus, Marchward, & filius eius Gehehart, Reginbrech de Herchovan, Werinherus Ratold.*

Num. II. circa An. 1120.

Notum ſit omnibus in Chriſto, qualiter *Adelhaid* Commitiſſa tradidit cum filio *ſuo Altmanno* Cholomunbi cum omnibus appendiciis preter illa, que excepit in proprietatem. H. r. t. *Marchward, & filius eius Gebehardus; Ratold, Werinherus, Manhili de Cheminatin.*

Num. III. circa An. 1126.

Altmannus Dei gracia Tridentinus Epiſcopus, univerſis Chriſti, ſuisque fidelibus. Dicente veritate: date, & dabitur vobis, magnam habemus fiduciam, ſi noſtra pro Deo damus tranſitoria, quod recipiamus eterna. Nos grante promiſſionis animati, & au-

Digitized by Google

ctori noſtre ſalutis per omnia devoti, Eccleſiam ad Subuna in honorem S. Lamberti conſtructam, ubi etiam corpora parentum noſtrorum in pace ſepulta ſunt, in laudem Dei ampliare decrevimus, & fratribus comunis vite ibidem Deo militantibus pro noſtra, pro parentum, & fidelium noſtrorum ſalute in proprietatem ſubſcripta bona contulimus: Adheingiſt Eccleſiam cum dote, & dotalibus mancipiis, aream ubi curia quondam novella vinea plantata eſt, excepta curte ſtabularia cum ſuis appendiciis, quam Hugo fidelis noſter & filius eius in Concambium predii ſui in proprium a nobis receperunt; Berindorf, Sedingen, exceptis ibi duabus Hubis domine noſtre, mancipia etiam illuc pertinentia videlicet: Perinhart, Endildich, Wezila, Heilca, cum filiabus ſuis, Wichart cum filiis ſuis, Parſcalchesdorf inferius, Preurat beneficium Chadilholn, Haſilaha, Suarzaha, beneficium Werinherii ad Gloiach, Abbatiſperge, Sulba Rakkaniz cum mancipiis illo pertinentibus in loco, qui dicitur Ulaſpurch, manſum unum, Vichtinſtein manſum unum, Wenzindorf manſus tres, Dethalmingen manſum unum, Liebrecht dimidium manſum, Ludoltisheimin duos manſus, ſupra Pornzonen manſum unum, Sugartruit manſum unum, & ſextam partem unius manſus. Ekkinperge manſum unum, Hebinſpach dimidium manſum, Sletere dimidium manſum, Grube dimidium manſum, Adoberinhofen manſum unum, Aletchiſperge manſum unum, Rigilſpach manſum unum, Steinpach manſum unum, Zidlarperge manſum unum, Dunheimin manſum unum, Pramowa ſecundum dimidium manſum, Ammandorf manſum unum, Lutinpach manſum unum, Pramardorff dimidium manſum, Liuffen manſus tres & tertiam partem unius manſus. Roſpach XXV. ydrias, Heide manſum & dimidium, Hidirheimin dimidium manſum, Loha tertiam partem unius manſus. Ricansriut dimidium manſum, Grainperge dimidium manſum, Viſinhart tres manſus & dimidium, Merciliniſpach duas partes unius manſus.

ſus. Willihalmesberge manſum unum, Sweinheimin ſex manſus, Pfoalſowa dimidium manſum, Haigirarin dimidium manſum, Schardingen manſum unum, Mittich duos manſus, & dimidium. Snegilheimin manſum unum, & ſextam partem manſus, Riſtingin manſum unum, Roare manſum unum, Inhingen manſum unum, & tertiam partem manſus, Stocha, & Owo manſum unum, duo molendina, in loco qui dicitur Prame, & quinque curtes ſtabularias, dimidium portum loco, qui dicitur Schardingin, in loco, qui dicitur Halla dimidie Sartaginis locum. Carinthie quicquid Comes Adelbo habuit in loco, qui dicitur Malmantin, & omnia illo pertinentia &c.

Num. IV. Anno 1126.

Notum ſit omnibus tam futuri, quam preſentis temporis fidelibus, quod Altmannus Tridentinus Epiſcopus Eccleſiam ſuam Lurne ſitam nomine Colmunche cum mancipiis, & dote ad eam pertinente delegavit ad altare S. Petri, ſanctique Rudperti, & cum ea ſtabilivit Eccleſie ſue Hengiſte a venerabili Salzburgenſis Eccleſie Chunrado Archiepiſcopo, concambium a parentibus ſuis tempore Archiepiſcopi Gebehardi cum predio Cidlarn factum, videlicet ſepulturam, & Babtismum prenominate ville & duabus villis Parſcalchisdorf dictis. Preterea redemit eidem Eccleſie tertiam partem decime de predictis tribus villis, & predio ſuo Maichinſteine, Ruſimhe, & Rakamche ſuo, exceptis ſtabularibus curtibus, quarum una Meichenſteine, ſex alie vero ſingule quatuor, quod vulgariter Scobere dicitur, dare debent, reliquum eidem Eccleſie eodem etiam concambio ſtabilitum eſt, ut homines predicti Tridentini Epiſcopi tam liberi, quam ſervi in valle Malentina habitantes Babtismum & ſepulturam apud Eccleſiam Malentinam, reliqua Eccleſiaſtici iuris a plebano accipiant. H. r. t. f. Sigeboto Comes. Heinricus Comes Ratisponenſis, facta eſt autem hec tradi-

cio

Digitized by Google

tio per utriusque Advocati conſenſum, A. Incar. Dom. MCXXVI. Ind. IV. VII. Kal. Sept. Salzburch.

Num. V. circa An. 1130.

Quidam nobilis *Alwinus de Steine* rogatus ab Ottone Presbytero delegavit ſuper altare S. Lamperti Subana tale predium, quale Presbyter Ebergerus habuit in loco, qui dicitur Roſobach. H. r. t. ſ. *Pilgrimus & filius Alwinus*, *Heinricus*, *Ludovicus*, *Adalbret*, & alii.

Num. VI. circa An. 1130.

Notum ſit omnibus, quod *Udalſcalcus* nobilis quidam rogatus a *Lupoldo*, & filio eius *Wipodone*, delegavit ad altare S. Lamperti Mathildem cum ſua prole ad cenſum quinque denariorum perſolvendum. H. r. t. ſ. *Weregant*, *Herdechen*, *Pilgrim Durine*, *Gerbreth*. *Wipoto Heriman*.

Gerhardus coguomine Seihe de villa, que vocatur Hezebach ſororem ſuam, ſed tamen propriam Irmingarden nomine cum poſteritate ſua ſuper altare S. Lamperti ad perſolvendum quinque denariorum cenſum tradidit. H. r. t. ſ. *Borno*, *Beringer*, *Walter Herwic*, &c.

Num. VII. circa An. 1130.

Notum ſit omnibus in Chriſto fidelibus, qualiter *Adalbero Comes filius Udalſcalci Comitis* tradiderit predium Malentin pro redemptione anime ſue ad altare S. Lamperti Martyris Chriſti per manum Grimoldi nobilis viri, & hoc factum eſt iuſſione Altmanni Epiſcopi in feſtivitate S. Lamperti. H. r. t. ſ. *Pilgrim*, *Arbo*, *Pertholt Guzwin*, *Sgehoto*, & alii quam plures.

Notum ſit omnibus, quod Eberwinus frater Ortolphi tradidit ſuper altare S. Lamperti duo mancipia poſt obitum matris ſue Hazyga, & Werinhardum in cenſum quinque denariorum. H. r. t. ſ. *Hortolf*, & alii.

Num.

Digitized by Google

Num. VIII. Anno 1130.

Notum ſit omnibus in Chriſto fidelibus tam preſentibus, quam futuris, qualiter Arbo Iudex *Com. Ekkeberti* rogatu filii ſui Giſeboldi predium, quod fuit Wiſemani, quod vocatur Roſſebach, tradiderit ſuper altare S. Lamperti poteſtativa manu. H. r. t. ſ. *Giſeboldus, Diepoldus frater eius Udalſcalcus Alcherus, nepos eius Dietmarus, Adelmus, & filius eius Wiepoto*, & alii. Facta ſunt hec anno Incarn. Dom. MCXXX. Indict. VIII.

Num. IX. circa An. 1131.

Notificamus vobis fratribus tam preſentibus, quam futuris, quod Ebergerus Canonicus S. Lamperti Martyris poteſtativa manu tradiderit Iuditam ſuper altare prenominati Martyris Chriſti ad perſolvendum cenſum quinque denariorum ſingulis annis, niſi egritudine, aut paupertate detentus. H. r. t. ſ. *Arbo, & filius eius Giſiboldus, Pertoldus, Iſenricus, Hattſolchus, Werintherus, Gozwinus, Udalſcalcus, Iohannes, Americh, Pabo, Gerboto, & filius eius Pilgerim, Kadel, Marchwardus, Odalricus, Engilſcalcus, Willahalmus, Helphericus Wikker.* Facta eſt hec traditio in anno MCXXXI. Indict. X.

Num. X. circa An. 1135.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, tam modernis, quam poſteris, quod Dom. Altmanus Tridentinus Epiſcopus, cum aliis prediis ſuis ad illum cum familia iure hereditario devoluta, predium in Steinpach ſuper altare S. Lamperti in Suben, pro remedio anime ſue & ſuorum parentum manu libera delegavit. Quod cum quidam iniuſti poſſeſſores de familia ſua deſcendentes proprietati ſue quamvis iniuſte per violentiam ſuam uſurparent, bone memorie Pabo tunc in Suben Prepoſitus conſilio & auxilio Comitis Dietrici de Wazerburg, cui etiam Prepoſitus ſpadonem bonum, uxori ſue Palafridum in teſtimonium contulit, XVI. libris illud redemit ab *Ortwino de Nivenhoven*, tunc viro nobilis Matrone Iutte, tali ſiquidem compoſitione, ad S. Egidium in Patavia celebrata, ut dictus Ortwinus cum coniuge ſua &

Digitized by Google

filio Hecelone, coram Halgravio & multis viris honeſtis, iuri, ſi quod videbatur habere in ſupradicto predio, in manum Halgravii omnimodis renunciavit. Ita quod Halgravius idem predium Eccleſie S. Lamperti in Suben denuo delegaret manu libera, quod & fecit. Cuius redemptionis Teſtes ſunt ſubſcripti: *Dietricus Comes de Wazerburch, Ortwinus de Nibenhoven, & filius eius Hezelo, Heinricus de Gravendorf*, Fridericus Cocus Com. & alii plures. Cum autem idem Ortwinus filium Sibotonem tunc parvulum habuiſſet, idem parvus factus iam adultus ſepedictum predium cum fratre ſuo Hecelone, quamvis Eccleſia Subenenſis legitime, & quiete illud diu poſſederit, per tantam violentiam ſibi uſurpavit, ut eiusdem predii Colonos captivatos damnificaret amplius quam ad decem libras. Divina igitur Clementia iuſtitie gubernatrix, dum iniuſtam tandem vellet decidere litem, Matrem dictorum iuvenum de medio vocavit, que quia maritum, & filios inſtanter oravit, ut oſſa eius iuxta Patres ſuos ſcilicet in Suben ſepelirentur, Congregatio Subenenſis ipſam nequaquam voluit recipere,niſi prius pro dampnis ſibi illatis ſatisfactio debita & plenaria exhiberetur. Sepe igitur dicti filii nollentes retractare promiſſa Matris, mediantibus Leucharde de Halſe, Sornone de Luithberch, & Ulrico ſextario de S. Nicolao, Friderico de Tiufenbach . . . de Chelperch... tunc Capellano de Halſe, & aliis quam pluribus talem fecerunt compoſitionem cum Eccleſie fratribus Diepoldo, Hermano, Romano, ut iam tertio liti ſue renunciarent, quod & factum, & tali compoſitione Mater eorum ſepulta eſt in Suben, ne de cetero Eccleſiam pro predicto predio debeant ullatenus aggravare, quod etiam fratribus in Suben dampna ſibi illata remittentibus promiſerunt preſtito ſacramento. Huic facto,dum fieret in Halſe A. Dom. MCCXII. Ind. XV. teſtes aſtiterunt: *Ortwinus de Niunhoven, Rudpertus de Wazmanisdorff, Hezelo & Siboto filii Ortwini, Hainricus de Legeriute, Rapoto de Ode, Albertus de Oede, Otto de Eſcenheim, Born de Lintberch, Heinricus Chloſener, Luipoldus Sezzlare, Engilbertus de Hirtzpach, Waltherus Pamſe.* &c.

Diplo-

Diplomatarium Miſcellum.

Num. I. Litteræ Reſtaurationis Canoniæ Subenenſis. Anno 1142.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis. Altmanus Dei gratia Tridentinus Epiſcopus. Quoniam pontificalis Sedis ſublimitatem dominica diſpoſitione conſcendimus, Eccleſias pro poſſe noſtro exaltare ſive amplificare, ſumopere curavimus. Notum ergo eſſe volumus, tam inſtantis, quam futuri temporis fidelibus, quod ego ob dominice remuneracionis obtentum inter cetera donaria, que Eccleſie Salzburgenſi donavi pro remedio anime mee, & progenitoris mei *Udalſcalci Comitis*, cui poſt mortem hereditario Iure ſucceſſi, tradidi ad prefatam Eccleſiam locum Suben dictum, ſuper ripam Eni fluminis ſitam, iure perpetuo poſſidendum cum omnibus ſuis pertinenciis, que iuſte, & legaliter habuit, & in futuro largitione fidelium habiturus eſt, ad inſtituendum ibi apoſtolicam vitam ſecundum Regulam beati Auguſtini, ſicut in eadem principali Eccleſia Canonicos in Dei ſervitio vivere regulariter vidi, tali forma, ut in locum iam dictum Suben nullus Prepoſitus imponatur, niſi quem Prepoſitus Eccleſie Salzburgenſis cum Canonicis illius Sedis illuc deſtinaverint, & ſua auctoritate ad conſervandum ibi regularem vitam ordinaverint, & prefecerint. Ne habeant eiusdem loci fratres eligendi poteſtatem ſibi Magiſtrum, niſi quem prefati Canonici cum Prepoſito ſuo ipſis deputaverint, & ad regimen loci miſerint. Quo decedente a prenominata Eccleſia humiliter Magiſtrum, & rectorem vite ſibi expetant, & datum devote accipiant, & in Domino diligant, &

Digitized by

obediant, & illo mortuo in reliquum ſine contradictione, ſicut diximus, pro Magiſtro ad pretaxatam ſedem veniant, ut in omnibus hec noſtra ſtatuta ſequentes in Domino creſcant, ut de eis dicatur: *omnes gemellis fetibus, & ſteriiis non eſt in eis.* Ut autem hec noſtre donacionis, & inſtitutionis confirmatio in preſenti ac in futuro tempore firma conſiſtat, hoc privilegium inde conſcriptum Sigillo noſtro inſigniri iuſſimus. Si qui vero temerarii, & Deo rebelles viri pretaxata bona invaſerint, & auſu nefario noſtram inſtitutionem diſturbare, & immutare preſumpſerint, auctoritate Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, formidoloſo anathematis vinculo usque ad condignam ſatisfactionem conſtricti permaneant. Hec autem acta ſunt preſente, & ſuſcipiente hoc reverendo Archiepiſcopo Conrado, & Gedeone Prepoſito aſtantibus, & aſtipulantibus venerabilibus fratribus, Udalrico videlicet Abbate S. Petri, Hugone Prepoſito Betersgadine, Gerbao Prepoſito Reicherſperge, Gumaro Babone, Hainrico Ottone, Lamperto, Luitoldo, Rudberto, Leone, & univerſis eiusdem Salzburgenſis Eccleſie Canonicis, & aliis quam plurimis probis, & honeſtis Clericis, & Laicis ſubſcriptis. *Heinrico de Matſe, Meingoto de Sureberg, Adalberone de Dyetmaningen, Lutoldo de Sinsdorf, Wiſunt de Wonegove, Ottone cognato eius*, & aliis quam pluribus eiusdem Eccleſie Miniſterialibus. Acta ſunt hec in Salzburg: Eccleſia anno ab Incarnatione Domini MCXLII. Indict. V. feliciter amen.

Num. II. Bulla Eugenii. Anno 1146.

Eugenius Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Iohanni Prepoſito beati Lamperti Subenenſis Eccleſie, eiusque fratribus, tam preſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Quociens illud a nobis petitur, quod religioni, & honeſtati convenire cognoſcitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium.

Huius

Huius rei gratia dilecti in Domino Filii, veſtris iuſtis poſtulacionibus clementer annuimus, & prefatam Eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti patrocinio comunimus. Statuentes, ut quascunque poſſeſſiones, quecunque bona in preſentiarum iuſte, & canonice poſſidetis, aut in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Regum, largitione Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis preſtante Domino poteris adipiſci, firma vobis, veſtrisque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis, Eccleſiam ſancte Margarethe Virginis ad Hengſt, cum curte ſtabularia, & omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam Mallentin cum omnibus pertinentiis ſuis, quemadmodum a venerabili fratre noſtro Conrado Salzburgenſi Archiepiſcopo vobis racionabiliter ſunt ſcripto firmate. Datum iſtius Bulle ſub verborum tenore, & tali. Datum Laterani per manum Roberti ſancte Romane Eccleſie Presbyteri Cardinalis, & Cancellarii pridie nonas Ianuarii, Indictione nona, Incarnationis Dominice anno MCXLVI. Pontificatus vero domini Eugenii tertii PP. anno primo.

Num. III. Privilegium Eberhardi Archiepiſcopi Salisb. Anno 1153.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis, Eberhardus Salzburgenſis Eccleſie Dei gracia Archiepiſcopus, Chunoni Subenſi Prepoſito in perpetuum. Ut ea, que vel per ſententiam decisa, vel conſilio fuerint terminata, nulla tergiverſatione valeant ulterius in litem revocari, dignum eſt ea ad perpetuam memoriam ſcripture mandari. Unde nos preſenti pagina, tam noſtri, quam futuri temporis Chriſti fidelibus ſignificamus, quod pie memorie Tridentinus Epiſcopus Altmannus Subenenſem Eccleſiam a quadam Regina Tuta nomine, de qua ſecundum carnem genus duxit, pri-

Digitized by Google

mo fundatam, ſed ſuccedentibus heredibus circa divinum cultum minus devotis, tam religione, quam reditibus dilapſam reſtauravit, & ablatas poſſeſſiones partim, ut potuit, reſtituit, deque ſuis non nulla ſupererogavit. Inter cetera vero bona, que eidem Eccleſie contulit, Eccleſiam ſancte Margarete apud Hengeſt cum dote, & dotalibus mancipiis, aream, ubi curia quondam, modo novella vinea plantata eſt cum curte ſtabularia, pars Halchesdorff, quod utrumque cum omnibus ſuis pertinentiis, mancipiis, videlicet arēis, agris, campis, pratis, paſcuis cultis, & incultis, ſilvis, venacionibus, piſcationibus, & omnibus queſitis, & inquirendis, locavit in manum Marchionis Engelberti de Chrayburch, qui rogatu ipſius Epiſcopi delegavit ea Subenſi Eccleſie in conſecrationem altaris ſancte Marie, quod memoratus Epiſcopus conſecravit, ac eisdem prediis dotavit anno Domini MCXXXVI. Indict. XIV. II. Calend. Maii, regnante Lothario Imperatore tertio, ſub Anteceſſore noſtro venerande memorie Archiepiſcopo Cunrado. C. r. t. ſ. *Albwinus, & filius eius Erchinbertus, Pilgrim, & filius eius Albwinus, & Otto Adalbero, & Udalſcaloh de Torringen, Rudgerus de Winden, Cunradus de Holzhauſen, Ekkolf de Poſſmunſture, & Otto, & Herich, Hainrich de Brunsberch, Ioh. de Snellendorff, Pabo, Gerbote, Pilgrim, Penno, Gerolt*, & alii quam plures. Horum autem prediorum uſus longo tempore ſibi uſurpavit Engelſcalcus de Libniz Parochianus, qui ab eiusdem Eccleſie Prepoſito, tunc Chunone ſepius ſuper hoc provocatus ad iudicium in noſtra preſentia, hac ſe tuebatur reſponſione, quod ea non invaſione, ſed pretaxati Epiſcopi Domini ſui largitione poſſideret. Prepoſitus autem pretendebat, priorem donacionem factam Eccleſie poſteriori prerogare, & Epiſcopum A. hec eadem bona non ſolum donaſſe, immo a memorata Regina quondam collata modo Eccleſie, quaſi etiam reſtituiſſe. Nos itaque neutram partem per ſententiam gravare, vel utilitate ſua nudare volentes; quoniam,

& ipſe

& ipſe E. donationem eiusdem Epiſcopi cum Caſtro Hohenburch, cum omni ſua poſſeſſione devenerat in proprietatem Eccleſie, noſtro conſilio venerabilis Gurcen. Epiſcopi Romani, aliorumque Prelatorum, ac fidelium noſtrorum deliberatione utriusque partis aſſenſu & electione, poſt largitiones plurimas huic cauſe hac conventione finem dedimus. Memoratum Eng. legatione ſupradictorum prediorum, totiusque predii ſui, quam extra proprietatem Eccleſie cauſa effugii in manum Styrenſis Marchionis locaverat, ne videlicet apud noſtrum forum ſuper hoc conveniri deberet, per ſententiam recipere coegimus, & in manum Friderici de Lonsberch miniſterialis Eccleſie per manum eiusdem Marchionis delegare, delegandum quo ipſe poſtulaverit, & nos conſuluerimus. Habebat autem Subenſis Eccleſia in eadem vicinia duas villas Sedingen, & Haslach in ſua proprietate. Utilitatem igitur iſtarum villarum idem E. a Prepoſito noſtro conſilio eo tenore recepit, ut poſt obitum ſuum, vel ſi prius deliberaverit, & ſupra nominata predia, que ab ipſo repetebat, Subenſis Eccleſia recipiat, atque adiacentia, que ſue proprietatis apparebant, exceptis quibusdam villis ultra Muram ſitis. Pro hac ergo precariatione, & pro ſua, ſuorumque parentum, nec non ſepe dicti domini ſui Epiſcopi Alt. perpetua redemptione, unacum manu matris ſue Diemout nomine, & per manum memorati Friderici de Lonsberch, delegavit beato Lamberto, & fratribus Suben. Eccleſie in proprietatem, quicquid apud Stammarckt viſus eſt qualicunque poſſidere, nec non utrumque Parſchalchesdorf, & Lewarn cum omnibus ſuis pertinentiis, cultis & incultis, queſitis & inquirendis, & cum omni utilitate, que quolibet modo ibi poterit provenire. Et ad firmitatem huius traditionis, & in teſtimonium proprietatis prefatam Eccleſiam ſancte Margarete cum dote, & omnibus, que ad ipſam pertinebant, atque prenominatas villas, quas delegaverat cum duabus villis Seding, & Haslach a manu noſtra, & Gurc.

Epi-

Epiſcopi Romani, & ſepedicti Prepoſiti Cunradi in beneficium, donec vixerit, recepit, & ſingulis annis ad huius rei indicium, & memoriam pro taxatione unius bovis XL. nummos Friſacenſis monete Subenenſi Eccleſie perſolvere debebit. Huius rei teſtes, & auctores fuerunt: Romanus Gurc. Epiſcopus, Romanus eiusdem Sedis Prepoſitus, Hainricus Salzburg. Abbas, Gerhohus Richerſpergenſis Prepoſitus, Rudbertus, Wilhelmus, Udalricus Capellani, & plures de Clero. Laici quoque *Gotfridus de Werde, Burchardus de Staine, Heinricus filius ſororis eius, Carolus de Mandilkirchen, Eberwinus de Lobſin, Dietmarus de Ergoltingen, Duringus de Werven, Ekkehardus de Tannen, Marchwardus de Uzlingen, & filius ſororis eius Marchwardus, Wiſent de Bongu, Fridericus de Bettuwa, Fridericus de Lonsberch, Gotfridus de Wietingen, Rudolph de Duonesberch, Chuno, Sigmarus Rudolf de Libniz, Rudgerus de Wilkirchen*, & alii quam plures. Actum Libniz anno dominice Incarnationis MCLIII. Indictione II. XIII. Calend. Ianuarii anno ſecundo Frid. Reg. anno vero noſtri Pontificatus ſeptimo feliciter amen.

Num. IV. Immunitas Patavienſis. Anno 1207.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis, Manigoldus Dei gratia Patavienſis Epiſcopus univerſis Chriſti fidelibus ſalutem in perpetuum. Univerſa negocia, que geruntur in tempore, ne ſequantur naturam temporis, perennari debent voce teſtium, & memoria litterarum. Ex iniuncto nobis Pontificatus officio preces humilium compellimur exaudire, & eorum iuſtis peticionibus inclinari. Sciant ergo univerſi Chriſti fideles, tam preſentes, quam futuri. Quoniam nos zelo charitatis moti erga dilectum filium noſtrum Prepoſitum in Suben, nomine Dietmarum, & erga eiusdem loci congregationem ſub regulari diſciplina ſibi ſubiectam, in remiſſionem peccatorum noſtrorum eis contulimus in Patavia ius civile, quod vulgo dicitur Burkhrecht. Inſuper etiam navibus victualia

ſua,

Digitized by Google

ſua, vel quascunque res eorum portantibus, ſine vectigali, quod nos Mutam dicimus, liberum deſcenſum conceſſimus & aſcenſum. Ut autem rata impoſterum permanerent, preſentem donationis cartulam Chori noſtri fideli teſtimonio, & ſigilli noſtri munivimus firmamento. Siquis itaque factum hoc infringere preſumpſerit, omnipotentis Dei, & omnium Sanctorum indignationem ſe noverit incurriſſe. Huic etiam dono, dum Incarnati Verbi anno milleſimo ducenteſimo ſeptimo Indict. decima anno Pontificatus noſtri primo in Patavia fieret, aſtiterunt Teſtes ſubnotati de Choro *Ulricus Cuſtos*, *Ortholphus de Saslich*, *Conradus Oblatarius*, *Henricus Cellerarius*, *Gotfridus Ulricus Notarius Eppi*, *de miniſterialibus Epiſcopi*, *Dom. Leutoldus de Severſteten*, *Manigoldus de Rhenne*, *& frater eius Henricus*, *Manigoldus de Schœnenbuechel*, *Ekhardus & frater eius Henrichs de Furte*, *Walchung de Herdingen*, *Henricus de Lonſtorff*, *Albertus de Pabenſtorff*, de civibus Ulricus Prenzinger, Conrandus Prurare, Henricus Yſmer, Ruprecht Sueber, Henricus Landwueſt, Waltherus Mutære.

Confirmavit hanc immunitatem Godefridus Epiſc. An. 1346.

Privilegium Ducis Ottonis III. circa An. 1236.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis. Otto Dei gratia Palatinus Comes Rheni, Dux Bawarie, univerſis preſentem paginam inſpecturis ſalutem in eo, qui eſt vera ſalus. Notum eſſe volumus univerſis, quod nos ob remedium anime Patris noſtri pie memorie Ludwici, nec non ob ſalutem noſtram & uxoris noſtre Agnetis, & dilecti filii noſtri Ludwici Eccleſie S. Lamberti Martiris in Subin, & fratribus ibidem Deo ſervientibus hanc prerogativam conceſſimus, ut apud Burchuſen, & alias Mutas infra Salisburgam & Pataviam ſitas omni exactione ſopita in victualibus ſuis, videlicet XII. Cupparum ſalis, & II. mille Caſeos liberam habeant transvecturam. H. r. t. ſ. *Comes Conradus de Moſpach*, *Comes Otto de*

Digitized by Google

Chrunenbach, Hoholtus de Wolintſa, Sifridus de Vrowenburch, Prepoſitus de Raneshoven, Mutenarii Pertoldus, Karulus.

Num. V. Bulla Gregorii IX. de An. 1236.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Prepoſito beati Lamperti Subnen. eiusque fratribus tam preſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Quotiens a nobis petitur, quod religioni & honeſtati convenire dinoſcitur, animo nos decet libenti concedere, ac petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Eccleſiam beati Lamberti Subnen. in qua divino mancipati eſtis obſequio, ad exemplar felicis recordationis Eugenii PP. Predeceſſoris noſtri ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Canonicus, qui ſecundum Dei, & beati Auguſtini Regulam in eadem Eccleſia inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quascunque poſſeſſiones, quecunque bona eadem Eccleſia inpreſentiarum iuſte ac canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipſum, in quo prefata Eccleſia ſita eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam ad Hengſt cum curte ſtabularia & omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam Mallentin cum omnibus pertinentiis ſuis, Porſcalchesdorff, Meizenſteine, Rusnize, Rakhanizhe cum decimatione & omnibus pertinentiis ſuis. Sedingen cum venationibus, & piſcationibus Perindorf, Preurat, Haſileha, Suarzaha, Gloiach, Albatiſperge, Sulba, Suarcimbach, Swein. Griezpach cum navigio & parte ſilve ipſius loci, in Aſca

quar-

quartam partem telonei, decem manſos in Grantemperc, Prathmarhowen cum omnibus pertinentiis ſuis, decimam, quam habetis in prediis ſitis in Carinthia, Merlinſpach ad pueros, Peigarten, Pratemperge, Teufenpach, Ruede, inferius Haupach & ſuperius Haupach, Routhaim, Veſperting, Prathe, Schergaren, Amdorf, Poſsperg inferius, & ſuperius; Lauterbrunne, Gabaltesheim, Mitterndorf, Engehartſperge, Weide, Oede, Pratempach, Awe, Paldwinſdorf, Adalmaninge, Ludhaim, Engelboldſede, Chaltenmarchte, Reute, Sheusdorf, Vieth, Staineinzoune, Lohe, Nasla, Haslpach. Inferius, & ſuperius Ceiſaperge, Wezendorf, Duorigelſpach, Dithalminge ſub quercubus, Peringe, Weizenawe, Ekkenberge, Hebenſpach, Sleter in Monte. Puche, Stainpach, Oede, Duoſtohe, Chobel, Oberhoven, Puſenperge, Eibach, Ekkartesreute, Steuendorf, Prukke, Ritzinge, Aſcha, Grunenpach, Micheldorf, Pramerdorf, molendinum apud Pramam, Petheringe, Heide, Roſspache, Snellendorf, Dorf, Aiche, Otendorf, Utenhaim, inferius & ſuperius Teufenpach. Lohe inferius & ſuperius. Premawe, Reitensreute, Piriche, Odeinrinte, Penzeriute, inferius & ſuperius Viſenhart, Stoche, Nidehaim, Grub, Nermansdorf, Geroltingen, predium Niternholze, Furt, ad Rupertum Fabrum, Ungring, Scherdinge, cum piſcationibus, & parte navigii ipſius, Chounich, Chemerich, Grub in Auſtria, Swaneim, Wazemanſperge, Cholmunz, Pirenbac, Chunilpach, Roz, Zohenſunſtorf, Hunthoven, Chrotental, Hegoltshaim, Auſhaim, Snellaim, Riſting, Harde Obernawe, Inzinge, Winchil, inferius Awe, nec non terras & alias poſſeſſiones, cum pratis, vineis, nemoribus, uſuagiis & paſcuis, in boſco & plano in aquis, & molendinis, in viis, & ſemitis & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus ſuis, ſane novalium veſtrorum, que propriis manibus aut ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive de veſtrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere preſumat. Liceat quoque vobis

Digitized by Google

Clericos vel Laicos liberos & abſolutos e ſeculo fugientes ad converſionem recipere, ac eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in Eccleſia veſtra poſſeſſionem fas ſit ſine Prepoſiti ſui licentia niſi arctioris religionis obtentu de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clauſis ianuis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis ſupreſſa voce divina Officia celebrare, dummodo cauſam non dederitis interdicto. Chriſma vero, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſeu Baſilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad Ordines fuerint promovendi, a Dioceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam, & communionem ſacroſancte Romane Sedis habuerit, & ea vobis voluerit ſine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus inſuper, ut infra fines Parochie veſtre nullus ſine aſſenſu Dioceſani Epiſcopi & veſtro, Capellam ſeu oratorium de novo conſtruere audeat, ſalvis privilegiis Pontificum Romanorum. Adhec novas & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis, & Epiſcopis, Archidiaconis, ſeu Diaconis, aliisque omnibus Eccleſiaſticis, ſecularibusve perſonis a vobis omnino firi prohibemus. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extreme voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati vel interdicti aut etiam publici uſurarii ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum Corpora aſſumuntur. Decimas preterea, & poſſeſſiones ad ius Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, que a laicis detinentur redimendi, & legitime liberandi de manibus eorum, & ad Eccleſias ad quas pertinent revocandi, libera ſit vobis de noſtra auctoritate facultas. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Prepoſito, vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus illi qualibet ſubreptionis aſtutia ſeu violentia preponatur, niſi quem fratres communi

Digitized by Google

muni conſenſu, vel fratrum maior pars conſilii ſanioris, ſecundum Deum, & beati Auguſtini regulam providerint eligendum. Paci quoque & tranquilitati veſtre paterna inpoſterum ſollicitudine providere volentes, auctoritate apoſtolica prohibemus, ut infra Clauſuras locorum veſtrorum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates & immunitates a predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Ordini veſtro conceſſas, nec non libertates, & exemptiones ſecularium exactionum a regibus & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo &c. Datum Interamni per manum Magiſtri Guillielmi ſancte Romane Eccleſie Vicecancellarii V. Calendas Decembris, Incarnationis Dominice anno MCCXXXVI. Indict. X. Pontificatus vero Domini Gregorii Pape IX. anno decimo.

Num. VI. Immunitas Boica. circa annum 1270.

Heinricus Dei gratia Palatinus Rheni Comes, Dux Bawarie, notum eſſe volumus univerſis, quod nos ad remedium anime Patris noſtri, nec non ob ſalutem noſtram, uxoris quoque ac heredum noſtrorum Eccleſie ſancti Lamberti in Suben, & fratribus ibidem Deo ſervientibus hanc prerogativam conceſſimus, ut apud Burchuſen, & alias Mutas noſtras infra Salisburgam, & Pataviam ſitas, omni exactione ſopita in victualibus ſuis, videlicet duodecim cupparum ſalis, & 2. mill. caſeorum liberam habeant transvecturam. Date in Walſeſtein quinto Calendas Novembris.

Num. VII. Immunitas a Teloneis Baioariæ. An. 1293.

Nos Otto Dei gratia Palatinus Comes Rheni, Dux Bavarie preſentibus profitemur, quod cum Eccleſia ſancti Lamberti in

Digitized by Google

Suben, tam per nos, quam per quondam chariſſimum Patrem noſtrum dive recordationis, ac per alios fideles, & ſucceſſores noſtros in Scherding, & maxime in obſidione caſtelli Neuburg eſſet multipliciter pregravata, ſuſtinendo frequenter in ſuis bonis, & hominibus graves iniurias, atque. dampna, nos in relevamen huiusmodi dampnorum, ac etiam preſſurarum ad perenne remedium progenitorum noſtrorum, & ſpecialiter quondam chariſſimi Patris noſtri, dive recordationis, chariſſime Matris mee Elizabeth, & nihilominus pro noſtra perſona, ac chariſſimorum fratrum noſtrorum ſalutis augmento, venerando Prepoſito eiusdem loci, & ſucceſſoribus ſuis quibuscumque indulſimus, per favorem gratie ſpecialis, quod unum talentum maioris ligaminis ſalis, & quatuor minoris ſemel in anno poſſint ducere ſuis vecturis absque exactione telonii cuiuslibet, ſive Mutæ. Et ipſi Prepoſiti, qui pro tempore fuerunt, cenam cum conventu ſuo in recompenſam huiusmodi gratie ſibi facte preſcriptorum Progenitorum noſtrorum, etiam & chariſſimorum fratrum noſtrorum anniverſarium ſingulis annis ſemel, ac ſolemniter celebrabunt. Ad quod prefatus venerandus Prepoſitus ſe ſimul cum ſuo Conventu pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis nobis fide preſtita obligavit. In cuius rei teſtimonium preſens inſtrumentum eis dedimus Sigilli noſtri robore communitum. Datum, & actum in Scherding anno 1293. in die converſionis beati Pauli Apoſtoli.

Num. VIII. Immunitas Aſchacenſis. Anno 1301.

Wir Heinrich der elter, und Heinrich, und Wernhart die iungern von Schawnberg. Veriehen an diſem Brief, und thun allen den chunt, die in nu ze Stund, und chunfleglich vernement, das wir dem Goteshauſe ze Suben, daz von unſern Vodern, den GOtt Genade, geſtifteſt iſt, und des wir Vogt, und Herrn ſein, ſo getan recht inwen, als iz an unſerer Mautteſtet

teſtet ze Aſcha von unſern Vodern gehabt hat. Und wollen, und geben ihn das Recht, ſwas iz Weins, und Kornes zu Oeſterreiche hab, daz ze Subn, in daz Hauſe ze Wiſe gehöre, das daz deſſelben Gotteshauſes Probſt, Herr, oder Pfleger, ſwer die ſin ze Aſchach, unbeſwaret an alle Mautte, fürfuren. Und daz ihm dan ſtatte und unvercheret belibe, von uns, und von allen unſern Nachkomen, des geb wir diſen Brief ze einen Urchunde, und ze einer Staette, verſigelten mit unſern Inſigeln. Diſer Rede ſind Gezuige, *Her Sibrant von Geltinge*, *Herr Dietmar von Aiſterſcheing*, *Herr Sighart von Grube*, *Herr Ulrich von Weidenholze*, *Ulrich Geltinger*, *Ulrich der Strochner*, *Wernher von Pornhaim*, *Wernher von Pforzhaim*, *Wernherr von Rottenfels*, *Ulrich von Impendorf*, *Chriſtian der Sislinger*, und ander piuder Liute. Dieſer Brief iſt gegeben ze Schawnberg, an St. Chatarine Tag, do von Chriſtes Geburt waren ergangen tauſent Iahr, dreihundert Iar, und darnach in dem erſten Iar.

Num. IX. Alia Immunitas Aſchacenſis. Anno 1306.

Wir Heinrich der elter von Schawnberg, vergihe an diſem Briefe, und thun allen den chunt, die in vernement, das min Herre der hohe Herzog Stephan von Beyrn, nach miner bey und durch Chlag des erwaren Probſtes, und des Connventes ze Suben, des ich Vogt, und Herre bin, um manigen Gebreſten, und Unrecht, den ſy habent von ir Urbares Liuten, und von den Gebouren, die uf des Gotzhauſes Gut ſizent, und nicht dienent, daz ſie ze rechte dienen ſolten, ſolche Genade, mit ſamte mir gethan hat dem vorgenanten Gotteshauſe, daz weder er, noch ſin Viztum, noch ſin Richter, noch ampte Liute, noch ich, noch dhein min Richten, deheinem richten ſollen, der gein dem vorgenanten Probſt, oder gein dem Convent ze Suben um Erberecht chlait, des er giht ze haben, auf des Goteshauſes

Ueber,

Ueber, er hab danne über daz ſelbe Erberecht, Haut veſte, und Brieff von dem Gotteshauſe, den man gelouben ſol, und ſwer darüber, iz ſin holden oder gebonren, dem offte genanten Gotteshauſes ſinen Zins, Dienſt, und Stifft wider Recht verhabt, oder ehrie machet, und nimt, des ihm weder der Probſt nach ſin Convente vergiht und nicht dienet, daz er ze Rechte dienen ſoll, der muz meiner Hulde enbern, und ſcheide ihn dannoch von dem waren Brieffen, die er von dem Gotteshauſe hab. Diſer Brief iſt gegeben ze Landowe, da von Chriſtes Geburt wern tauſent Iar, druihundert Iar, und in dem ſechſten Iar an dem Mittichen Tyburcii, und Valeriani.

Confirmatum eſt hoc Privilegium An. 1363. carta *Ulrici* & *Heinrici* fratrum Comitum de Schaumberg An. 1375. carta *Heinrici Comitis* An. 1377. *Wilhelmi*, & An. 1397. carta *Ulrici Comitis* An. 1423. Johannis An. 1490. *Sigismundi* An. 1536. Georgii & An. 1557. Wolfgangi Comitum *de Schaumberg*; quas omnes & ſingulas exhibet Gewoldus Tom. III. pag. 259. ſeqq.

Num. X. Privilegium Stephani II. Ducis contra impugnantes Jura hæreditaria Monaſterii. Anno 1306.

Stephanus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bawarie, Vicedominis, iudicibus, preconibus, & aliis ſuis officialibus gratiam ſuam & omne bonum. Expoſuerunt nobis venerabilis Prepoſitus & Conventus Eccleſie in Suben, quod Ruſtici & Coloni ſui Monaſterii eis ſuper iure hereditario in iudiciis movere conſueverint actiones, ipſos per huiusmodi eorum impetitiones fatigando, & gravando laboribus & expenſis. Nos nolentes in hoc caſu ipſorum fatigationem & iniurias ſuſtinere, hanc ad dilecti nobis *Heinrici de Schaumberg* eorum Advocati petitionem gratiam fecimus ſpecialem, quod eorundem Colonorum & Ruſticorum impetitiones & actiones, quas predicto Prepoſito, ſueque Eccleſie move-

moverunt, & movebunt ſuper huiusmodi iure hereditario, eis in hac parte ſuffragari non debeant, nec ipſi Prepoſiti ſueque Eccleſie preiudicium, ſeu diſpendium aliquod generari, niſi ipſi coloni & ruſtici prefatum Prepoſitum, ſuumque Conventum teſtimonio inſtrumentorum, ipſis per eundem Prepoſitum, ſuamque Eccleſiam datorum, ſeu fide dignis, & idoneis teſtibus, ac aliis claris, certis & probabilibus indiciis, ſeu demonſtracionibus de ſuo iure valeant edocere. Quare volumus, & mandamus vobis omnibus, & ſingulis firmiter, & diſtincte, quatenus ipſis huiusmodi graciam per nos factam per modum ſuperius expreſſum debeatis attendere inviolabiliter, & ſervare. Datum apud Landau. MCCCVI. feria quarta proxima poſt Dominicam Quaſimodogeniti.

Num. XI. Privilegium Stephani II. Ducis Baioariæ. Anno 1307.

Stephanus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bavarie, univerſis preſentia inſpecturis in perpetuum. Veniens ad noſtram preſentiam vir venerabilis Otto, tunc Prepoſitus in Suben, Inſtrumenta quedam dicte Eccleſie in Suben, per illuſtres Principes Predeceſſores noſtros Ducem Ottonem Avum noſtrum, & Ducem Hainricum patrem noſtrum chariſſimos inclytæ recordationis quondam indulta nobis exhibuit, petens humiliter, eadem de ſpeciali noſtra gratia confirmari. Nos vero viſis, & perlectis eisdem inſtrumentis invenimus, quod memorati predeceſſores noſtri Eccleſie ſancti Lamberti in Suben, & fratribus ibidem Deo famulantibus hanc indulſerant gratiam, ut apud Purkhauſen, & alias Mutas eorum inter Salisburgam & Pataviam ſitas, in victualibus ſuis transducendis, videlicet duodecim cuppis ſalis, & duobus millibus caſeorum, deberent absque omni exactione habere liberam transvecturam. Inherentes igitur Predeceſſorum noſtrorum veſtigiis, ac eorum inſtrumentis inſtructi gratiam ſupra expreſſam,

Digitized by Google

ergo &c. Siqua igitur &c. Datum Laterani per manum Rolandi S. Romane Eccleſie Presbyt. Cardin. & Cancell. XIII. Calend. Martii Indict. V. Incarnat. Dom. an. MCLVI. Pontificatus vero Domini Adriani Pape IV. anno tertio.

NUM. VIII. Unio Eccleſie B. V. in Tuſinberch, Anno 1158.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Ego Eberhardus Dei gracia Salzburgenſis Archiepiſcopus dilecto filio Dietmaro Hallenſi Prepoſito, eiusque ſucceſſoribus in perpetuum. Ad noticiam, ad memoriam, ad fidem, & firmamentum omne ſcribitur teſtamentum. Inde eſt, quod tibi dilecte in Chriſto fili Dietmare Hallenſis beati Zenonis Prepoſite libenter annuimus, & quoniam donacionis, quam Eccleſie tue fecimus, tibi petis memoriale conſcribi, bene & rationabiliter poſtulata dilectioni tue non negamus. Univerſorum igitur volumus patere noticie, qualiter tibi & Eccleſie tue Fratribus, qui inibi perpetuo ſub regulari beati Auguſtini profeſſione Deo ſervituri ſunt, decimas VIII. domorum in Turſinberch, que noſtri iuris erant, Pontificali noſtra largitione donavimus, & ad uſum fratrum preſentis ſcripti privilegio communimus; adicientes, ut nulla ſpiritualis ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitucionis paginam temere infringere, & prefatas decimas invadere, minuere, vel quolibet modo abalienare a tua, fratrumve tuorum utilitate preſumat. Hanc autem a nobis factam decimarum ſollemnem donationem predeceſſori tuo felicis memorie Heinrico Prepoſito cum feciſſemus, tua fraternitas neceſſarium putavit, ut facte donationi robur firmitatis annecteretur. Statuimus preterea, ut Eccleſia illa, quam nos prope atrium maioris Eccleſie conſtructam in honore beate Marie ſemper Virginis dedicavimus, capella & filia ſit matricis beati Zenonis Eccleſie, quam ut antiquitus fuit, ita nunc quoque eſſe decernimus, & auctoritatem

tem principalitatis ei, ne inpoſterum ulla relinquatur perturbationis materia, pro iure noſtro defendimus. Cumque bone memorie predeceſſor noſter Cuonradus Archiepiſcopus conſilio Prelatorum ſuorum, Domini videlicet Gurcenſis Epiſcopi venerabilis fratris noſtri, & Abbatum ac Prepoſitorum ſuorum Eccleſiam tuam in Prepoſituram de plebe translationem fecerit, & nihilominus Romanorum Pontificum, ſancte nimirum recordationis Innocentii, & Eugenii, domini quoque Adriani Pape in id ipſum concurrat auctoritas, nos eorum ſequentes veſtigia quod iuſſerunt ipſi precipimus, quod decreverunt ſtatuimus, quod firmitatis robore ſubſcripſerunt, nos perenne ſtabilitatis & inviolabile munus haud inmerito optinere debere cenſemus. Et ne aliquis adverſum tante maieſtatis rationabiliter data privilegia quidquam ſiniſtri inpoſterum moliri aut machinari velit, auctoritati Romane ſedis nos quoque pro debito noſtre humilitatis accedimus. Porro ſupradictam beate Marie perpetue Virginis Eccleſiam uno manſu novalium in Uſheim cum decima eiusdem manſus dotavimus, cuius nimirum traditionem manſus perpetuo ratam & inconvulſam auctoritatis noſtre preſenti teſtamento decernimus. Hec autem omnia ne oblivionis in futurum negligentia ſopiantur, ſed in omnes retro generationes inconvulſa & illibata permaneant, nos hanc inde paginam conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione muniri iuſſimus. Actum Anno Dominice Incarnationis M. C. L. VIII. Indictione VI. XVI. Kalend. Octobris in civitate Salzburgenſi, Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore primo, anno Regni eius VI. Imperii vero IV. Pontificatus autem noſtri Anno XII. feliciter. Teſtes: *Engelbertus Albus Marchio de Chreiburch, Marchio Diepoldus de Voheburch, Heinricus de Salemanneſtiten, Hartnidus Caſtellanus, Marcquardus frater eius de Uzelingen, & Marcawardus filius ſororis eius, Karolus de Mandelchirechen, Luitoldus de Aichaim, Uolricus de Chatheim, Adalo de Monte S. Benedicti, Uodalſchalchus & Adalramus de*

Num. XIII. Privilegium Ludovici Imp. de An. 1345.

Wir Ludwig von Gottes Genaden römiſcher Kaiſer, zu allen Zeitten mehrer des Reichs. Bekhennen und thuen kundt offentlich mit diſem Brief, das für uns kommen ſeind die erbahrn und beſchaidene Männer, der Probſt und der Convent zu Suben, unſere liebe diemiettige, und haben uns kund gethan, das man ſye und ihre Leuth, umb Nachſold, Haberu, und umb Hüener in unſerem Gericht Schärding beſchweredt und benöth habe, und wan wir erkhennen, das die von ihnen unrödlich, und von böſer Gewonheidt, und nit von Rechten genommeh ſeind, haben wir denſelben Nachtſold, Habern, und die Hüener überall in dem Gericht zu Schärding, durch GOtt und von des Rechtswegen gänzlichen abgenommen, und wollen, das ſie derer fürbas ebigklichen von allen unſern Ambtsleuthen, und von allermeniglich übertragen ſein, und kainerlay Vorderung darumb können inhaben und gewinnen. Auch thuen wir dem obgenandten Probſt und dem Convent zu Suben die Gnade, das fürbas ewigkhlichen kain Holde, Mayr, Söldn, oder Hinderſäſſen, kainerley Erbrecht auf ihren Güettern ſprechen ſolle, er beweis dan daſſelbe Erbrecht mit des Cloſters und Convents Urkhunden. Wer darüber auf ihren Güettern wider ſie und diſe unſere Gnade ſizen und bleiben wolt, den mögen ſie darumb ſtraffen, und beſſern nach ihren Willen, und was ſie darumb darinnen thuen, daran haben ſie wider uns und wider keinen unſern Ambtman nichts gethan. Wir verleichen und thuen ihnen auch die Gnad, daſs ſie fürbas ebigkhlichen 20. Kueffen Salz und zwaytauſend Käs zu ihrer und ihres Gottshaus Frumben und Nothurfft zu den zwölff Kueffen, die ihnen unſer Vetter Herzog Stephan ſeel. an ſeinen Briefen geben und verſchriben hat, für unſer Mauth zu Burghauſen zohlfrey, und ohn alle Mauth und Forderung bis in ihr

Clo-

Digitized by Google

Cloſter zu Suben führen und bringen mögen, ohne allermenigliche Irrung und Hindernus, ohn zwölf Fueder Weins, und Pfenning, die ſie den Schreibern ſchenckhen ſollen, auch ſollen ſie zwölf Fueder Weins, und zwölf Muth Korns für unſere Mauth zu Schärding, ohn alle Mauthfoderung und Hindernus führen, als ſie bishero gethan haben, und als ihnen das auch unſer vorgenandter Vetter ſeel. Herzog Stephan, an ſeinen Briefen verſchriben hat, ohn zwölf Pfenning, die ſie den Schreibern geben ſollen. Uns hat auch der vorgenandte Probſt und der Convent zu Suben kundtlich bewiſen, daſs ihnen Herzog Otto ſeel. König zu Ungarn durch ſeiner Vorderer und nachkömblichen ſeel. Willen erlaubt und geginet hat, daſs ſie ain Pfundt Salz weites Bandts, und vier Pfund enges Bandts zur unſer Mauth zu Burghauſen und zu Schärding zohlfrey, und ohn alle Mauth und Vorderung führen ſollen und mögen. Und dieſelbe Gnad beſtätten wir ihnen von beſonderen Gnaden mit dem gegenwertigen Brief, und wollen, daſs ſie daſſelbe Salz führen ewigkhlichen, und ohne allermeniglicher Irrung in der Weis, als ſie bishero gethan haben. Und wollen und gebüeten allen unſeren Ambtleuthen, und andern unſern Gethreuen, wie die genant ſein, die iezo ſeind oder fürbas werden, veſtiglich und ernſtlich, bey unſerem Hulden, daſs ſie dem vorgenandten Probſt und dem Convent alle diſe vorgeſchribene Gnaden und Articul ſtätts, ganz, und unzerbrochen halten, und ihnen dies mit keinen Sachen überfähren, noch ſie daran krenckhen, als ſie unſer groſſe Ungnade vermeyden wollen. Und daryber zu Urkhundt geben wir ihnen mit unſerem kayſerl. Inſigl verſigleten diſen Brief. Der gegeben iſt zu München an dem Palmtag nach Chriſti Geburth dreyzechenhundert Iahr, darnach in dem fünff und vierzigiſten Iahr, in dem ain und dreyſſigiſten Iahr unſers Reichs, in dem achtzechenden des Keyſerthumbs.

Digitized by Google

dia ſteterat, etiam Laicis quorum ibi infinita multitudo erat nobilium, Miniſtrorum, ac cuiuscunque conditionis qualiter res terminata fuiſſet oſtendimus. Quorum pauca nomina ſubſcribi iuſſimus. *Comes Luitoldus de Plaien iunior.* Dominus *Gotſcalcus de Huniſperch, & filius eius Fridericus. Duringus Caſtellanus de Werven. Hartnidus Caſtellanus de Salzburch & frater eius Marchwardus. Meingotus de Surberch. Ekkardus de Tannen. Wiſint de Pongowe. Meinhardus filius Domini Luitoldi de Siſtorf. Babo de Surheim. Chuno & filius eius Otto de Engellantingen, & alii quam plures.* Anno Dominice Incarnationis MCLIX. Indictione VII. Actum Halle feliciter Amen.

NUM. X. Licentia conſtruendi eccleſiam D. Ægidii, Anno 1159.

In nomine Sancte, & Individue Trinitatis Ego Eberhardus Archiepiſcopus Salzburg. dilecto in Chriſto Filio Dietmaro Hallenſi Prepoſito eiusque Succeſſoribus in perpetuum. Ea que rationabiliter a nobis Privilegii firmitate roboranda poſtulantur, animo nos decet libenti concedere & voluntarium, preſertim Eccleſie noſtre filiis, ſuperinde impertiri conſenſum. Quidam de civibus Hallenſibus Heinricus nomine cognomento Loubeze areas duas in ipſa civitate ab hominibus Eccleſie noſtre Udalrico videlicet & filio Pabonis, qui dictus erat Durſt & a quodam Wiſintone fratre Engilbotonis & ab Aguete Filia Sororis eiusdem Wiſintonis legitimo aliarum arearum & aliis quam plurimis bonis ſuper inpenſis concambio comutavit, in quibus præfatis areis iam dictus Heinricus Eccleſiam, noſtra permiſſione & licentia edificare diſpoſuit, quam domino annuente ad perfectam quandoque deductam cum predictis areis Eccleſie Maiori beati Zenonis per manus traditorum Chunradi videlicet Filii Ottonis Ellenzen & Heinrici filii Heinrici Albi, legitime delegavit. Nos igitur ipſam traditionem noſtre pri-

Digitized by Google

